FRATRIS ANtonij Cordubẽsis ex sacro Minorum ordine regularis obseruãtiæ, prouinciȩ Castellæ, Guardiani S. Francisci Cõplutensis Opus de Indulgentijs hoc quidẽ tempore plusquàm necessarium.

*



Cum priuilegio.

1554.

De cella Prioris

Summa priuilegij.

PRæſens hoc Indulgentiarum opus cum Cæſareo priuilegio impreſsũ eſt, quod Sereniſsimꝰ Princeps de conſilio Curiæ Valiſoleti anno præſenti Milleſimo, Quingẽteſimo, Quadrageſimo quarto, ſecunda Aprilis, autori in decennium ſua gratia conceſsit, volens, mandans, prohibens ne quis abſq́; eius facultate imprimere poſsit, imprimíue facere, aut venundare, ſub ea pœna in præfato priuilegij originali taxata atq́; contenta.

REVERENDISſimo in Chriſto patri F. Clementi Moneliano totius ſacri ordinis Minorum regularis obſer. Generali Miniſtro, ſuus F. Antonius Cordub. ſalutem atq́; perpetuã felicitatem exoptat.

NIſi ſingularem illam vereq́; Chriſtianã animi tui pietatẽ, quæ te P. Reuerẽdiſſime, omnibus mirum in modũ amabilẽ facit, & propenſiſſimam etiam voluntatem in ſtudioſos doctosq́; homines, cognitã perſpectãq́; haberẽ, ex eo quidẽ placidiſſimo die, quo te in Italiã redeuntẽ apud vrbẽ Guadalaiaram vidi, & cõſuetudine tua atq́; conuictu humaniſſimè familiariſſimeq́; triduo fruitus fui, neceſſariò quidem eſſet nunc mihi patronus aliquis quærendus, cui hoc Indulgentiarum opus, quod tui nominis auſpicio in publicum prodire ſino, nuncuparem. Verùm tua in me beneuolentia atq́; humanitas, quæ ad præſtantium clarorumq́ue virorum conciliandos animos, cõciliatosq́; retinendos vel pręcipua eſt virtus, ſic me deuinxit atq́; etiamnũ cõſtrictũ

 tenet

tenet, vt Mecœnatem alium præter vnum te præsul amplißime, qui semper ob oculos amantißimè suauißimeque versaris, ne cogitarē quidem, tantum abest vt quęrerem. Nam quem hominū ipse appellare possem ex cuius patrocinio aut autoritate tantùm vel præsidij aduersus improbos morososq́; calumniatores, vel etiam ornamenti ac splēdoris apud magnos præstantesq́; viros, hoc meū opus sibi conciliare posset, quantū vel ex sola dignitatis tuæ amplitudine ac maiestate, quæ in omnes mundi sese plagas extēdit? Nam eximiam prudentiam cū recta sacrarum literarum cognitione coniunctā, animi rectitudinem, vitæ sanctimoniam, reliquasq́; omnes alias virtutes tuas, quid attinet prædicare cùm id planè vel ex comitijs Salmanticæ nuper habitis orbi vniuerso clarißimè constet? Vbi ex tanto grauißimorum doctißimorumq́; cœtu atq́; numero, ita omnium suffragijs declaratus fuisti totius nostri sacri ordinis Generalis Minister, vt ne vnum quidem suffragium te reiecerit. Quod sanè mihi propè miraculū fuit, neq́; solùm mihi, sed multis etiam alijs clarißimis viris, qui se continere non poterant, quin exclamarēt eius generis nihil simile his temporibus accidisse. Et meritò quidē. Quis enim sibi facilè persuadere posset, tantam hominum multitudinem, qui ex tā varijs, longinquis, ac propè inauditis regionibus magnisq́; itineribus illò cōuenerant, sic sententijs, voluntate, cogitatione fuisse vnitā, coniunctā, consociatam, vt nè vnus quidē eorū repertus fuerit, qui te dignum ea dignitate non existimarit? O præclarum maximumq́; virtutis,

probi-

probitatis, integritatis ac religionis tuæ testimonium, & splendidissimum verissimumq; etiam electionis tuæ indicium, quo cuncti cogitare ac omnino credere debemus te non sine faustissimo sydere, non sine diuino consilio, atque singulari altissimi prouidentia delectum fuisse. Vnde iam quãta felicitas & in ordinem & in subditos sit promanatura, vel cæco apparet. Proinde pater Reuerendiss. magna cura tibi est adhibenda, vt in obeundo Generalatu omnes homines atq; in primis tui eum te esse intelligãt, quem ante dignitatem fore tam constanter crediderunt. Magnum tibi onus ista tam illustris tamq; honorifica ordinis significatio imposuit, atq; ita magnum, vt non tam gloriæ tibi futurum sit, si rectè feceris, q̃ turpitudini si secùs. Nam quẽ homines esse bonum virum & iustum putant, is si benè aut iustè quid egerit, nihil admirãtur, plurimi etiam tanq̃ iure suo ab eo id expetunt. Si prauitate, odio, ambitione aut iniustitia ducatur, tum verò nõ tam quidem illos, in quos iniquè aggressus est facere, q̃ se ipsi esse lusos ac deceptos, & putant & dolent. Quamobrem oportet eum qui rerũ gubernacula susceperit publicum nõ priuatum negocium gerere: nihil nisi de commodis publicis cogitare: à legibus quas alijs tulerit aut præscripserit, ne latum vnguem discedere: nullum fugere laborem, per quẽ suorũ otio, paci, atq; concordiæ cõsulatur: nullum euitare periculum, in quo salus subditorum cõtineatur: & sic deniq; vitam instituere suam, vt meminerit sese vnum omnium oculis expositũ. Vnde vel amplissimam laudem, vel sempiternam notam

ſibi poßit vendicare. Sed hæc non tam ideò ſcribo Præſul ampliſsime, quod verear ne expectationi hominum reſponſurus ſis, qui iam omnibus pariter & gratiſsimus, & vera ſolidaq́; laude cumulatiſsimus es, q̃ quod vehementer cupiam te in eum euadere virum, qui in timore Domini eruditus, exiſtimationem apud omnes homines noſtram, hoc eſt, totius noſtræ religionis ſanctitatem incredibili maiorũ virtute partam non tantùm conſeruare ſtudeas, ſed ita quò ad fieri poterit, augeas atq́; amplifices, vt luceas omnibus qui in domo Dei ſunt. Quod planè fiet, ſi quæ tua te virtus, tua religio, tua pietas, bonitas, dignitasq́; ipſa per ſe admonebit, forti, infracto ac preſtãti aĩo amplexus fueris. Reliquũ eſt Clemẽs clementiſs. paterq́; Reuerẽdiſs. vt hos labores noſtros, quos tanq̃ meæ in te ſingularis obſeruantiæ pignora, tuis auſpicijs in manus hominum emitto, & clementer accipias, &, ſi quando aliquid ocij nactus fueris, vel ad ſatietatem tædiumúe occupationum tuarum leuandũ, carptim perlegas. Sũmas enim eaſdemq́; cuiuſlibet ſtatus atq́; dignitatis hominibus maximè neceſſarias adfert cõmoditates vera cognitio Indulgẽtiarũ, de quib⁹ magni refert, vt q̃ optimè ſentiat populus Chriſtianus, ꝓpterea ꝙ pios vereq́; Chriſtianos animos nõ ſolũ recreare, ſed & meliores reddere valẽt. Quòd ſi nos. P. ampliſs. quippiam ꝓtulerimus laude dignũ, cuius minimè ſum auidus, id tñ mihi nõ adſcribẽdũ eſt, ſed Dño à quo eſt omnis donatio bona omneq́; donũ perfectũ: qui te pater Reuerendiſs. nobis diutiſsimè ſeruet incolumẽ. Compluti. 16. Cal. Iulij. 1554.

Tabula

Tabula omnium articulorũ & quæſtionum quæ habentur in hoc tractatu de Indulgentijs.

Articulus primus, in quo agitur de quidditate, theſauro, & poteſtate & valore Indulgentiarũ: & continet nouem quæſtiones.

Articulus ſecundus, in quo agitur quis & quibus poteſt conferre Indulgentias, & cõtinet ſeptem quæſtiones, quarum prima & in ordine decima ſequitur.

Articulus tertius, in quo agitur de requisitis ad concedendũ & lucrandũ Indulgẽtias quantũ sonãt, & cõtinet tredecim quæstiones, quarum prima & in ordine decima septima sequitur.

gene

Proœmium

Proëmium ad pium & candidum Lectorem.

VArietatẽ in rebus omnibus veluti quandam medicinã à natura parente nobis datam fuiſſe, vel ex eo liquet, quòd & cibi ipſi, quib⁹ nihil eſt corporibus humanis magis neceſſarium, ſi ijdem perpetuò eſſent, ab ſtomacho repudiarẽtur odio penè inexpiabili: & literæ, quibus ab ipſo naturæ auctore Deo humanis ingenijs tributum munus aliud præſtantius non eſt, non tã admirabiles ſui amores excitarent, niſi viciſſitudine quadam, varietate, atque commutatione continerentur. Id quod ita latè videtur patere, vt quum etiam teſtimonio ſacrarum literarum cõſtet, nihil nouum ſub Sole eſſe poſſe, tamẽ gaudeat natura ipſa varietate, vel quia vaga per ſe volubiliſq; eſt, vel vt mortalium animos, quos item varios, ſolicitos, cõmutabileſq; fore intellexit, in operũ ſuorũ contẽplatione admirationeq; diutius retineat. Ita videmus creatis ab ipſo omnipotente Deo per ſex dies rebus omnibus & in ſua genera ſpecieſq; ornatiſſimè diſtinctis, tamẽ in ijs ita ludere naturã, vt nihil nõ ipſa conuertat, & ex alijs formis in alias trãsferat, quaſi videri velit aliquid nouũ agere, dũ tamen id contendit, vt res omnes in illa prima antiquaq; materia tueatur

tur atq; conseruet. Neq; verò minorẽ varietatẽ in animis ingenijsq́; hominũ videmus inesse q̃ in ijs rerũ naturis, quæ sensibus obijciũtur. Nulla nãq; natura est, quę in suo genere nõ habeat res q̃plurimas inter se dissimiles. Ac vt alia prętereã, quotusquisq́; hactenus repertus est in arte fingẽdi aut pingẽdi ex ijs, qui singuli per se pręstãtissimi fuerũt, qui nõ aliorũ fuerit dissimilimus? Eius rei non equidẽ grauarer exẽpla aliquot adferre, quib⁹ id, quod dicimus, planũ fieret, nisi & illis referti forẽt libri multorũ magnorũq́; virorũ, & arbitrarer, nõ esse quẽ omniũ rerũ, quũ earũ, quæ sensibus cõ p̃hendũtur, tũ earũ, quæ aĩo cogitationeq́; cernũtur, lateat varietas atq; dissimilitudo. Quin vsq; adeò mihi videtur hæc dña varietatis natura in aĩs mortaliũ valere ac dñari, vt etiã in eo, qđ omni ex p̃te absolutũ p̃fectũq́; sit, imponat efficiẽdi necessitatẽ. Parũ nãq; meo quidẽ iudicio, sibi videbatur factura, si vel in rebus varijs varios esse hominũ animos ostẽderet, dũ suo quenq; studio raperet, suũq; cuiq; omnibus de rebus iudicium relinqueret, vel eandẽ rem varijs modis dispartiret, alijs inuẽtionẽ, alijs ornatũ, alijs absolutionẽ, alijs aliud elargiẽs nihilq́; vniuersum profundens. Ita fit, vt rerũ omniũ parua sint principia, & suis progressionibus vsa augeantur, vt ait M. Tullius: & tempus, vt Aristoteles, inuẽtor adiutorq́; bonus.

Sed voluit eadem natura, quò magnitudinē viriū ſuarum oſtentaret, in eo etiam verſari hominum ſtudia atq; cōtentiones cui nihil iā addi poſſe videretur, tanquā quiſq; rectè facti gloriam ſibi deberi vni vellet. Nihil eſt enim tam in ſuo genere perfectū, quo non ſaltem cogitari aliquid poſsit perfectius, quo humana conetur induſtria, quæ ſi nihil aliud in eo proficiat, tamē dū nihil obſit, ſapiens eſt atq; probāda. Ea re fit, vt ſcribendi libros nullus ſit finis, quantūuis nihil ſit, quod nō fuerit vel ſexcenties literarum monumentis mādatum, id quod & Ariſtot. fatetur, qui in Meteo. ait, Quę tractētur opiniones, eas ferè omnes à ſuperioribus antè fuiſſe agitatas. Quo quidē in ſtudio qui verſatur, naturam ij mihi quidem imitari videntur, quæ, vel cupida nouitatis, vel primæ materię nimiùm tenax, res omnes nouis ac miris ſubinde modis quaſi renouans veſtit. Nam nō ſuperſedent ſcribēdo viri docti, vel quia vt ex ſenſibus alios dulcia alios ſub amara capiunt, ſic etiā ingeniorum alia breuibus atq; conciſis, alia contrarijs delectantur: vt interim prætercam reliqua varia multipliciaq; dicendi ſcribendique genera, vel, vt ſæpius eadem de re agētes, eam quaſi renouent & ab iniuria temporis, quo intereunt omnia, publicæ vtilitati vendicent. In quo quidē ſtudio, vt nihil aliud ſit vtilitatis, niſi vt aliorū facta

dum

dum variè repetuntur, nunquam non extent: certè non minor gratia debetur talibus conseruatoribus quàm primis parentibus ac effectoribus, sicut non minus iucundi sunt ij dies, quibus conseruamur, quàm quibus nascimur. Nam vt incerta est nascendi conditio, nullusque in ea re sensus, conseruatæ verò salutis certa lætitia voluptasque non dubia: ita quum primùm libri foras æduntur, maior est timor ac solicitudo, quem exitum sint habituri, quàm de fœtura voluptas. Postquàm verò ijdem aut castigati, aut aucti, aut in aliam formam induti, iterum proferũtur, non est iam quòd lucem & forum reformident, quòd de vita reliqua soliciti sint, proferẽtes altera æditiõe iudiciũ de se ac testimoniũ clarissimorũ hominũ. Quę oĩa quũ ita se quidẽ exploratè habeãt, vt ad me tandẽ meã conuertã orationẽ, nemini arbitror mirũ visũ iri, & ꝙ post tot scriptores, quot hactenus extiterũt, ipse quoq; voluerim manũ calamo admouere, & ꝙ earũ rerũ scriptionẽ susceperim, de quibus multi antè me variè fortassis perscripserint. Nã & quæ apud diuersos autores dispersa diffusaq; erãt, coegi, quò certiùs constarẽt, & quæ breuiter ꝑcisẽq; dicta, latiùs fusiùsq; explicaui ꝑspicuitatis gratia, cuius in rebus oĩbus ratio debet haberi vel pręcipua. Idq; eò magis in certis materijs Theologicis facere sum conatus, quò res

illæ

illæ mihi videbātur frequentiùs ab omnibus ferè agitari. Id quod sum maximè persequutus in materia Indulgentiarū, in quibus multi ijdéq; pij & catholicici viri desiderāt exploratū habere quod secundū veram pietatem Christianam intrepidè loquantur, quo eam ab hæreticis impijsq; derisoribus fortiter constanterq; tueantur. In quo quidem tractatu dedimus operam (nescio an præstiterimus) vt thesaurum abscōditum in agro vberrimo Indulgentiarum in medium proderemus, quò inuitata Christiana pietas auidiùs & alacriùs insequatur munus à Deo concessum, & eo ad vitam illam æternam confidenter vtatur. Noui nãque multos, qui hac de re minus quàm pro dignitate Indulgentiarum loquantur, verētes impiorum & hæreticorum conuicia & irrisiones, vtpote qui rei nucleum nondum extraxerint, quibus quidem ipse suppetias ferre pro virili decreui, ne ampliùs haberent, quod reformidarent. Quę causa etiam fuit, vt relicto cultiore scribendi genere, quod fortassis non omnino illepidè sequi potuissemus, eo potiùs vti voluerimus, quod vulgo scholasticū vocāt, ne dū in rebus ipsis rationē cōmunis vtilitatis in primis habendā curauimus, id minus dicēdi genere pstaremus, si nō eiusmodi accōmodaremus quale in vulgus olim probatū est, & quo res Theologicæ tradi ferè consueuerunt.

Reli-

Reliquum est à pijssimis quoque cordatissimisq; lectoribus vt impetrẽ, vt has nostras lucubrationes, quales quales illæ sunt, boni consulant: & si quid pro nostra tenuitate de rerũ ipsarum iusta magnitudine imminutum videbitur, vel sua nũc ipsi pietate atque candore, vel maiore aliquando exęquent industria. Ego verò tantùm nunc illud velim studium hac de re nostrum probari, quod in studiosorum omnium cōmodis iuuandis, quę ad pietatem Christianam conferrent libenter po sui. Quocirca in calce huius libri visum est subscribere quãdam animi iudicijq; mei declarationem, qua testatum consignatumq; relinquam ꝙ vel in hoc eodem libro de Indulgẽtijs, vel in alijs si quos vnquàm emisero, dictum sit, id omne ab animo pio profectũ fuisse, noluisseq; me id videri pertinaciter dictũ, sed quoquo modo aliter habeat iudicio ac censuræ incorruptissimorum iudicum, quibus curæ sunt sacra religionis Christianæ, sponte mea permisisse, à quibus nihil me dissentire in rebus grauioribus libens ac liber ex hoc tempore in omne posterum profiteor. Bene vale pie & candide lector.

FRATRIS ANtonii Cordubensis ex sacro Minorum ordine, Guardiani sancti Francisci Cõplutensis tractatus de Indulgentijs feliciter incipit.

ARTICVLVS. I.

Quæstio prima.

Quæritur primò quid sit Indulgentia Ecclesiastica.

RESpondeo omissis multis acceptiõibus Indulgẽtiæ, de quibus latiùs Iuristæ agunt in ca. Indulg. de pœ. & re. li. 6. Itẽ extra. in ca. Quod autẽ eo. tit. & referunt Sũmistæ. Hic loquimur de Indulgentia Ecclesiastica, de qua Theologi loquũtur specialiter. Dico ergo quòd potest dupliciter diffiniri, vno modo diffinitione descriptiua, quę scilicet explicet quid nominis, non curãdo de alijs omnibus particulis tangentibus omnes difficultates, quæ quo ad qualitatem Indulgentiæ moueri possunt. Diffinitio enim debet esse breuis & clara, vt intelligatur quid per nomẽ, de quo agitur importetur, vt sic conueniant omnes disputãtes in re per tale nomen importata, ne æquiuocare aut peralogizare aut incassum cõtendere contingat. Supponitur enim in sciẽtia quid nominis rei de qua agitur & non probatur, vt elicitur ex primo posterio. ¶ Sic ergo breuiter & grosso modo describendo aut diffiniendo Indulgentiam, dico quòd Indulgentia est iurisdicia- *Indulgentiæ diffinitio.*

lis remißio, aut relaxatio pœnæ ex peccato contractæ in foro pœnitentiali extra sacramētū facta. Cuius declaratio patebit ex dicēdis. ¶ Alio modo & magis in rigore quidditatē Indulgētię declarādo, potest diffiniri. Sed prius oportet notare quod est duplex Indulgētia, vno modo absolutè aut simpliciter, alio modo Indulgētia per modū aut per viā suffragij, de qua latiùs infrà. q. 13. agēdū est, quia hæc solū cōuenit animabus purgatorij. Nūc aūt de Indulgētia absolutè sumpta, quę cōuenit viuētibus existētibus de foro Ecclesię seu huius mūdi, agēdū est. ¶ Indulgētia ergo absolutè sūpta est remißio iurisdicialis pœnæ tēporalis pro peccatis actualibus sacramētaliter debitæ, facta à prælato Ecclesiæ de cōmuni Ecclesiæ thesauro. ¶ Ista diffinitio declaratur primò per singulas eius particulas, & postea probatur. Dicitur ergo quod Indulgentia est remißio, absolutio, seu relaxatio, cōdonatio, seu donatio, aut venia totalis, seu partialis, quę oīa vocabula pro eodē sumuntur in proposito, quia sic à doct. diuersimodè accipiuntur. In quo not. quòd præfatæ remißioni, seu absolutioni pœnarum est annexa cōmunicatio seu dispensatio thesauri Ecclesiæ ad faciendam solutionē seu satisfactionem pœnarum: & ideò alij doctores etiam dicunt, quòd Indulgentia essentialiter est solutio pœnarum, vt sic homo maneat liber & absolutus à debito pœnarum, ex quo iam sic sunt ei remissæ condonatæ aut relaxatæ propter prædictam solutionē seu satisfactionem pœnarum factā de thesauro Ecclesiæ, sibi per Indulgentiam communicato seu dispensato. De quo, scilicet, an ratio & quidditas seu essentia Indulgentiæ principaliter sit communicatio seu dispensatio thesauri Ecclesiæ, aut solutio seu satisfactio pœnarum de præfato thesauro, an potius remißio absolutio seu relaxatio pœnarum (vt in hac particula diffinitiōis habetur) proximè patebit in probatione huius particulę. ergo est remißio vel relaxatio. ¶ Dicitur (iurisdicialis) id est, quòd concedere Indulgentiam est actus iurisditionis Ecclesiasticæ & non actus ordinis: & sic ipsa Indulgētia seu remißio est actus iurisditionis. Et in hoc differt ab absolutione seu remisione sacramentali culpæ, seu pœnæ, quæ non solùm est actus iurisditionis sacramentalis, sed etiam ordinis sacerdotalis. Similiter in hoc differt Indulgentia, ab actionibus priuatis, quibus quis satisfacit pro alio, implendo pœnitentiam pro eo. Per hoc etiam & per primam particulā præcedentem differt Indulgentia absolutè sumpta ab Indulgentia

Indulgentia absolutè sumpta

Diffinitionis declaratio.

tia per modum suffragij. vt infrà.q.13.& ab Indulgentia per viam participationis,vt de hoc infrà.quæst.11. dubio.3.latiùs habetur. ¶Dicitur (pœnæ) quia per has Indulgentias non remittitur culpa vt de hoc latius q.6.per totam quæstionem agitur. ¶Dicitur (temporalis)quia reatus pœnæ æternæ non tollitur per Indulgẽtias,sicut nec culpa,vt de hoc infrà.q.6.habetur. ¶Dicitur (pro peccatis actualibus) quia Indulgentia non tollit pœnas debitas aut cõsequẽtes ex peccato originali,vt q.9.latius habetur. ¶Dicitur(sacramentaliter debitæ)id est,quæ in sacramento est iniuncta,aut quæ deberet iniungi tam in foro Dei quàm Ecclesiæ.Nã Indulgentia ad forum sacramentalem seu pœnitentialem aliquo modo pertinet:& per hoc excluduntur pœnæ debitæ in foro cõtentioso seu exteriori,de quo latius infra. q.6. q.7. q.8. latissimè agitur. ¶Dicitur(facta à prælato)ad differentiam remissiõis pœnæ quæ fit in foro secreto virtute contritionis aut sacramentalis absolutionis.Talis enim remissio pœnæ, non est nec dicitur Indulgentia Ecclesiastica propriè loquendo,de qua hic agimus,sed solùm illa quæ fit à prælato vel ab eius auctoritatem seu commissionem habente, ex quo est actus solius iurisditionis, vt in prima particula dictũ est. vt de hoc lati⁹ infrà,in pñsenti.q.&.q.10.habetur. ¶Dicitur(de communi thesauro Ecclesiæ) ad differentiam communicationum bonorum, quæ fiunt à prælatis religionum seu communitatum recipientibus aliquos ad confraternitatẽ seu communicationem bonorum spiritualium suorum subditorũ. Talis enim communicatio, non est nec dicitur Indulgentia Ecclesiastica,quia nec est remissio,nec est actus iurisditionis, vt de hoc latiùs infrà.q.39. pertractatur. ¶Ab aliquibus additur particula hæc(rationabiliter) quia scilicet vt sit valida Indulgẽtia quãtum sonat,& non solùm nomine, sed & in rei veritate sit Indulgentia,tanta vt sonat, requiritur quòd fiat ex rationabili causa ex parte ipsius Indulgentiæ & recipientis eam, vt infrà.q.17.de hoc latius habetur, sed quia hoc potius pertinet ad valorem quàm ad quidditatem Indulgentiæ,& in hoc sunt opiniones,vt ibi videbitur,ideo nunc hæc particula,si placet, omittatur. ¶Et sic patet declaratio omnium particularum diffinitionis, quarum probationibus nunc omissis, & pro suis locis suprà allegatis reseruatis, præcipuè in hac prima quæstione morabimur circa duas primas particulas.s. (Remissio Iurisditialis)an sint de quidditate & essẽ

tia Indulgentiæ & quomodo, quia in his stat tota ferè difficultas huius materiæ. ¶ Et primò probatur illa particula (iurisdicialis, quòd scilicet Indulgentia aut eius concessio sit actus iurisditionis Ecclesiasticæ. Quod probatur dupliciter. Primò autoritate, ca Quod autem, extra de pœ. & re. vbi Alex. 3. respõdens archiepiscopo Cantuariẽsi dicit, quòd quia nullus potest ligari aut solui à non suo iudice, ideò Indulgentiæ cõcessæ ab aliquo episcopo, non se extendunt ad non subditos eius, nisi de consensu suorum iudicum concedantur. Hæc ibi. Ex quibus patet, quòd Indulgẽtia est actus iurisditionis adsoluentis spiritualiter. quia actus iurisditionis est actus seu operatio iudicis, alioqui frustrà in eo ca. daretur ratio dicendo, quòd quia nullus potest ligari seu absolui à non suo iudice, ideo Indulgentiæ. &c. Idem patet eo titu. ca. Cũ ex eo, vbi dicitur quòd per Indulgentias indiscretas claues Ecclesiæ contemnuntur, vbi patet ꝙ concedere indulgentiam spectat ad claues, non autem ad claues potestatis ordinis (vt patebit de hoc latiùs infrà. q. 10. ergo ad clauem potestatis iurisditionis. Itẽ eo tit. c. Nostro. habetur ꝙ prælatus potest cõcedere Indulgẽtias dum modo non excedant modificationem sibi factam per Papã vel per Ecclesiam, vt etiam idem replicatur in ca. Romana. eo. titu. lib. 6. quia aliàs talis Indulgentia vires non obtinet: vt hoc habetur expressè eo, titu. li 6. ca. Indulgentiæ. Ex quibus videtur ꝙ si ista potestas potest restringi, ita ꝙ vltra restrictionem vires nõ obtineat Indulgentia, ergo nõ est actus potestatis ordinis seu characteris sacerdotalis, quia talis potestas non potest restringi sic ꝙ non habeat suum effectum validum, sed est potestas iurisditionis quæ restringi potest modo prædicto, vt restringitur in dicto. ca. Cũ ex eo, & ca. Romana, quia nõ est alia potestas Ecclesiastic. Et confirmatur idẽ. Quia Indulgentia est absolutio seu remissio pœnarum, vt dicit alia particula diffinitionis & expressè habetur in dicto. ca. Quod autem. ergo est actus iudicis in subditum suum. Patet hoc, Quia nõ potest absolui nisi subditus, vt habetur expressè in eo. c. ergo absoluẽs est suus iudex seu prælatus. Patet cõseq. Quia correlationẽ mutuã subditi & superioris vt talis est actus iurisditionis eius in subditũ, quia actus iurisditionis est operatio iudicis aut superioris vt talis. i. vt superior est, ergo. Secundò probatur idem, quia eodem textu Ioa. 20. Quorum remiseritis peccata &c. Et Matth. 16. Quodcunq; solueris super terram &c. Fundatur

Primò probatur.

Alexan.

* absoluẽtis importat absolutio, ergo talis operatio, scilicet ab absolutio iudicis seu superioris:

Secundò.

Ioannes.

datur autoritas remittendi peccata quo ad culpam per sacramenta,& quo ad pœnam specialiter per Indulgentias, vt patebit infrà in responsione ad argumenta,& infrà.q.4.&.q.5.Sed ibi cōceditur potestas iurisditionis quo ad absolutionem à culpa : ergo similiter quo ad absolutionem à pœna per Indulgentias.Patet cōsequentia, quia eodem modo vtrunq; conceditur ibidem, ergo. ¶Et sic patet ꝙ concessio Indulgentiæ non est actio priuata, putà cum vnus orat aut satisfacit pro alio,aut pro se. Neq; est actus solùm autoritatis seu potestatis personæ communis exercentis aliqua in communi ex autoritate seu officio publico quod habet, putà dando alicui de bonis communibus precium de quo soluat creditori,nam sine iurisditione potest persona publica id facere non solùm in temporalibus, sed & in spiritualibus. Potest enim communicare bona suæ communitatis spiritualia alienis,super quos non habet iurisditionem,neque superioritatem,vt patet secundum communiter doct.& infrà.q.39. habetur. Imò etiam si in subditos distribuat bona spiritualia suę cōmunitatis super quę habet autoritatem,non per hoc concedit Indulgentiam: etiam si sic distribuendo vtatur iurisditione. Quia talis distributio debet fieri secundum iustitiam distributiuam, attendēdo proportionē personarū & meritorū eorū, quibus talia bona beneficia seu etiā officia spiritualia communitatis distribuēda sunt:vt patet.5. Eth. At verò in concessione Indulgentiæ non oportet ꝙ fiat hoc modo,neque talis concessio Indulgentiæ pertinet ad iustitiam distributiuam sed est actus misericordiæ & liberalitatis, respectu eorū quibus conceditur: vt patebit infrà in.1. corol. pertinens tamen ad iurisditionem spiritualem Ecclesiasticam,& est talis speciei iurisditionis,scilicet remissionis,seu absolutionis pœnarum, vt dictum est. ¶Et sic communiter tenetur à doct.in.4 dist. 20. & ideo sufficiant præfatæ probationes,de quo etiam infrà.q.10.latè habetur per totum. Et licèt talis potestas concedendi Indulgentias,cum sit iurisditionis,& quo ad eius institutionem possit exerceri in nuictum subditum,tamen fructum earum nō possunt assequi nisi volentes & dispositi sicut nec fructum iurisditionis pœnitentialis in sacramēto cōfessionis. ¶Secunda particula in qua est maior difficultas ꝙ scilicet Indulgentia est remissio,relaxatio, seu absolutio pœnarū(quod idē est)pro cuius probatiōe nota, ꝙ Indulgentia seu eius concessione sunt multi actus: & sic secundū *Remissio vel absolutio.*

 eos,

eos, & secũdum diuersos respectus diuersimodè nominatur. Nã ibi est applicatio thesauri Ecclesiæ eiusque communicatio facta huic cui conceditur Indulgentia: & secundum hoc dicitur & est dispensatio, seu communicatio thesauri Ecclesiæ. Ibi etiam est solutio seu satisfactio pœnæ debitæ Deo secundum eius iustitiã, de prædicto thesauro applicato huic homini, per concessionem indulgentiæ, ad prædictum effectum solutionis seu satisfactionis efficiendum, vt sic fiat absolutio & remissio pœnarum illarum, & secundum hoc dicitur solutio, vel satisfactio, & sic est & dicitur actus iustitiæ. Ibi etiam est liberalis & misericors actus iurisditionis, remittentis & relaxantis pœnam Deo debitam pro delicto, per virtutem thesauri Ecclesiæ huic homini, cui conceditur Indulgentia applicati: & secundum hoc est & dicitur remissio relaxatio, seu absolutio, seu condonatio pœnæ debitæ, quæ est & dicitur actus iudicis, seu iurisditionis, vt suprà in prima particula probatum est. ¶ Igitur sunt ista tria, scilicet communicatio seu applicatio, aut dispensatio thesauri Ecclesiæ. Secundò, est effectus eius, scilicet solutio, vel satisfactio pœnarum de prædicto thesauro applicato. Tertiò est remissio, relaxatio, absolutio seu donatio, aut condonatio pœnæ debitæ: & in his omnes doct. concordãt. Quid autem horum trium sit essentialiter & principaliter Indulgentia, in hoc est difficultas & varietas quatuor opinionum.

Prima opinio. Duran. ¶ Nam si essentialiter & principaliter est solutio, vel satisfactio pœnarum vt tenet Durandus, in quarto dist. 20. q. 3. iam nõ absoluitur principaliter quis à debito pœnarum: neq; est actus iurisditionis: sed accessoriè concurrit talis actus iurisditionis remittentis pœnas debitas per Indulgentias, accessoriè etiam concurrit applicatio seu cõmunicatio thesauri, vt inde habeat vnde quis soluat pro debito pœnarum, & non est liberalis condonatio pœnæ, sed solutio & satisfactio pœnarum facta de thesauro Ecclesię, liberaliter cõmunicato per concessionem Indulgentię & sic per consequens fit remissio pœnarum. Et idem dicit Duran. eodẽq; modo fieri in omnibus sacramentis in quibus dicit quòd nõ est vera condonatio neque remissio pœnæ totalis, aut partialis, sed est solutio de meritis Christi per sacramenta liberaliter communicatis seu applicatis, ad absolutionem seu remissionem pœnæ. Quodque pro tanto dicitur ibi esse liberalis condonatio pœnæ, quia liberaliter communicatur de thesauro Ecclesiæ in sacramentis

tis & Indulgentijs proportionabiliter, vt inde fiat solutio & satisfactio, vt sic homo maneat liber & absolutus à debito præfato, sicque solùm est causaliter donatio liberalis pœnarum, non formaliter. ¶Hanc opinionem tenet Duran. propter rationes quæ infrà tanguntur, & soluuntur in probationibus quartæ opinionis & in argumentis. ¶Sed certè hæc opinio Durandi est contra illud Ioannis. 20. Quorum remiseritis peccata &c. & Matthæi. 16. Quodcunq; solueris super terram &c. Et contra formam Ecclesiæ dicentis, Ego te absoluo à peccatis &c. & remittimus seu relaxamus tot annos pœnitentiæ. ¶Palud. autem ea, distinct. 20. quæst. 4. videtur coincidere cum Durando quoad Indulgentias, licèt differat quoad sacramenta, dicẽs quòd in sacramentis fit cõdonatio peccatorum propriè & etiam remissio: quodque ideo vocantur sacramenta gratiæ, sed Indulgentijs non nisi solutio pœnæ de thesauro communicato per concessionem Indulgentiæ. *Ioannes.* *Matthæ.* *Ecclesia.* *Palud.*

¶Sed certè si sentit vt Durandus, præfatæ autoritates Ioannis. 20 & Matthei. 16. & forma Ecclesiæ dicentis quòd per Indulgentias absoluitur quis à pœna & quòd Ecclesia remittit ei pœnam, vt habetur in ca. Quod autem de pœniten. & re. sunt contra eum, sicut contra Deum, vt patebit infrà in probatione quartæ opinionis. Item est alia ratio præcipuè cõtra Palud. quia si sic esset, quòd Indulgentia principaliter & essentialiter est solutio pœnarum, certè non esset, nisi quia per Indulgentiam applicatur thesaurus Ecclesiæ ad absolutionem pœnarum faciendam. Sed in sacramẽto pœnitentiæ etiam applicatur thesaurus meritorum Christi ad solutionem pœnæ æternæ & temporalis faciendam: & tamen ibi est condonatio & vera remissio, relaxatio & absolutio principaliter & formaliter, vt probatum est contra Durandum ex Ioannis 20. & Matth. 16. & forma Ecclesiæ: ergo similiter Indulgẽtia per eandem rationem. Si autem Palud. intelligat quòd Indulgentia, principaliter est communicatio thesauri ad solutionem faciendã vt aliqua eius verba sonare videntur, iam concordat cum secũda opinione quæ proximè recitabitur & refutabitur.

¶Secũda opinio est ꝙ ratio Indulgẽtiæ principaliter stat in cõmunicatiõe dispẽsatiua thesauri ad soluendũ pœnã. Quodq; sic nũc & semp̃ vsã est Ecclesia: minus aũt principaliter & cõsequenter stat in remissione seu absolutione pœnarũ. Et secundum hanc opinionem consequenter dicendum est, ꝙ absolutio seu remis- *Secunda opinio.*

ſio ſimiliter & ſolutio ſeu ſatisfactio pœnarum acceſſoriè concurrunt ad rationem quidditatiuam ſeu naturam Indulgentiæ. Ex eo enim, quòd per Indulgentiam mihi applicatur tantum de pœna recondita in Eccleſiæ theſauro ad faciendam ſolutionem pœnæ debitę, ſequitur ꝙ ęquiualens pœna à me debita eſt iam Deo pro me ſoluta de dicto theſauro mihi per Indulgentiam communicato, & inde vlterius ſequitur ꝙ prædicta pœna à me debita & iam ſoluta eſt etiam mihi remiſſa, relaxata ſeu condonata. Hanc opinionem videntur tenere Palud. vbi ſuprà, & Beatus Thomas ea, diſt. q. 3. & multi alij doctores, & eſt ſatis communis opinio, propter rationes quæ infrà tanguntur & ſoluuntur in quarta opinione & in argumentis. ¶Tertia opinio tenet ꝙ prius Eccleſia vſa eſt Indulgentijs per modum abſolutionis & remiſsionis, & quòd tunc ratio Indulgentiæ ſtabat principaliter in abſolutione ſeu remiſsione pœnarum. Poſtea verò in temporibus modernis à tempore Bonifacij octaui vſa eſt Eccleſia Indulgentijs per modũ diſpenſatiuæ communicationis: & per conſequens (vt Caieta. in. 2. quodlibet. refert in materia de Indulgentijs ca. 6.) dicunt ꝙ Indulgentia olim & nunc eſt diuerſarum rationum quidditatiuè, ſeu quoad ſuam naturam, quamuis quoad cauſam ſit eiuſdem rationis ſemper. Quia ſcilicet omnes Indulgentiæ ſunt ab eadem poteſtate Eccleſiaſtica à Deo tradita remittente pœnas ſeu diſpenſante theſaurum Eccleſiæ: & etiam quoad vltimum effectum, ſcilicet quod ad remiſsionem ſeu ſolutionem pœnæ debitæ ſint vnius & eiuſdem rationis & efficaciæ ſemper. Et iſti mouentur ad ſic opinandum ex tenore ipſarum Indulgentiarum: quia ſcilicet olim vocabantur relaxationes vel remiſsiones, nunc autem à tẽpore dicti Bonifacij octaui, dicuntur communicatiuè ſeu diſpenſatiuè fieri, vt patet in extrauagan. Clemẽtis. 6. de pœ. & re. cap. Vnigenitus. vbi decernitur Indulgentias fieri per modum diſtributionis compenſationis ſeu ſolutionis. Mouentur etiam ex alijs rationibus, quæ infrà in ſecundo & tertio argumento tanguntur & ſoluuntur. ¶Pro nunc autem ſufficiat ꝙ iſta opinio nõ eſt vera: neque enim natura Indulgentiæ pendet ex volũtate Eccleſię: quàmuis Eccleſia poſsit hoc vel illo modo concedere Indulgentias, ſed pendet ex ſua natura & ratione quidditatiua quantum eſt de lege Chriſti ſicut Indulgentiæ non habent fundamentum in iure tãtùm Eccleſiaſtico, ſed præcipuè in iure diuino legis gratiæ

Palud.
S. Tho.

Tertia opinio.

Quo tempore Eccleſia incœperit vti Indulgentijs.

Caiet.

vt

vt patebit infrà.q.5. Ideo ponere Indulgentias diuersarum rationum in vsu Ecclesiæ dissonat ab ipso vsu Ecclesiæ: vt patet. Quia Bonifa.8. qui fuit primus autor iubilei perennis, vt habetur in extrauagan. de pœ. & re. ca. Antiquorum, inchoat illam Indulgentiam iubilei, ab Indulgentijs magnis concessis à prioribus: manifestans per hoc se sectari vestigia prædecessorum. Item quia Romani Pontifices in hodiernum vsque diem Indulgentias tot annorum adiunctis tot quadragenis concedendo in capella pontificali testantur apertè se modo priscorum dare Indulgentias: etiã apponendo semper explicitè clausulam illã, scilicet in forma Ecclesiæ consueta. Ex quibus patet ꝙ intendunt sequi antiquã formam Indulgentiæ: & non inducere nouam alterius rationis. Itẽ dissonat ab vsu communi doctorum: nam omnes Theologi pariter & Canonistæ tractant de Indulgentia tanquam de vnica specifica actione & vnius naturæ, & non vt de actionibus diuersarũ rationum, aut naturarum: ergo nec indulgẽtiæ nunc & olim sunt diuersarum rationum & naturarum: neque Ecclesia tanquam de diuersis rationibus Indulgentiæ vsa est in diuersis modis eas concedendi. Ideo hæc tertia opinio, quatenus præfatam differentiã ponit, non valet. ¶ Quarta opinio, in qua tandem videtur standum conformiter ad præfatam particulam diffinitionis suprà positæ, est ꝙ ratio seu natura Indulgentiæ semper est & fuit vnica, tã ex institutiõe Christi, quàm in vsu Ecclesiæ, & ꝙ stat principaliter in remissione, absolutione seu relaxatione pœnarum, minus autem principaliter & accessoriè, quamuis necessariò stante lege stat in communicatione thesauri Ecclesiæ, ad solutionem pœnarum faciendam. Sic scilicet quia Ecclesia non potest liberè relaxare pœnam Deo debitam pro peccato: ideo vt remissio sua sit valida & efficax, & habeat vnde remittat & soluat pœnam, adiungit absolutioni prædictæ cõmunicationem pœnarũ solutarum à Christo & sanctis, applicando aliquid earum huic vel illi, cui indulgentiam concedit, & sic consequenter sit sufficiẽter soluta pœna Deo debita pro peccato, sicq; solutio & satisfactio pœnarum consequenter vt effectus finaliter intentus in concessione Indulgentiæ concurrit etiam accessoriè ad remissionem seu absolutionem pœnarum. Et hanc opinionem tenet Caiet. in quodlibet. vbi suprà, & multi doctores cõmuniter. Et quamuis præfata differentia videatur aliquibus differentia & subtilitas mathematica

Quarta opinio.

Caiet.

 & futi-

& futilis, quodque ideo non sit talis differētia ponenda, sed quòd ratio Indulgentiæ stat æquè principaliter tam in remissione, absolutione seu relaxatione pœnarum, vt dicit præfata particula diffinitionis, quàm etiam in communicatione seu applicatione thesauri, quodq; idem est vtrunq;, tamen in rei veritate magna differentia est, & multum facit ad rem, quia hinc pendet intelligentia Indulgentiæ per modum suffragij, & differentia eius ab Indulgētia propriè & simpliciter dicta, quæ est per modum iudiciariæ potestatis, vt patet ex suprà dictis & dicendis per totam hanc materiam, maximè in hac quæstione prima, & infrà. q. 13. ¶ Ideo (saluo meliori iudicio) standum videtur in hac quarta opinione, scilicet quòd Indulgentia est absolutio seu remissio pœnæ extra sacramenta quidditatiuè & æquè principaliter, sicut est remissio pœnæ in sacramentis, virtute sacramentorum: & per Indulgentias applicare thesaurū est virtute thesauri Ecclesiæ applicati per concessionem Indulgentiæ, quod fiat absolutio à pœna extra sacramenta. In sacramentis autem etiam fit applicatio thesauri meritorum Christi, virtute quorum fit remissio culpæ & pœnæ. Sicq; conceditur quòd non fit aliter remissio pœnæ per sacramenta, quàm per Indulgentiā. Est tamen duplex differentia. Prima quia in sacramentis fit applicatio solùm meritorū Christi: in Indulgētijs autē etiam fit applicatio satisfactionū aliorū sanctorū, vt patebit infrà q. 3. Secunda differentia est, quia sacramentum ex ipsa Christi institutione est instrumentum applicatiuum meritorum Christi, per Indulgentiā autem applicatur virtus passionis Christi & sanctorum, solùm per autoritatem Ecclesiæ sine alio instrumento instituto à Christo. ¶ Et sic patet declaratio huius quartæ opinionis, & primæ particulæ diffinitionis, quod scilicet essentialiter & principaliter Indulgentia nunc & olim est remissio seu absolutio pœnarum, secundariò autē seu accessoriè, quamuis necessario est cōmunicatio thesauri Ecclesiæ, vt dictū est. Quæ & probatur tripliciter. ¶ Primò quia Indulgētia nūc & olim in [illegible] Ecclesiæ est eiusdē rationis & naturæ, quoad suā essentiā. Sed olim eius ratio & natura fuit principaliter remissio seu absolutio aut relaxatio pœnarum, ergo & nunc. Consequentia patet, & maior est suprà probata in destructione tertiæ opinionis. Minor autē probatur per cap. Quod autem extra de pœniten. & re. vbi Alexan. tertius respondens Archiepiscopo Cantuariēsi dicit, quod quia nullus

Differentia prima.

Secunda.

Primò probatur

lius poteſt ligari aut ſolui à non ſuo iudice, ideo Indulgentiæ conceſſæ à non ſuo iudice vel epiſcopo non ſe extendunt ad nō ſubditos eius, niſi de conſenſu propriorū iudicum. Hæc ibi. Ex quibus patet quòd ſi Indulgentia non eſſet per ſe propriè & eſſentialiter abſolutio ſeu remiſsio, hoc ius non redderet rationem per ſe & propriam, quare Indulgentia non prodeſt non ſubdito, quia ſcilicet non poteſt ligari vel ſolui niſi ſubditus. Si enim illa ratio eſt per ſe & propriè data oportet indulgentiam propriè & quidditatiuè conſiſtere in abſoluendo vel ligando: conſtat autem ꝙ Indulgentia non eſt ligatio, ergo eſt abſolutio. ¶ Dicitur autē ꝙ ille canon non dedit rationem propriam & per ſe ad quæſitum, ſeu ad ſuum dictum, certè hoc non cōſonat rationi aut Eccleſiaſticæ, ſeu Papali decreto quia ea quæ ſunt per accidens repelluntur à qualibet ſciētia. Quod ſi ille canon gloſſetur, dicendo quòd Indulgentia eſt quidem abſolutio ſeu remiſsio vt probatur, ſed nōn eſſentialiter, ſed effectiuè. Sic ſcilicet ꝙ Indulgentia eſſentialiter eſt cōmunicatio theſauri, cauſans ſeu efficiēs abſolutionē vel remiſsionē pœnarū, & ꝙ hoc tantum probat. dict. ca. Quod autē, etiā ſi per ſe & propriè det rationem. Contrà hanc gloſſam eſt ſecunda probatio, quæ ſubſequitur. ¶ Secundò probatur idem. *Secundò.* Quia ſi principaliter natura Indulgentiæ conſiſteret in communicatione diſpenſatione, ſeu applicatione theſauri Eccleſiaſtici adhuc ergo ſequeretur (vt arguit Caiet. vbi ſuprà) quòd Epiſcopus Bononienſis poſsit validas Indulgentias concedere non ſubdito ſuo, modo peccet, modo nō in tali cōceſsione cōtra legē aut prohibitionem ſuperioris. Probatur conſequentia. Quia diſpenſatio ſeu communicatio theſauri non eſt actus iuriſditionis vt talis eſt. Nam ad cōmunicandū alicui theſaurum non requiritur aliqua iuriſditio ſuper illum cui cōmunicatur, ſed ſufficit autoritas ſeu poteſtas ſuper theſauri diſpenſatione, vt hoc patet in diſpenſatione theſauri ſpiritualis. Abſolutio aūt ſeu remiſsio pœnæ cōcomitaretur talem diſpenſationē per viā ſequellæ abſque alio actu iuriſditionis, quia iā exoluiſſet pœnā debitā de theſauro Eccleſiæ ſibi cōmunicato: ergo alienus ſubditus qui ſolū ad quadraginta dies pœnitētiæ teneretur, certè ſequeretur ꝙ ab Epiſcopo Bononiēſi per Indulgentiam quadraginta dierum ſibi factā aut cōmunicatā, ſic iā abſolueretur, quòd ſaltem corā Deo ad nullā pœnā pro peccato luendam teneretur. Huius tamen oppoſitum *Caieta.* *Epiſco. Bononiē.*

habe

habetur in dict. c. Quod autem, dum ibi dicitur, quòd alieno nõ
Euasio. prodest Indulgẽtia nisi de cõsensu proprij iudicis, ergo. ¶ Si quis euadere nitatur dicens ad hoc, ꝙ quia Indulgentia liberat eũ cui datur à pœna coram Deo, & coram proprio iudice Ecclesiastico, quia scilicet liberat à pœnitentia iniuncta in foro pœnitentiali, & licèt alienus Episcopus cõmunicando pœnas de thesauro Ecclesiæ non suo subdito exoluat pro illo pœnitentiam iniunctam coram Deo, non tamen coram proprio iudice illius: & ideo ille subditus remanet ad pœnitentiam iniunctam adhuc obligatus corã suo proprio prælato seu iudice. Sicut qui sine aliqua Indulgentia per alia opera satisfactoria exoluisset totam pœnam peccatis suis debitam, & pœnitentiam iniunctam à sacerdote non peregisset remaneret obligatus in foro Ecclesię ad pœnitentiam iniunctam
Alexan. peragendam: & ideo Alexander tertius dixit in dic. ca. quod aũt. ꝙ Indulgentia, non subdito non prodest s. in foro Ecclesiastico, in quo iura fiunt, & de quo prędictum ca. Quod autem, loquitur. ¶ Sed certè hæc euasio nil valet propter duo. Tum primò: quia si natura Indulgentiæ principaliter consistit in communicatione thesauri, exoluentis pœnam coram Deo, & absolutio iudicialis comes ponitur: certè Alexander tertius consultus, non debebat respondere negatiuè, simpliciter & absolutè dicendo ꝙ non prodest nisi de licentia proprij iudicis, ex quo oppositum est verum simpliciter & absolutè. Prodest enim coram Deo talis Indulgentia etiam secundum oppositum opinantes. Vna quæquæ enim res simpliciter & absolutè iudicatur secundum suam naturam & non secundum concomitantia. Imò & debuit absolutè affirmari ꝙ talis Indulgentia prodest non subditis, ex quo illam Indulgentiam, secundum oppositum opinantem, consequuntur omnes etiam non subditi quo ad principalem & essentialem effectum Indulgentię, qui est solutio pœnæ debitæ coram Deo, ergo propter hoc non valet illa euasio. Tum secundò, quia tenendo ꝙ Indulgentiæ valent, etiam quo ad pœnas non iniunctas à sacerdote (vt infra. q. 7. propositio quarta latius de hoc habetur) tunc ex quò in foro Ecclesiæ iam non tenetur ad aliquam pœnã talis homo, sequitur ꝙ Indulgentia ei concessa à non suo iudice valeret ei omnino. Hoc autem est contra prædictum, ca. Quod autem,
2. Euasio. vt probatum est suprà, ergo euasio nulla. ¶ Si secundò quis euadere nitatur dicens ꝙ Indulgentia, essentialiter est dispẽsatio nõ

quæ-

quælibet, sed iurisditialis, scilicet super subditos tantùm, & non propriè distributiua secundum leges iustitiæ distributiuæ, ex quo non exigit respectum æqualitatis vnius subditi, ad alterum vt suprà habetur in probatione illius particulæ, (iurisditialis) & nec est propriè actus iustitiæ moralis, sed est dispẽsatio iurisditialis in subditos tantùm & liberalis, secundum quod ad Dei honorẽ & spiritualem vtilitatem animarum seu Ecclesiæ pertinere videtur: & ideo non principaliter sed concomitanter est absolutio seu remisio pœnarum. Sed certè nec hæc euasio quid valet: quia tunc sequeretur ꝙ eodem modo Papa vel Ecclesia concederet Indulgentias viuis sicut defunctis. Patet hęc sequella, Quia quoad principale vel essentiale ipsius Indulgentiæ similiter Indulgentia concessa animabus purgatorij per modum suffragij est dispẽsatio & communicatio thesauri & conuenit cum Indulgentia, simpliciter sumpta quo ad viuos secundum opinantem, licèt differant in annexis, seu concomitantibus, putà in iurisditiõe annexa quo ad viuos, & non annexa dispensationi vel communicatiõi thesauri quo ad defunctos, ratione autem annexorum non diuersificatur natura & essentia rerum, ergo ratione concomitantis iurisditiõis ipsi dispensationi non diuersificatur natura & essentia Indulgentiæ quo ad viuos & defunctos. Quod autem hoc consequens sit falsum probatur. Quia natura Indulgentiæ per viam suffragij differt essentialiter ab Indulgentia simpliciter dicta. Insuper & hæc conceditur solùmmodò viuis, non per modum suffragij, sed per viam iudiciariæ absolutionis. Defunctis autem non per viam iudiciariæ absolutionis, sed per viam suffragij, idest, per viam autoritatiuæ communicationis seu dispensationis de thesauro Ecclesiæ conceduntur Indulgentiæ, vt tenet communis practica Ecclesiæ, vt latius de hoc habetur infrà. q. 13. Ergo patet, ꝙ Indulgẽtiæ defunctorum sunt essentialiter dispensationes seu communicationes autoritariuè eis factæ de thesauro Ecclesiæ: concomitanter autem seu effectiuè sunt remisiões pœnarũ (vt ait Caietanus) vel potius sunt solutiones, vel satisfactiones pœnarũ: & finaliter sunt remisiones, & absolutiones pœnarum. Quia scilicet tales indulgentiæ eis conceduntur, aut talis communicatio, & dispensatio thesauri eis confertur, vt inde pro debitis suis pœnis Deo in hac vita satisfiat & solutum sit, vt tandem in alia vita vbi sunt à solo Deo talem solutionem acceptante ipsis defunctis suæ pœnæ de- *Caieta.*

bitæ

bitæ remittãtur,& à tali debito abſoluãtur,vt infrà.q.2.in reſpõſio.ad.3.arg &.q.3.latius de hoc habetur.Indulgẽtiæ aũt viuorũ de quibus hic agimus,ſũt eſſentialiter & principaliter remiſsiões ſeu abſolutiones pœnarũ factæ à ꝑlato Eccleſiæ loco Chriſti, con comitãter aũt ſunt cõmunicatiões ſeu diſpẽſationes de theſauro Eccleſię,vt dictũ eſt,& dicetur adhuc latiùs in reſpõſione ad ſecũ dũ argumentũ & q.2.3.5.& 13. ¶Tertiò principaliter probatur idẽ.ſ. ꝙ Indulgẽtia ſit eſſẽtialiter abſolutio ſeu remiſsio pœnarũ, cui tamẽ eſt annexa& cõcomitãtur neceſſariò autoritatiua cõmu nicatio ſeu diſpẽſatio theſauri Eccleſiæ, vt ꝓdicta remiſsio ſit effi cax quò ad Deũ & Eccleſiã. Nã Eccleſia &Papa ſemper ferè olim & nũc vocãt Indulgẽtias,remiſsiones,abſolutiões & relaxatiões peccatorũ,ideſt,pœnarũ debitarũ pro peccatis,vt patet extra de pœni.& re.ca.Quod autem.& ca.Cum ex eo.& eo.titu.li.6.& in extrauagan.eo titu.ca.Antiquorũ,vbi dicitur,pleniſsimã omniũ ſuorũ cõcedimus veniã peccatorum.&c.& ſimiliter in bullis Papalibus infinities id habetur: vbi dicitur quòd conceditur pleniſsima remiſsio,Indulgentia,venia & abſolutio peccatorum conferentibus tale quid,ſeu viſitantibus talem locum. Et certum eſt ꝙ ibi Papa & Eccleſia nõ loquitur de abſolutione ſacramẽtali culparũ,vt patet ex ipſo tenore & circũſtantijs literarũ & cõmuni practica & intellectu earũ:& quia ſæpe Papa concedit ꝙ cardinalis tantùm diaconus vel alius non ſacerdos concedat pleniſsimã Indulgentiã, abſolutionẽ & remiſsionẽ peccatorũ: quia etiã in facto non ſacramẽtali lucratur quis iubileũ,vtpote in viſitatione & eleemoſyna, aut oratione & huiuſmodi, qui iubileus dicitur pleniſsima Indulgentia & abſolutio peccatorũ.i.pœnarũ pro peccatis,q̃uis ſæpe ex tenore literarũ ſeu ex ſtilo curiæ ad maioris gratiæ abundantiã cõcedatur etiã facultas abſoluẽdi ſacramẽtaliter pleniſsimè ab omnibus culpis autoritate Papali, ergo patet ꝙ ſic Eccleſia vocat Indulgentiã abſolutionẽ & remiſsionẽ &c,& non poteſt aptè gloſſari ꝙ ſit abſolutio cauſaliter aut effectiuè,aut alio modo, ſed formaliter & eſſentialiter vt ſuprà probatũ eſt in alijs probatiõibus,ergo. ¶Similiter etiã doct. Theologi & Canoniſtæ vocãt cõmuniter Indulgentiã abſolutionẽ & remiſsionem pœnarũ.Et hoc apertè ſenſit Alexand. Hall.4.par.q.83.mẽbro.3. & Bona. q̃uis videatur dubius,tamẽ ad hoc magis declinat in.4. diſt.20.ar.2.q.2.&.3.vbi ſemꝑ Indulgẽtias vocat relaxatiões pœ narum.

Tertiò. *Alex.* *Bonauen.*

narũ. Itẽ Richar. ea. dis. 20. art. 3. q. 1. & art. 4. q. 2. q̃uis aliqualiter videatur dubius, tamẽ expresʃius cõcordat cũ p̃dictis, vocãs Indulgẽtias absolutiões remisʃiõesq; pœnarũ. Itẽ cõcordat Hẽric⁹ Gãdeñ in q̃dlibeto. ItẽCardi. in tractatu de Indulgẽtijs & iubileo. Itẽ Fran. Mayro in tract. de clauib. Itẽ Gerson. in tracta. de absolutione sacramẽtali & de Indulgẽtijs & alibi, vbi sæpe dicit, q̃ dare Indulgẽtias nõ est absoluere à peccatis, quò ad culpã, sed est de pœniten. debita relaxare in toto vel in parte. Itẽ Sũma Angelica titu. Indulg. secundũ glossam. & no. cõmuniter à doct. Canonistis extra de pœ. & re. ca. Quod aũt. & eo. titu. li. 6. ca. Indulgẽtiæ. & tandẽ Caiet. in secundo quodlibeto in materia de Indulg. ca 1. 2. & 6. & alij plures doctores antiqui & moderni sic vocauerunt & senserunt, vt dictũ est. Quãuis beatus Thomas in. 4. dist. 20. q. 3. & Palud. ea dist. & supplementũ Gabrielis in. 4. dist. 45. q. 3. art. 1. & Siluestrina titu. Indulgẽtia & alij plures teneãt oppositũ, dicẽtes q̃ Indulgentia essentialiter & principaliter est dispẽsatio seu cõmunicatio Thesauri, propter rationes quæ postea ponẽtur in argumẽtis & soluẽtur. Tametsi si eorũ verba & sensus inspiciãtur, fortè etiã senserũt nobiscũ, q̃. s. Indulgẽtia sit essentialiter remisʃio vel absolutio, quod etiã aliqualiter innuitur ex ordine manifestati vsus thesauri Ecclesiæ ad vsum Indulgentiæ. Nã (vt ait Caiet. vbi suprà) cũ doctores viderent Ecclesiã absq; sacramẽto remittere pœnas debitas pro peccatis, nec ab Ecclesia tunc instructi essent quomodo huiusmodi remisʃiones valerent, supponẽtes Ecclesiã absoluere à vinculo pœnitentiarũ & pœnarũ, in varias inciderunt opiniones de efficacia huiusmodi remisʃionis seu absolutionis: quibusdã nesciẽtibus hũc Ecclesiæ militãtis thesaurũ opinãtibus absolutiões has in foro tãtũ militãtis Ecclesiæ liberare à pœnitẽtijs, alijs aũt aliter opinãtib⁹, vt lati⁹ infrà. q. 8. habetur. Et tandẽ ex diuersitate omniũ illarũ opinionũ ostenditur q̃ pro certo supponebatur ab omnibus essentia Indulgẽtiæ, q̃. s. esset remisʃio, ad cuius efficaciã inuestigandã tot cõcurrerũt opiniões quot infrà ponẽtur. Et sic patet p̃batio illius particulę. ¶ Ex oĩbus suprà dictis corrolariè sequitur, primò, q̃ Indulgen. secũdũ diuersos respectus diuersimodè noĩatur. Nã secũdũ q̃ est absolutio & remisʃio seu relaxatio pœnę, sic est & dicitur act⁹ iudicis. Secũdũ aũt q̃ est applicatio satisfactiõis ad hũc, sic est & dicitur dispẽsatio seu cõmunicatio thesauri Ecclesiæ. Secũdũ verò q̃ efficit

exolutio

Richar. *Henricus* *Cardina.* *Mayro.* *Gerson.* *Summa Ang.* *Caiet.* *Tho.* *Gabri.* *Siluest.* *Corol. 1.*

exolutionem pœnæ apud diuinam iustitiam per applicatam satistactionem, sic est & dicitur actus iustitiæ. Item secundum ꝙ Indulgentia respicit hunc cui cõceditur est remissio & relaxatio & etiam donatio liberalis & actus misericordiæ, ideo dicitur in bullis, misericorditer relaxamus. &c. quamuis vt respicit diuinam iustitiam sit satisfactio & solutio vsq; ad minimum quadrãtem: est enim solutio sed non ab hoc, & hoc est maximæ gratiæ, quòd soluatur meum debitum & non à me sed de pœnis seu bonis aliorũ mihi liberaliter applicatis, vt infra. q. 2. in respõ. ad. 3. arg. agitur. Ideo in sola lege gratiæ fit hæc gratia in Indulgentijs & in sacramentis & mysterijs gratiæ, vt de hoc latiùs infrà. q. 5. habetur.

Coro. 2. ¶ Secundò corolariè patet differentia inter Indulgentias & receptionem ad communicandum seu participandum de bonis alicuius communitatis seu Ecclesiæ totius. Quia Indulgentia est actus iurisditionis & essentialiter est remissio seu absolutio pœnarum. Non sic in participatione bonorum Ecclesiæ vel communitatis, vt de his latiùs infrà. q. 39. habetur.

Argu. 1. cõtra particulã iurisdicialis. ¶ Contra illam particulam, Iurisditialis, vbi dictum est ꝙ concedere Indulgentiã & ipsa Indulgentia est actus iurisditionis: arguitur quincupliciter.

¶ Primò quia omnis iurisditionis actus exerceri potest in inuictũ: Indulgentiam autem nullus inuictus consequi potest, ergo.

Secũdum ¶ Item secũdò quia nullus potest vti actu iurisditionis in seipsum, sed ipse cõcedens potest vti Indulgentia alijs cõcessa, sicut & alij quibus cõceditur: alioqui ipse esset deterioris conditionis, ergo.

Tertium. ¶ Item tertiò, quia archiepiscopus potest in tota sua diœcesi cõcedere Indulgẽtias vt patet in ca. Nostro. extra. de pœ. & re. & tamẽ constat Archiepiscopũ nõ habere potestatẽ in subditos suffraganeorũ nisi in quibusdã articulis, extra de offi. ordi. ca. Pastoralis. ergo.

Quartũ. ¶ Item quartò quia ad illũ pertinet remittere pœnã peccati, ad quem pertinet remittere ipsam culpam. Sed remittere culpam ministerialiter pertinet ad actum ordinis, ergo & remittere pœnam per Indulgentiam aut alio quouis modo.

Quintũ. ¶ Item quintò, quia Indulgentiæ dantur etiam defunctis existẽtibus in purgatorio, qui à iurisditiõe Ecclesiæ sunt exẽpti, vtpote extra hãc vitam, & quos Ecclesia nõ potest ligare nec soluere, cui tamẽ data est potestas ligandi, & soluẽdi super terrã tãtùm, ergo.

Durand. ¶ Respondeo propter duas primas rationes Duran. in 4. dist. 20. & propter alias tres alij moti sunt & malè ad tenendum, ꝙ concedere

cedere Indulgentias non est actus iurisdictionis Ecclesiasticæ sed ordinis. ¶Ideo ad eos respondeo ad primum argumentum, secundum Caiet. in materia de Indulgentijs cap.5. negando maiorē simpliciter. Dico enim ꝙ aliquis actus iurisdictionis potest exerceri in inuictum, vt patet secundum omnes: Aliquis autē non quando. s. est iurisdictio sacramētalis vel ad sacramentū pertinēs vt patet de absolutione sacramentali, quæ cum sit actus non solū ordinis, sed & iurisdictionis, quia. s. requiritur ꝙ fiat à suo iudice seu sacerdote, & tamen non potest exerceri in inuictum. Sic etiā Indulgentia aliquo modo ad sacramentalē reducitur pœnitentiā quæ iniuncta est, vel iniungi deberet. Ideo requirit accipientis dispositionē, vt patet ex suprà dictis, nec potest habere locum in inuictum. ¶Ad secundū respondeo concedendo maiorem, ꝙ scilicet nullus potest exercere in se ipsum actū iurisdictionis absoluēdo & ligando seipsum. Sed ad minorem dico ꝙ dans alijs Indulgentiā non lucratur illam illa via. s. ea ratione qua data est à se ipso, quia & absoluens alios à culpa seu à pœna non absoluat seipsum, sed non ideo est deterioris conditionis quàm alij. Quia & si non per istam viā, tamen per aliam viam potest illam Indulgētiam consequi, scilicet committendo cōfessori suo vt sic absoluat ipsum, vel concedat illi Indulgentiā sicut ipse fecit cum alijs. Nā & hoc modo Papa subijcit se absolutioni sacramentali, & similiter eadem ratione potest quòad Indulgentiam, & concordat Richardus in. 4. dist. 20. art. 4. q. 2. & communiter doctores. quāuis alij teneant quòd concedens Indulgentiā, eam potest lucrari etiam si non committat alij subijciendo se confessori, vt dictū est, de quo latiùs infrà. q. 11. dubio. 3. habetur. ¶Ad tertium respondeo, ꝙ potestas archiepiscopi super totam prouinciam, ex hoc ipso quòd in quibusdam articulis affirmatur, manifestatur extendi ad dandas Indulgētias in tota sua prouincia: quodq́; ille est vnus articulorum qui in iure canonico numerantur & conceduntur ei secundum Panor. ibidem. ¶Ad quartū respondeo, concedendo maiorem solùm si per eandem viam fiat remissio vtriusq;, vtpote per viā applicationis sacramenti: secus si remissio peccati quòd ad culpā fiat per viā tantū applicationis sacramenti, remissio autē pœnæ per viā applicationis thesauri Ecclesiæ, vt fit per Indulgentias. Sicq; patet quòd non necessariò & simpliciter ad eundē pertinet soluere & ligare quomodocūq;, sed solū quando vtrunq; fit

Ad. 1. argumentū Caieta.

Ad secū dum.

Ricar.

Ad tertium.

Panor.

Ad quartum.

per eandem viam: & sic negatur consequentia. ¶ Ad quintũ conceditur antecedens, ꝙ scilicet animæ purgatorij sunt liberæ à iurisditione Ecclesiæ, ita ꝙ non possunt ab ea iudicari absoluendo vel ligando, sicut etiam nec de earum causa alterius vitæ potest cognoscere Ecclesia quatenùs sunt in purgatorio. Cõceditur etiã ꝙ per hanc viam absolutionis seu remissionis iurisditialis nõ cõceduntur eis Indulgentiæ. Sed licèt per hanc viã non possint defuncti habere Indulgentias ab Ecclesia, possunt tamẽ per modũ suffragij, & Ecclesia habet autoritatẽ super thesauro Ecclesiæ ad communicandũ eis de eo, & per consequens ad concedendũ illis Indulgentias per modum suffragij, vt de hoc latiùs infrà. q. 13. habetur. Nunc autem solùm agimus de Indulgentia absolutè sumpta, quando dicitur quòd est remissio iurisdictialis, non autem de Indulgentia defunctorum, quæ est per modum suffragij, & sic negatur consequentia. ¶ Secundò principaliter arguitur, & hoc specialiter contra aliam particulam vbi dictum est quòd Indulgentia principaliter & essentialiter est remissio seu absolutio pœnarum. Sic arguitur dupliciter. Primò & in ordine sexto quia communis doctrina Theologorum & Canonistarum, canonizata per Clementem sextum in extrauagant. Vnigenitus, de pœnitent. & re. decernit Indulgentias fieri per modum distributionis & compensationis, seu solutionis, aut satisfactionis. Dicũt enim quòd thesaurus Ecclesiæ, in quo sunt recondita merita Christi & sanctorũ, quatenùs satisfactoria sunt, non pro seipsis sed pro alijs distribuitur per Indulgentias in Christi fideles, ita ꝙ pœnitẽtiæ nostrę cõpensantur per pœnas Christi & sanctorũ, dũ ex illo thesauro cõceditur cuiq;, quasi preciũ pœnale, vnde soluat Deo debitã pœnã pro suis peccatis. Hæc doctrina sic canonizata contrariatur prædictæ sententiæ, vbi dicitur ꝙ Indulgentia essentialiter & principaliter est absolutio seu per modũ absolutiõis aut remissionis: nam longè distat actus absolutionis seu remissionis iudicialis à prædictis actibus, qui non sunt proprij iudici, sed communes tam publicis quàm priuatis personis excepto distributionis actu, cuius tamẽ differentia ab actu absolutionis seu remissionis clarè patet ex suprà dictis, in probatione tam primæ ꝙ̃ secundæ particulæ diffinitionis, ergo. Verba autem prędictæ extrauagãtis Vnigeniti &c. habentur infrà in. q. 3. ibi videantur. Doctores autem tenentes oppositum ad suprà dicta iam recitati sunt,

Ad quintum.

Argumẽ. Sextum. contra particulã absolutio vel remissio.

ſunt ſuprà in fine tertiæ probationis. ¶Item ſeptimò arguitur ad idem. Quia inferior non poteſt abſoluere nec remittere debitum ſuperioris, aut id ad quod ſuperior obligauit. Sed Deus abſoluendo obligat ad pœnam aliquam temporalem ſecundum communiter doct. in. 4. diſt. 14. & 20. ergo nullus alius poteſt abſoluere vel remittere illam pœnam debitam Deo. Propter has rationes tenuerunt aliqui doctores quòd Indulgentia eſſentialiter & principaliter non eſt remiſsio vel abſolutio pœnæ, ſed communicatio theſauri Eccleſiæ, vel ſolutio aut ſatisfactio de theſauro illo communicato. Sed iſtæ rationes non probant intentum, ideo ad eas reſpondetur. ¶Reſpondeo ad ſextum, concedendo illam doctrinam canonizatam, ſed negatur quòd contrarietur noſtræ ſuprà dictæ ſententiæ aut opinioni. Et ratio eſt, quia illa doctrina canonizata per Clementem ſextum & vera, non dicit quòd Indulgentia eſſentialiter & principaliter eſt communicatio vel diſpēſatio theſauri, ſed docet vnde eſt valor & efficacia Indulgentiæ ad remiſsionem pœnarum, quia ſcilicet eſt ex diſpenſatione ſeu communicatione autoritatiua theſauri Eccleſiæ. Et ad hanc efficaciā ſpectat modus ſolutionis, compenſationis, diſtributionis, diſpenſationis, donationis, ſeu communicationis, quando dicitur ꝙ Indulgentiæ valent aut dantur per modum diſpenſationis & huiuſmodi: & non ſpectant hæc ad principalem & eſſentialem actum Indulgētiæ, qui eſt iudicialis abſolutio ſeu remiſsio pœnæ, ad quā requiritur ꝙ fiat à proprio iudice, aliàs non nulla eſt Indulgentia. vt ſuprà probatum eſt. Concomitanter aūt eſt diſpenſatio ſeu cōmunicatio theſauri prædicti vt ſit efficax valor Indulgentiæ, vt ſuprà latè & ſæpe dictum eſt. ¶Ad ſeptimum reſpondeo dupliciter, vno modo ſecundum Tho. Palud. &c. doct. tenentes Indulgentiam eſſentialiter & principaliter eſſe diſpenſationem ſeu cōmunicationem theſauri, conceditur antecedens & conſequentia, vt iacet, ſed per hoc non negatur quin aliquis poſsit alio modo liberare aliquem à pœna cui tenetur, vtpote dando ei aliquid de q- ſoluat debitum ſuum. Et hoc modo dantur Indulgentiæ. Nam qui ſuſcepit Indulgentiam, ſecundum hos doctores, non abſoluitur per concedentem Indulgentiam ſimpliciter à debito pœnæ, ſed ab ipſo concedente Indulgentiam datur illi de communi theſauro Eccleſiæ vnde debitum ſoluat, vt ſic maneat liber & abſolutus à debito pœnæ. ¶Alio modo ſecundum

Septimū. *Reſpōſio ad 6.* *Ad ſeptimum.* *Thomas. Palud.* *Altera ratio.*

opinionem, quam nos hic sequimur, contra quam directè procedit argumentum, tenendo q̄ Indulgentia est remissio & absolutio pœnæ, respōdeo secūdū Bonauen. in. 4. dist. 20. artic 2. q. 2. quòd propriè loquendo benè potest inferior ministerialiter absoluere & remittere id ad quod obligat superior, si ad hoc est sibi concessa auctoritas aliquo modo ab ipso superiore, vt patet. Quia sacerdos absoluit à debito culpæ, & à reatu inferni, quia à Deo habet potestatem ministerialiter ad hoc. Sic in proposito prælatus Ecclesiasticus potest quò ad pœnas per Indulgentias, quia à Deo est ei concessa potestas ad hoc, vt patebit infrà. quęst. 5 alioqui per idē argueretur quòd sacerdos non potest ministerialiter absoluere à debito culpæ seu à reatu inferni aut pœnæ æternæ ad quam peccator obligatur à Deo pro delicto, ergo.

Bonauen.

¶ Tertiò potest argui ad idem quòd præfata absolutio seu remissio pœnarum per Indulgentias non potest fieri extra sacramenta, sicut nec absolutio culpæ. Sed eius responsio pendet ex quæstione quinta, ideo illuc reseruetur.

*

Quæstio

Quæstio secunda.

Vtrùm sit necessarius Ecclesiæ aliquis thesaurus spiritualis, de quo fiant Indulgentiæ.

RESpondeo quòd sic. Ratio est, supposito quòd per Indulgentiam absoluitur quis non solùm ab iniunctione seu vinculo, quo ex præcepto sacerdotis seu Ecclesiæ tenetur coram Ecclesia seu in foro Ecclesiæ implere pœnitentiam iniunctam, sed & quòd absoluitur coram Deo ab ipsis pœnis debitis pro peccato: modò sint modò non sint iniunctæ à sacerdote, vt de his latiùs infrà q. 7. &.8. ¶Hoc ergo supposito probatur intentum sic. Quia ad remissionem peccatorum siue quò ad culpam, siue quò ad pœnam per sacramenta obtinendam requiritur aliquis thesaurus, putà meritorum passionis Christi remanentiũ in diuina acceptatione (stante lege loquor semper) ergo à fortiori ad remissionem peccatorum quò ad pœnam tantũ extra sacramẽta seu per Indulgentias requiritur aliquis thesaurus. Consequentia patet à fortiori. Quia non est maior virtus aut potestas concessa à Christo quò ad remissionem culpæ aut pœnæ extra sacramẽta, quàm per sacramenta ex vi clauium. Antecedens autem probatur ex sacra scriptura & doctrina Ecclesię, vbi habetur ꝙ remissio peccatorum est effectus passionis Christi, ita quòd cuicunq; remittitur peccatum siue quò ad culpã siue quò ad pœnam, remittitur ex virtute passionis Christi, quæ virtus ei applicatur per sacramenta. Merita nanq; Christi fuerunt & sunt necessaria ad remissionem culpæ & pœnæ omnium peccatorum secundum sacrã scripturã, cuius autoritates quia sunt multæ & notissi- *Rom.3.5.*
mæ & claræ adeò vt negari non possint, nisi à negantibus sacram *Ephes. 1.*
scripturã, ideò propter breuitatẽ omittũtur, ergo. Credimus em̃ *1.Ioa.1.&*
in huiusmodi remissione sicut & in vniuersis vijs Domini nõ so- *2.*
lùm misericordiam sed & iustitiam inueniri. Misericordiam qui- *Apoc.1.1.*
dem in hoc ꝙ miseriam peccatorum Christus cõputat quasi suã: *Hebr.9.*
iustitiam verò in hoc ꝙ meritũ ac passio Christi communicatur

peccatori, quasi peccator ipse pateretur; & hoc propter vnionem capitis cum membris: & ècontrà, vt sic peccator debitũ Deo soluat quasi de suo, nõ per seipm̃ sed per Christi cõmunicationẽ acquisito, vt patet in baptismo: in quo ideò fit plenaria remissio peccatorum, quia baptizatus plenissimè commoritur & cõsepelitur

Paulus. Christo. Romanor. sexto. ¶ Item probatur idem per extrauagã. Vnigenitus. de pœ. & re. vt habetur infrà. q. 3. ibi vide.

Argu. 1. ¶ Contra prædictam sententiam catholicam arguitur quadrupliciter. Primò, quia sicut Papa potest absoluere à culpa ministerialiter, transferendo pœnam æternam in temporalem, & de foro inferni ad forum purgatorij seu temporalem pœnarum: & sicut potest ab excomunicatione & suspensione & cæteris pœnis Ecclesiasticis absoluere autoritate sua, sine distributione alicuius thesauri necessarij ad id, ergo similiter eadem autoritate potest remittere pœnas debitas Deo pro peccatis sine cõmunicatione alicuius thesauri, sicq; nullus thesaurus requiritur ad efficaces Indulgentias concedendum. Antecedens patet, & consequentia

Matth. probatur. Quia Matth. 16. Quodcũq; solueris super terrã &c. eodem modo loquitur, dando potestatem ad soluẽdum & ligandũ omne solubile & ligabile ab eis, modò sit culpa, modò pœna tẽporalis in foro Dei & Ecclesiæ. Alioqui si non potest per Indulgẽtias fieri absolutio pœnarum sine dispẽsatione thesauri Ecclesiastici: ergo nec aliæ absolutiones ab alijs pœnis præcipuè ab excõmunione, quando per absolutionem eius fit quis particeps meritorum Christi & Ecclesiæ.

Argu. 2. ¶ Item secundò arguitur ad idẽ. Quia quilibet princeps habens plenariam potestatem in aliqua republica, regulariter potest remittere debita peccatoribus in sua polycia nulla facta recompẽsa vel solutiõe: ita ꝙ talis remissio est efficaciter valida, modò peccet remittens, modò non. Sed Papa est velut princeps habẽs plenariam potestatẽ à Deo in repu. Christiana. Matth. 16. Quodcũq; solueris super terram &c. ergo Papa & illi quibus ipse commiserit potest remittere debita pœnarum temporalium pro peccatis, liberaliter omnino indulgendo sine cõmunicatione alicuius thesauri.

Argu. 3. ¶ Itẽ tertiò arguitur ad idem. Si de aliquo thesauro necessario fieret Indulgentia: ergo iam Indulgentia non esset verè liberalis Indulgentia, donatio seu absolutio & remissio pœnarum: sed po-

tius

tius satisfactio & persolutio vsq; ad nouissimum quadrantem per aliorum opera alijs cõmunicata. Et per cõsequens vlterius seque retur id(quod omnes negãt).s.ꝙ concedens Indulgentiã oneret se ad satisfaciendũ pro eo cui cõcedit Indulgentiã. Quod proba tur. Quia ex quo sic Papa nõ omnino liberaliter remittit sed satis facit ꝑ alijs de thesauro Ecclesiæ:ergo manet oneratus ad id &c.

¶ Item quartò arguitur ad idẽ. Quia si de thesauro aliquo fiũt Indulgentiæ: ergo virtute clauium non fit absolutio pœnarum, sed translatio operum aut satisfactionum, contra illud Matth. 16. Quodcunq; solueris &c. Sicq; Indulgentia non esset essentialiter absolutio vel remissio, sed translatio vel dispensatio, quod est cõtra suprà dicta in. q. 1. ¶ Item sequeretur ꝙ idem tãtùm per claues ageretur, quod de facto sine clauibus fit. Quia scilicet si aliqua opera Christi & sanctorũ sunt in thesauro Ecclesiæ, nõ permittũtur à Deo esse ociosa talia opera seu talis thesaurus, sed de facto nũc & semper etiã sine vsu clauiũ succurrerent quibus possent: ergo. ¶ Propter duas primas rationes Fran. Mayro. in quarto. dist. 19. & alij pauci doct. propter alias rationes videntur tenere ꝙ nõ requiritur aliquis thesaurus de quo fiant Indulgentiæ: sed nil pro bant contra nostram præfatam sententiam cõmunem & catholicam, & oppositum tenere est hæreticum, vt probatum est, & dicetur infrà. q. 3. ideo ad rationes præfatas respondetur. *Argu. 4.* *F. Mayr.*

¶ Respondeo ad primum negando consequentiam. Et ratio est, quia licèt vtrunq; possit Papa, non tamen eodem modo, quia est ritus Ecclesiæ declarans diuersos actus diuersimodè fieri posse & non aliter: quia scilicet remissio culparum fit per ministerium sacramenti per modum absolutionis: pœnarum autem in foro exteriori Ecclesiastico, fit solo iussu autoritatiuo: pœnarũ verò tẽporalium Deo debitarũ in foro Dei & Ecclesiæ: absolutio fit nõ nisi per modum dispensationis de thesauro Ecclesiæ, vt probatũ est per extrauagan. Vnigenitus. de pœ. & re. ¶ Item negatur antecedens quoad remissionem culpæ. Dico enim quòd ad remissionem culpæ requiritur aliquis thesaurus per sacramentum pœnitentiæ dispensandus, scilicet, merita Christi, vt suprà probatũ est, & sic dico quòd sicut ad culpæ remissionem requiritur suus thesaurus & suo modo per sacramenta dispensandus, ita ad remissionem pœnæ pro culpa Deo debitæ requiritur suꝰ thesaurus suo modo etiam extra sacramenta dispẽsandus Et ad id quod ibi sub *Ro. ad. 1.*

infertur de absolutione censurarum: respondeo negando consequentiam, nec est simile. Quia ista absolutio pœnarũ per Indulgentias respicit tertiam partem sacramẽti pœnitentiæ, scilicet, satisfactionem, ex quo eam supplet: Christi autẽ merita directè ad sacramenta respiciunt. Item quia absolutio ista est à pœnis Deo debitis hìc vel in alia vita. Aliæ autem absolutiones censurarum sunt iudiciales à pœnis tantùm in hac vita debitis: ideo ad eas remittendas sufficit sola potestas Papæ volẽtis, ad illas verò Deo debitas, etiam in alia vita, vltra Papæ potestatem requiritur dispositio subiecti, id est, ipsius hominis, & requiritur etiam thesauri Ecclesiæ dispensatio rationabilis: quia ministri non est remittere pœnas debitas superiori aut principali nisi dispensando. 1. Corinth. 4. Sic nos existimet homo vt mi. & dispens. Et nota ꝙ licèt ligare seu non soluere seu non dispensare thesaurum meritorum Christi absolutè & purè negatiuè accipiendo non sit aliquis actus clauis seu potestatis ligandi, tamen capiendo respectiuè, & prout includit aliquid positiuum scilicet iudicium pertinens ad clauem sciẽtiæ, quo quis autoritatiuè iudicatur indignus absolui, & sic vt indignus repellitur à prædicta absolutione, tunc talis nõ absolutio est actus clauis seu potestatis ligandi ad pœnam, seu non dispẽsandi thesaurum, vt de hoc latiùs agitur à docto in quarto distin. 19. in matetia de clauibus: & sic patet responsio ad primum argumẽtum. ¶ Ad secundum respondeo, concedendo maiorem solùm in casu quo princeps potest remittere etiam causam debiti: quia tunc potest & ipsum debitum omnino liberaliter remittere: alìàs autem negatur. Et ideo negatur minor in casu in quo etiam maior concederetur. Quia Papa non potest remittere causam debiti. Causa enim debiti pene est culpa: Papa autem non potest omnino liberaliter remittere culpam, sed ex meritorum Christi dispensatione & applicatione in sacramento: sicut nec potest ad libitum remittere obligationem: quia quis tenetur implere legem Dei: ergo nõ potest sic omnino liberaliter remittere pœnam debitam pro tali culpa. Item dato ꝙ indistinctè concederetur illa maior, tamẽ minor sic vniuersaliter accepta negatur. Quia licèt Papa sit quasi princeps in foro exteriori Ecclesiasticæ iurisdictiõis exterioris (cuius signũ est ꝙ ipse est solutus à pœnis Ecclesiasticis & legibus, vt princeps, quia scilicet nõ potest puniri vt subditus per iudicem Ecclesiasticum) tamen in foro pœnitentiali vel

Paulus.

Respõsio ad 2.

quasi

quasi pœnitentiali,& quò ad Deum est subditus & potest solui & ligari à sacerdote in tali foro,& potest & debet sibi negari absolutio,sicut & reliquis fictè accedentibus ad sacramentum pœnitentiæ:& similiter in pertinentibus ad forum Dei seu ad Deum,quò ad alios non habetur omnino liberam potestatem sed limitatam ad metas iuris diuini & rationis,vt minister & dispensator.1.Corinth 4 Nunc aũt pœna temporalis Deo debita pro peccatis nõ spectat ad forum tantùm extrinsecum,sed ad forum Dei seu quodãmodo pœnitentialem,modò remittatur per sacramẽtum,modò nõ. Quod patet ex eo,ꝙ scilicet est eiusdẽ rationis cum suis alijs partibus,quę remissæ sunt ex virtute clauiũ,vel per satisfactionem pœnitentialem . Ideo Papa quò ad hoc non habet potestatẽ liberam vt princeps,sed vt minister & dispẽsator. Et sic respõdet Gaiet in Quodlibeto. in tracta.de Indulgentijs.quæsito.1. *Paulus.* *Caieta.*

¶ Ad tertium respondeo negando consequentiam ꝙ scilicet ergo Indulgentia non est remissio,sed solutio &c. Dico enim(vt suprà q.1.corol.1.dictum est)ꝙ Indulgentiæ secũdum diuersos suos actus,sic diuersis rationibus & nominibus exprimitur.Nam secundum quod est absolutio & remissio pœnæ, sic est & dicitur actus iudicis:& secundùm quod est applicatio satisfactionis seu thesauri ad hunc,sic est & dicitur dispẽsatio . Et secundum quod efficit solutionem pœnitentiæ debitæ apud diuinam iustitiam,sic est & dicitur opus iustitiæ . Ideo dico ꝙ Indulgentia vt respicit hunc, cui conceditur est remissio & relaxatio omnino liberalis: quãuis vt respicit diuinam iustitiam,sit solutio vsq; ad minimũ quadrantem Est enim solutio sed non ab hoc,& hoc est maximæ gratiæ, in sola lege gratiæ ꝙ scilicet soluatur debitum meum non à me, quod in sacramẽtis legis gratiæ per merita Christi largiter fit. Nã & in lege gratiæ tanto vinculo iunxit Deus iustitiam misericordiæ, vt peccatis nostris sic parcere voluerit , vt tamen per filium suum suæ iustitiæ satisfaceret pro nobis , quod & abundantioris gratiæ fuit,vt nõ solùm debita remitteret, sed & satisfactorem daret: id quod Paulus ad Ro.3 diuinitùs ponderans ait . Iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem quę est in Christo Iesu,quem proposuit Deus propitiatorẽ per fidem in sanguine ipsius &c.& Ioan.3.Sic Deus dilexit mũdum vt filiũ suũ vnigenitũ daret,vt omnis qui cred.&c. Sicq; patet ꝙ secundùm ordinẽ diuinæ sapientiæ nil adimitur gratiæ,Indulgentiarum & misericor- *Respon-sio ad 3.* *Paulus.* *Ioannes.*

diæ Dei, ex hoc quod ibi interuenit etiam solutio satisfactoria per merita Christi & sanctorum, quæ sunt thesaurus Indulgẽtiarum, sicq; non sunt incompossibilia (vt prætendit argumentum) hæc duo scilicet gratia seu misericordia cum iustitia & satisfactione in Indulgentijs. Et ex his patet responsio ad aliam subsequelã negando illam, ꝙ scilicet ergo concedens Indulgentiam obliget se ad satisfaciendum. Et ad eius probationem ꝙ scilicet hoc modo satisfacit pro alijs, conceditur ad bonum sensum, sic scilicet ꝙ Papa dãdo Indulgẽtias satisfacit pro alijs, id est applicat satisfactionem aliorum de thesauro Ecclesiæ pro alijs. Sicq; non sequitur ꝙ ergo obliget se ad satisfaciendum. Aliud est enim applicare huic satisfactionem alienam, & aliud est obligare se ad satisfaciendum

Responsio ad 4. pro eo. ¶ Ad quartum respondeo negando consequentiam. Nã virtute clauium per Indulgentias fit non solùm translatio seu applicatio satisfactionum sanctorum ad istum, sed & absolutio isti⁹ à pœna debita, vt latiùs suprà. q. 1. dictum est. Et sic impletur illud

Matth. Matth. Quodcunq; solueris super terram &c. Et similiter negatur quod subsequitur ibi, scilicet quòd virtute clauium nil aliud fiat nisi q̃d de facto fit. Et ad probationẽ eius, vbi dicitur ꝙ merita Christi & sanctorum, si sunt, non relinquuntur ociosa &c. respondeo ꝙ huiusmodi opera vt satisfactoria facta sunt pro Ecclesia & non determinatè pro hoc vel pro illo particulari, nisi fuerint applicata ab ipso Deo vel eius vicario ad hunc vel illum, quæ applicatio fit per Indulgentias. Non ergo de facto operãtur absq; applicatione p̃fata, quia sunt cõmunia, nec ideo sunt ociosa: quia ad hoc suapte natura sunt ordinata, vt applicata & non aliter operentur: sicut merita Christi non nisi applicata operãtur remissionem peccatorum: & non ideo dicuntur ociosa: ergo.

Quæstio

Vtrū præfatus thesaurus spūalis Ecclesiæ, de quo fiūt Indulgētiæ, cōstet ex superabūdātibus meritis Christi, et satisfactiōibus sāctorū.

Respondeo quòd sic. ¶ Pro cuius probatione oportet prænotare, ꝙ secundū cōmuniter doct. (vt etiā refert Caie. in. 2. quodlibeto quæsito secūdo, in tract. de Indulgē. & in tracta. 27. q. q. 1.) meritū differt à satisfactiōe in duobus, ꝓpriè loquēdo. Primò in sua quidditate. Nā meritū condigni (de hoc eñ loquimur) appellatur opus ꝓpter ꝙ operās est dignus gloria: ita ꝙ sibi debetur stāte lege aut de lege, secundū Timoth. 4. Reposita est mihi corona iustitię, quam. &c. Satisfactio aūt appellatur volūtaria solutio pœnę, modò fiat de aliàs in debito modò nō: de quo nūc nō curo, tūc eñ debitor pœnę satisfacit iustitiæ qñ debitā pœnā exoluit, adæquādo eñ solutionē debito certè satisfacit. Et q̄uis rationes istæ sint diuersæ, tamē possunt sæpius in eodē opere esse simul. Nā potest vnū & idē opꝰ esse meritoriū simul & satisfactoriū. Vnde in quolibet opere bono meritorio & pœnali, vtpote in ieiunio est cōsiderādū quadruplex officiū seu effectus, quē habet tale opus. s. bonificādi, medendi, merēdi & satisfaciēdi. Nā ex eo qđ est bonū, moraliter bonificat ipm operantē tātū, & disponit illū ad alia opera bona. Ex eo aūt ꝙ est tale opus putà ieiuniū, medicinā ꝓbet ipsi tantū operāti cōtra carnis cōcupiscentiā: sicut eleemosyna cōtra auaritiā. Ex eo verò ꝙ à charitate ꝓcedit seu charitate informatur, est meritoriū gloriæ. Ex eo demū ꝙ pœnale est, est satisfactoriū pro pœna tēporali debita pro peccato, soluitur eñ pœna p opus pœnale vt tale est. Hæc est ergo prima differētia formalis inter opꝰ vt meritoriū, & satisfactoriū est. ¶ Secunda differen. est quò ad efficaciā seu fructū, vt iā patet ex dictis. Nā meritū nō excedit personā quæ meretur. Nullus eñ potest de cōdigno mereri alteri gloriam sed sibi soli, excepto Christo, qui meruit omnibus electis, quia gratia data Christo est gratia capitalis seu vniuersalis: gratia autē aliorū est particularis. Meritū enim Christi & non aliorū sanctorū per sacramenta ex vi sacramēti cōmunicatur nobis, & nos saluat. Ideò prima Corin. 1. Nūquid Paulus crucifixus est pro vobis &c. Similiter & quòad officium bonificādi & medendi, nō excedit personā operantis. Nam ex meo bono opere non fit alius bonus; sed ego tantùm, neq; ex meo ieiunio præbetur alteri medici

Quæst. 3. Nota. — Caieta. — Meritū à satisffactiōe dif. — Paulus. — In quocūque bono operequadruplex officiū cōsiderādū. — Altera differentia meriti à satisfactione. — Paulus.

na contra concupiſcentiã ſed mihi tantùm, cui talis medicina eſt applicata, vt patet. Satisfacere autẽ poteſt vnus pro alio, vt patet cùm vnus ſoluit debitum pœnale pro alio in temporalibus & ſpiritualibus. Ideò opus ſatisfactorium ſeu pœnale, vt ſatisfactorium eſt, poteſt fieri & cõmunicari alteri, vt patet ex dictis. ¶ Hoc notabili ſuppoſito iam probatur. Reſpondeo ad quæſtionẽ, in qua ſunt tria probanda. Primò ꝙ theſaurus Indulgentiarũ conſtat ex ſatisfactorijs operibus. Secundò ꝙ ex ſuperabundantibus operibus ſatisfactorijs ſuprà dictis. Tertiò ꝙ Chriſti & ſanctorum. Et ſic ſunt tres particulæ probãdæ. ¶ Prima particula ꝙ ſcilicet theſaurus Indulgentiarũ conſtat ex ſatisfactorijs operibus, vel ex meritis pro ut ſunt ſatisfactoria, probatur. Quia Indulgẽtia vt ſolùm Indulgẽtia eſt, eſt remiſsio pœnarũ vt ſuprà. q. 1. dictum eſt & dicetur infrà. q. 6. Ad habendũ autẽ theſaurum de quo per Indulgentias ſoluantur illæ pœnæ debitæ, ſufficit ꝙ ſit theſaurus pœnarum ſeu meritorum, vt ſunt ſatisfactoria: ergo ex talibus ſatisfactorijs conſtat theſaurus Indulgentiarum. Conſequẽtia patet cũ maiore. Et minor etiam patet. Quia Indulgentia ex vi Indulgentiæ non ſuccedit loco ſatisfactionis debitæ pro peccatis, niſi quò ad vltimũ officiũ ſcilicet quò ad vim ſatisfactiuã: quod patet. Quia ex vi Indulgentiæ, vt talis eſt non fit homo bonus, nec medicatur nec meretur: ſed ſolúmmodò ſoluit de ſibi donato ſeu cõmunicato theſauro Eccleſiæ pœnam quã per ſuam propriam pœnitentiam ſoluiſſet. Nam ideò cõmuniter doctores conſulunt lucrantibus Indulgentias, vt nihilominus adimpleant, & faciant ſuas pœnitẽtias & alia bona opera pœnalia: prędicant etiam meritũ eſſe longè melius Indulgẽntijs puris, vt tales ſunt, non tamen propter hoc vilipendendæ ſunt Indulgentiæ. Sunt enim ſalutares tollendo pœnam, quæ impediret ingreſſum gloriæ, concordat Tho. in addi. tertiæ partis. ſum q. 27. art. 1. & Gerſo. 2. par. tractatu de Indulgentijs. conſideratione 12. vt de hoc latiùs habetur infrà. q. 37. ¶ Dixi notanter in dicta probatione minoris, ꝙ indulgentia vt talis ex vi Indulgentiæ quia ſi Indulgentiæ mixtum intelligatur opus factum, quo acquiritur ipſa Indulgentia putà eleemoſyna & huiuſmodi, iam ſic Indulgentia mixta tali operi bono melior eſt quàm ſola ſatisfactio propria aut pœnalis etiam quò ad vim ſatiſfactiuam cæteris paribus quia nullum prædictorum officiorum, ſeu effectuum inuentorum in ſatisfactione pœnali ſibi deficit. Eſt enim

Tria probanda.

Probatio primæ partis.

S. Thom. Gerſon.

enim eleemosyna data pro acquirenda Indulgentia, reddens bonum & disponens ipsum dantē ad alia bona opera: & præbet medicinam contra cupiditatem, sicut & alia eleemosyna: & est meritoria gloriæ, sicut & alia opera bona facta ex gratia aut charitate: & est satisfactoria ex propria pœnalitate, & vltra hæc superuenit sibi solutio pœnæ seu satisfactio ex vi ipsius Indulgentiæ: ergo patet prima particula.

¶Secunda particula, ꝙ scilicet ex superabundãtibus satisfactionibus suprà dictis constat prædictus thesaurus Indulgẽtiarum & non ex alijs, probatur. Quia satisfactiones illæ, quibus satisfactores ipsi indiguerũt pro seipsis, iam cesserunt in solutionem pœnarum debitarum pro suis proprijs peccatis: & ideò iterũ pro alijs soluere non possunt. Similiter & satisfactiones quæ ab ipsis determinatè oblatæ sunt pro quibusdam alijs, non possunt pro alijs iterum soluere, ex quo iam sortitæ sunt suum effectum: ergo ex quo satisfactiones in thesauro repositas pro alienis pœnis soluẽdis cõstat & oportet offerri posse (vt latiùs dicetur in tertia particula sequente) sequitur ꝙ huiusmodi satisfactiones sint abundantes, ita scilicet ꝙ nec pro alijs qui illas egerunt, nec pro alijs hactenus satisfecerint. Hoc enim est merita seu opera esse superflua seu superabundantia quò ad officium seu effectum aut vim satisfaciendi. Nam quò ad officium seu vim merendi, iam in ipsis sanctis merẽtibus tantùm habuerunt suum effectum, & in ipsis sunt iam præmiata quò ad gloriam essentialem seu etiam accidẽtalem, præter Christum, cuius merita in vobis sunt, fuerunt & erunt præmiata, vt suprà dictum est. Et hoc est quod communiter dicitur, ꝙ scilicet superabundantia merita sanctorum scilicet pro vt sunt satisfactoria quæ in illis sunt, sunt irremunerata, seu veriùs & magis propriè loquendo, quæ in ipsis non potuerunt habere suum effectum satisfactionis seu solutionis, non propter defectum largitatis Dei, aut ipsorum operum, sed propter ipsorum operãtium aut patientium excellentiam qui non eguerunt illa satisfactione seu solutione [illegible]rum, remunerantur in nobis, id est, cedunt ad solutionẽ nostrarum pœnarum debitarum: & ideo reponuntur in communi thesauro Ecclesiæ, id est, Deus acceptauit eas vt pro nostris futuris pœnis debitis reseruentur, vt nobis communicatę per Indulgentias soluant pro nobis & in nobis habeant suum effectum satisfactionis: & sic patet secunda particula.

Secunda particula

¶Tertia

Tertia particula ¶Tertia particula scilicet (Christi & sanctorum) probatur, suppo-
sito priùs q̃ illę perabundãtes satisfactiones Christi & sanctorum
sunt nuuc & erunt & manebunt interminabiles & infinitæ vsq;
Ioannes. ad finem mundi. Quod probatur de Christo. Quia .1. Ioan. 2. Ip-
se est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantùm sed
pro totius mundi. Ex qua autoritate patet q̃ si Christi passio satis
fecit pro peccatis totius mundi, vt etiam patet. Quia si totus mun
dus baptizaretur post omnia peccata commissa, iam statim euola
ret ad cœlum, ex satisfactione meritorum Christi pro pœnis illo-
rũ: sed constat q̃ executiuè pro paucis tantũ satisfacit, ex quo plu
res ex sua causa damnantur, ergo reliquũ meritorũ & satisfactio-
num Christi superabũdat pro alijs omnibus etiam infinitis, si in-
Duran. finiti mundi essent, secundum Duran. in quarto dist. 20. q. 3. & se
cundum communiter doct. in. 3. dist. 18. ¶Quod etiam sancti
plus passi sunt, aut satisfecerint, quàm ipsi debebant pro suis pec
Iob. catis, patet de Iob. 7. Vtinam appenderẽtur peccata mea, quibus
iram merui, & calamitas quam patior in statera: quasi arena maris
hæc grauior appareret &c. Et simile iudicium est de innumerabi
libus alijs sanctis martyribus, confessoribus, & virginibus, vt pa-
tet de beata virgine quæ nullum habens peccatum, tamen valde
passa est cum filio iuxta crucem. ¶Hoc ergo supposito iam pro-
batur tripliciter præfata tertia particula, q̃. s. prædictæ superabũ-
dantes & interminabiles satisfactiones Christi & sanctorum re-
maneant in thesauro spirituali pro nobis, vt . s. nobis commu-
nicatæ per Indulgentias pro nobis satisfaciant, tanquam si ipse
Christus, & ipsi sancti viuentes ea intentione fecissent, vt ipsi pro
Prima ratio. nobis exoluerent pœnas debitas nostris peccatis. ¶Prima proba
tio est secundũ Tho. in. 4. dist. 20. q. 1. arti. 3. & communiter doct.
S. Thom. ibidem, & Caieta. in quodlibero, vbi suprà: quia ex diuina iustitia
Caieta. & liberalitate non debent huiusmodi opera vt satisfactoria ma-
nere inania aut inutilia. Essent autem vt satisfactoria infructuosa,
si proprio fructu seu effectu (qui est satisfacere) essent priuata, &
non per accidẽs: putà quia deessent hi in quibus fructifi[illegible] d
& per se: quia. s. suapte natura omnia satisfactoria supererogatio-
nis essent infructuosa: quia scilicet nec in ipsis operantibus nec in
alijs suum effectum habere possent in quantum satisfactoria, er-
Secunda ratio. go. ¶Secũda ratio, quia vnitas corporis mystici seu communio
Ecclesiæ exigit vt quælibet bona suorũ ciuium, quæ possunt esse
vtilia

Vtilia reipublicæ Chriſtianæ ordinata à ſpiritu ſancto Eccleſiam
regente, ſint ad vtilitatē ipſius Eccleſię & membrorū inuicē. Sed
cōſtat ſatisfactoria ſupererogationis poſſe cedere ad vtilitatē Ec-
cleſiæ, vt patet ex eo ꝙ per propriā intentionē ipſorū ſanctorū po
tuiſſent hæc applicari ad ſatisfaciendū pro hoc vel illo mēbro Ec
cleſiæ, debente pro ſuis peccatis ſatisfacere, ergo hæc ſatisfacto-
ria ſupererogatoriè facta à Chriſto & ſanctis ad vtilitatem aliorū
membrorū Eccleſiæ, ordinata ſunt à Deo vel ab Eccleſia vel ab
ipſis ſanctis actualiter vel virtualiter. Vtilitas aūt eorū propria eſt
ſatisfacere pro alijs, ex quo pro ipſis operātibus nō indigētibus ſa
tisfacere nō poſſūt. Dico aūt vtilitas eorū propria, quia nō ex cō- *Ariſtot.*
munibus, ſed ex proprijs iudicandū eſt de rebus ſecūdum Ariſt. *Tertia ra*
ergo. ¶ Tertia ratio, quia Paulus ad Colo. 1. hoc idem teſtatur de *tio.*
ſuis ſatisfactorijs pœnis dicēs. Gaudeo in paſsiōibus pro vobis, & *Paulus.*
adimpleo ea quæ deſunt paſsionū Chriſti in carne mea pro cor-
pore eius, quod eſt Eccleſia. Vbi patet eius intētio adimplētis in
propria carne paſsiones deficiētes, ſeu reſiduas paſsioni Chriſti
ad conficiendam menſuram à Deo definitam pro Eccleſia pro e-
ius ſatisfactione pœnarum. Idem autem iudicium eſt de Paulo
& de alijs ſanctis. Quia non videtur quare non, nec ratio diffe-
rentiæ quò ad hoc. Sed certè gloſſæ & communiter doctores an-
tiqui exponunt præfatam auctoritatē ad aliū ſenſum literalem, vt
patet etiam ex ipſo textu Apoſt. licèt doctores ſcholaſtici ad pro-
poſitum de Indulgentijs illam extorqueant vel extendant. Ideò
duæ priores ꝓbationes ſunt efficaciores ad intentū cōprobādū.
¶ Ad prędictarū omniū trium particularū, ſimul & dictorū om-
niū in hac quæſtione probationem, facit ratio ſeu exemplum ſe-
quēs. Quia ſicut ſi quis faceret regi aliquid notabile obſequium,
quod eſſet illi tam acceptum ꝙ propter id decerneret gratificari,
& dona concedere, non ſolùm facienti, ſed & omnibus filijs ami
cis & propinquis & eis remittere debita: tunc tale obſequium ſic
acceptatum à rege, ſeu talis intentio & voluntas ſeu acceptatio re
gis dicetur theſaurus illorum filiorum ſeu amicorum, ex quo
omnibus illis eſt commune communisque cauſa moralis ſui re-
medij ad ſua debita ſoluenda. Sic in propoſito Deus acceptauit
illas ſuperabundantes ſatisfactiones Chriſti & ſanctorum, vt om-
nibus mēbris Eccleſiæ proſint ad ſatisfaciēdum, ſecundū quod
per diſpenſatorem Eccleſiæ per viam Indulgentiæ fuerint hunc

vel

vel illi in toto vel in parte applicatæ de ſatisfactionibus nũc Chri ſti, nunc ſanctorũ, nunc vtrorumq; ſimul, ſecundùm quód Deo placet, tanquam de communi Eccleſiæ theſauro, ad redemptionem captiuorum, ideſt, obligatorum ad pœnas pro ſuis peccatis. ¶ Facit etiam ad omnia ſuprà dicta in hac quæſtione expreſsè extrauagãs Clemẽtis. 6. Vnigenitus. de pœni & re. vbi ſic habetur. Vnigenitus Dei filius id quod fuit permanens, & quod non erat aſſumens, vt haberet vnde hominem lapſum redimeret, & pro eo ſatisfaceret Deo patri, factus homo ſuo pręcioſo ſanguine nos redemit. Et infrà. Quantùm ergo exinde vt nec ſuper vacua, inanis aut ſuperflua tantæ effuſionis miſeratio redderetur, theſaurũ Eccleſiæ militanti acquiſiuit, volẽs ſuis theſaurizare filijs pius pater. Quem quidem theſaurum per beatum Petrum cœli clauigerum eiuſque ſucceſſores ſuos in terris vicarios commiſit fidelibus ſalubriter diſpenſandum, & pro pijs & rationabilibus cauſis

Alia litera habet, & pprius & rationalib⁹ causis, et sic legit Caietanus. vt habetur infra q. 17. in 6 pba. tone opi. 4.

nunc pro totali, nunc pro partiali remiſsione pœnæ temporalis pro peccatis debitæ tam generaliter quàm ſpecialiter, prout cum Deo expedire cognoſcerent, verè pœnitentibus & confeſsis miſericorditer applicandum. Ad cuius quidem theſauri cumulum beatæ Dei genitricis & omnium electorum à primo iuſto vſq; ad vltimum merita præſtare noſcuntur. De cuius conſumptione ſeu minutione non eſt aliquatenùs formidãdum, tam propter infinita Chriſti merita, quàm pro eo ꝙ quantò plures ex eius applicatione trahuntur ad iuſtitiã, tantò magis accreſcit cumulus meritorum. Hæc ibi, quæ omnia ſunt notanda. ¶ Autoritas autem huius decretalis patet ex decreto diſt 19. cap. In canonicis. vbi epiſtolis decretalibus Roma. Pontificum primus locus autoritatis poſt ſacram ſcripturam decernitur. & ibidem cap. 1. vbi extrauagantes Apoſtolicæ defenduntur. Patet etiam ſecundò, ex eo ꝙ de vna parte ſacramenti pœnitentiæ, ſcilicet ſatisfactione docet. Conſtat nanq; extra. de hæreti. ca. Ad abolenda. nulli in materia ſacramentorum licere diſſentire ab eo quod Eccleſia Romana facit & prædicat. Vnde Hierony. ad Dama[illegible] pa-

Hierony.

pam dicit. Si apoſtolatus tui iudicio fuerit approbatum, hæreticũ ſe experietur qui contradixerit. Et in multis locĩs decreti habetur idem. Neq; Eccleſia Romana ſomniauit aut finxit theſaurũ iſtũ Indulgentiarum, vt impij Lutherani & alij hæretici blaſphemãt, ſed ex ſacra ſcriptura & ratione ibi & dictis ſanctorum fundata

id probauit: quàmuis in sacra scriptura id expresè non habeatur, sicut nec multa alia pertinentia ad sacramenta. quæ tamen ex scriptura elicit Ecclesia Spiritu sancto illuminata. Ideò hæreticū est dicere & sentire contrarium dictis in hac quęstione in tribus particulis suprà dictis de thesauro Indulgentiarum, vt etiam infrà. q.5. patebit.

¶ Contra suprà dicta præcipuè contra tertiam particulam arguitur tripliciter, probando quòd ex meritis aut satisfactionibus Christi non constat thesaurus indulgētiarum. Primò quia reatus pœnæ temporalis non diminuitur secundum satisfactionem & iustitiam, nisi quia æquiualens pœna soluitur per aliquem. Sed Christus non soluit pœnam æquiualentem debitis pœnis omniū hominum, ergo talis thesaurus non colligitur ex eius passionibus aut meritis. Consequētia patet cum maiori, quia supponimus ex suprà dictis q satisfactio quę fit per Indulgentias est actus iustitię respectu Dei, ad quam pertinet æqualitas solutionis cum debito pœnarum ¶ Minor aūt in qua est difficultas probatur tripliciter. Primò quia pœna temporalis debita pro peccato est non solùm pœna sensus sed & damni pro illo tempore, vt patet in existentibus in purgatorio, quarum quælibet est maior omni pœna huius mundi in suo genere secundum August. Christus autem non habuit pœnam damni, quia fuit semper beatus & comprehēsor simul & viator: & eius pœna sensus nō fuit tanta quanta est animarum purgatorij secundum communiter doct. in tertio dist. 15. ergo non fuit æquiualens eius pœna. Secundò probatur eadem minor. Quia dato q esset æquiualens & superabundans, tamē omnia opera Christi sunt ei plenè remunerata per patrem, vt Philip. 2. Propter quod & Deus exaltauit illum. &c. Alioqui Deus pater illiberaliter egisset cum filio suo, ergo non restat ei aliud remunerandum in alijs vel pro thesauro aliorum. Tertiò probatur eadem minor. Quia fieret irreuerentia meritis Christi si solùm pro pœnarum relaxatione per Indulgentias expenderētur, cum ipse per ea fuerit exemplum omnium martyrum quia vilissimum donorum Dei est remissio pœnæ tantùm. ¶ Si ad hoc dicatur q licèt per hanc viam Indulgentiæ operentur solùm pœnarum relaxationem (quod est quidem grāde Dei donum, licèt sit aliud melius) tamen per aliam viam sacramētorū & contritionis & huiusmodi merita Christi operantur remissionem culpæ & pœnæ & ius

Argu. 1. *Ratio prima.* *August.* *Secunda ratio.* *Paulus.* *Tertia ratio.* *Obiectio*

ad gloriam Contra hoc replicatur, quia communiter dicunt do-
Replica. ctores vt suprà in probatione primæ particulæ dictum est, quòd nostra bona opera satisfactoria sunt meliora Indulgentijs. Sed si Indulgentiæ sunt dispensationes meritorum seu satisfactionum Christi pro nobis, & cõstat merita Christi vt satisfactoria esse infinitè meliora, quàm nostra opera satisfactoria: ergo aut Indulgẽtiæ sunt meliores quàm nostra bona opera (quod tamen est contra cõmunẽ sententiã doctorũ) aut Indulgentiæ nõ sunt collectæ ex meritis Christi, aut omissis omnibus operibus nostris satisfactorijs & præceptis Dei incumbendum est Indulgẽtijs, & meritis Christi participandis per Indulgentias.

¶ Secundò contra eandem particulam arguitur. Quia si per In-
Argu. 2. dulgentias Ecclesia certitudinaliter impendit aut communicat merita Christi, tunc aut ego credo opera Christi mihi per Indulgentias applicata sufficere ad remissionem pœnarum: aut dubito. Si dubito secundum commune consilium doctorum dicentium quòd post Indulgentias nihilominus est ieiunandum &c. quia nemo scit an verè consequutus sit Indulgentias, certè tũ infideliter dubito. Si credo ergo iam non est mihi amplius ieiunandum pro satisfactione pœnarum mearum. Non enim debeo putare mea opera esse meliora quàm opera Christi mihi communicata, & per consequens consilium illud commune doctorum esset inane & friuolum. Si autem per Indulgentias Ecclesia non certitudinaliter impendit aut communicat merita Christi, certè sequeretur quòd claues Ecclesiæ nil faciunt certi (quod est blasphemum) & quòd Indulgentia esset incerta donatio: & per consequens impia illusio fidelium (quod absit) ergo vel illud cõmune dictum doctorum est nociuum, quia inde sequitur aliquod de inconuenientibus prædictis, aut merita Christi non sunt thesaurus Indulgentiarum, si illud dictum doctorum constat in veritate, vt patet ex prædictis.

¶ Tertiò contra eandem particulam arguitur, Quia si merita
Argu. 3. Christi essent thesaurus Indulgentiarum, ergo similiter remitterent pœnam mortis naturalis & alias pœnas naturales ex originali contractas. Patet consequentia per eandem rationem qua & remittunt pœnam æternam maiorem. Similiter sequeretur quòd Indulgentiæ non essent Indulgentiæ, sed satisfactiones per alium contra suprà dicta. quæstione prima. Similiter quòd claues Ec-

clesiæ

clesiæ non soluerent, sed satisfacerent debitum pœnarum pro alio, vt suprà. quæstione secunda. in quarto argumento habetur. ¶ Propter has rationes videtur Franciscus Mayro in. 4. distinctione decima nona negare quòd ex meritis Christi cõstet thesaurus aliquis Indulgentiarum, quamuis non clarè id neget, sed non concludunt. *F. Mayr.*

¶ Respondeo ad primum negando minorem si intelligatur quòd requiritur satisfactio æquiualens ex natura ipsius operis seu pœnæ: sed conceditur si intelligatur quòd sit æquiualens vel ex natura sua vel ex acceptatione seu æstimatione acceptantis, vt patet in contractibus humanis: vbi æquiualens precium iudicatur non secundum valorem naturalem rerum, sed secundum vsualem, seu secundum vtilitatem aut vsum rei. Et tunc ad minorem dico concedendo quòd pœnæ Christi ex natura ipsarum nõ fuerunt tam graues, & per consequens non tam æquiualentes in genere pœnarum, sicut pœnæ existentium in purgatorio. Fuerunt tamen æquiualentes & sine proportione excellentes in valore satisfactorio ex æstimatione & acceptatione diuina. Quia Deus pater eas acceptauit infinitè suprà omne debitum omniũ & ex dignitate personæ Christi qui est persona infinita. Qualitas autem personæ solet valorem meriti augere, vt de hoc latiùs à doctoribus agitur in. 3 distinctione decima octaua. *Respõsio ad. 1. argumentũ*

¶ Ad secundam probationem minoris respondeo (secundum Caieta. in quodlibet. vbi suprà in tertio quæsito. & Adrianus in 4. de Clauibus, in materia Indulgentiarum in resolutione ad vltimum argumentum principale in fine totius materiæ) negando quòd opera & merita Christi sint remunerata plenissimè, vel remuneranda pòst in ipsomet tantùm, quomodocunque capiatur remuneratio propriè vel largè, vt infrà in resolutione ad secundum argumentum principale habetur largiùs de hoc: quod patet. Quia Christus meruit omnibus hominibus præteritis præsentibus & futuris gratiam & gloriam & remissionem pœnarum: neque semper remunerantur & remunerabuntur in omnibus qui baptizantur & saluantur in meritis Christi. Quia ipse est caput corporis mystici, quod est Ecclesia: & ideò gratia eius est gratia capitis seu communis & indeficiens pro omnibus mẽbris eius. Ideò meritum eius ita se habet ad mẽbra eius sicut meritum cuiusque priuati hominis se habet ad corpus suum. Vnde *Respõsio ad secundã probationem. Caieta. Adrian. Christus & sibi et nobis meruit.*

ſicut quilibet homo meretur gloriam non ſolùm animæ ſed corpori ſuo, ita Chriſtus non ſolùm ſibi, ſed & alijs meruit: imò & maius quid meruit nobis quàm ſibi. Quia nobis meruit beatitudinem, quam ſibi ipſi non meruit, ſed eá ſine merito habuit, per donum ſingularis excellentiæ, propter dignitatem ſuæ perſonæ à principio ſuæ conceptionis, vt communiter dicunt doct. in. 3. dist. 18. Illud aũt Philip. 2. non dicit merita Chriſti fuiſſe plenè remunerata vel remuneranda in ſe ipſo tantùm ſed ſolũ narrat duo illius præmia, ſcilicet exaltationẽ ſui nominis & etiam ipſius met: nihilominus tamen præter hæc meruit multa alia ſibi & nobis, vt dictum eſt. Imò Chriſtus plura meruit quàm ei defacto tribuãtur: quia non ſolùm ſaluandis de facto ſed & alijs qui poſſent ſaluari. Et in hoc non fit ei iniuria nec illiberalitas: quia de ſua voluntate ita fit. Similiter pœnalitati eius non omnis fit recompenſatio vel remuneratio in alijs quæ iuſtè fieri poſſent, & certè deberet, ſi Chriſtus in vim ſatisfactionis efficaciter illam applicaret. Nunc aũt manet ſic contentus quòd ſuperſint merita ſua etiam pro alijs qui non participabunt, ſed ſi voluiſſent poſſent ea participare & remunerari. ¶ Ad tertiam probationem eiuſdem minoris reſpondeo quòd non fit irreuerentia meritis Chriſti, vt ibidem dictum eſt. Et ad replicam quæ ibi habetur reſpondeo, quòd Indulgentiæ non ſunt merita Chriſti ſed effectus efficaciæ meritorum Chriſti, ex quo Indulgentiæ, quas conſequũtur Chriſtiani, nil aliud ſunt quàm remiſsiones ſuarum pœnarum per merita Chriſti. Vnde ſicut remiſsiones pœnarum non ſunt præferendæ meritis Chriſti, aut impletioni præceptorum Dei aut Eccleſiæ, ita nec Indulgentiæ. Cum hoc tamen ſtat quòd Indulgentiæ ſeu remiſsiones fiant per merita Chriſti, ſicque noſtra opera bona dicuntur meliora Indulgentijs id eſt, effectibus Indulgentiarum, qui ſunt remiſsiones ſeu ſolutiones tantùm pœnarum tẽporalium, non autem meliora meritis Chriſti aut ſanctorum, quę non ſunt Indulgentiæ ſed cauſa efficaciæ Indulgentiarum. Ideò illa replica aſſumit multas propoſitiones falſas: vel ſi veras, nõ tamen formaliter ſed cauſaliter & æquiuocè & ſic nil probat.

Paulus. *Ad tertiã & ad replicam reſponſio.*

Reſpõſio ad. 2. argumentũ ¶ Ad ſecundum argumentum reſpondeo, quòd conſilium illud ſanctorum pium & ſalubre eſt & verum, & claues Eccleſiæ, ſicut & ſacramenta efficere aliquid certi poſſunt intelligi dupliciter. Vno modo quantum eſt ex ſe ipſis. & ſic dico quòd efficiũt

certitudinaliter suum effectum: & oppositum dicere est impium: alio modo per accidẽs, putà propter indispositionẽ materiæ vel subiecti, & sic contingit non solùm claues Ecclesiæ sed & sacramenta & ipsam Christi passionem non habere certitudinaliter suum effectum, putà si adultus baptizetur fictè cum animo non suscipiendi sacramenta. Tũc enim nec characterem suscipit: & si cum animo baptizandi sed in mortali baptizetur tunc non suscipit gratiam. Sic in proposito quia propter ambiguitatem de dispositione subiecti dubitamus de effectu clauium in hoc homine, & cum hoc sumus certi ꝙ claues habent suum effectum certitudinaliter in subiecto disposito ad earum effectum. Et similiter Indulgentia est certa donatio dispositis ad illam: ideò nulla est illusio nec infidelitas, nec friuolum, sed salubre consilium illud doctorũ, neq; insufficientia meritorũ Christi aut sanctorũ, vt patet ex dictis: & simpliciter dicendum est quòd effectus Indulgentiarum est certus. Quia per se ita est, licèt per accidens aliter contingat, sicut absolutè dicitur quòd sacramenta certitudinaliter operantur gratiam & suos effectus, vt dictum est. Vide de hoc infrà. quæstio. 13. articu. 1. in responsione ad secundam obiectionem, contra tertiam opinionem, & in quæst. 14. in resolutione ad primum argumentum. Et cum dicitur aut credo opera Christi mihi applicata per Indulgentias esse sufficientia aut dubito, respondeo quòd oportet plus addere, scilicet & suscepta seu participata à me. Credo enim indubiè merita Christi applicata per Indulgentiam mihi, & à me participata & suscepta in me sufficienter exoluere meas pœnas debitas: sed dubito an illa applicata sint etiam à me participata. Quia dubito an ego fuerim sufficiẽter dispositus pro illorum participatione, quod est dubium facti per accidens respectu effectus clauium aut Indulgentiarum. Et rursus dico, quòd etiam si credo me participasse, volo etiam meas addere satisfactiones, non tanquam meliores meritis Christi, sed quia meliùs est duplici via, quàm vna tantùm satisfacere, & plura bona sunt satisfactio Christi & mea simul quàm Christi tantũ satisfactio.

¶Ad tertium argumentum respondeo negando primam consequentiam, & eius probationem. Neque enim est simile, neque proportio à maiori ad minus, quia hoc prouenit ex natura rerũ, neque ex insufficientia meritorum Christi, sed præcipuè ex diui- *Responsio ad 3. argumentum.*

na ordinatione, qui ſapienter & iuſtè noluit ordinare theſaurum Eccleſiæ præfatum ad remiſsionem pœnarum mortis & aliarum ſequentium ex originali, aut ex conditione noſtræ naturæ, & propter diſparitatem harum pœnarum ex parte noſtra. Nam pœnarum noſtrarum quædam ſunt naturales, quædam perſonales. Naturales ſunt quas incurrimus propter infectam naturam ex originali peccato, & reſeruantur vſque ad renouationem naturæ in reſurrectione finali ex meritis Chriſti, qui noſtram mortem animæ & corporis moriendo deſtruxit. Et ideò iſtæ pœnæ naturales nõ remittuntur per Indulgentias quæ ſpectant ad tempus naturę infectæ, dum ſcilicet durabit mundus iſte. Pœnæ autem perſonales ſunt ad quas tenemur ex noſtris peccatis actualibus, & remittuntur in hac vita per Indulgentias. Quia vita præſens eſt tẽpus purgationis, non quidem purgationis debitorum naturalium ſed perſonalium. Vnde in baptiſmo perſona non natura perfectè ſanatur, & quia mors cum ſuis pœnalitatibus eſt pœna naturæ, ideò merita Chriſti per Indulgentias applicata non ſe extendunt ad eam. Nec valet ratio, quod ſi remittunt pœnam mortis æternæ, ergo & temporalis. Et ratio huius inualidæ conſequentię eſt, quia pœna ſenſus æterna eſt de numero pœnarum perſonalium: mors autem temporalis eſt de numero naturalium Deo debitarum. Itẽ quia aliud eſt loqui de meritis Chriſti ſatisfactorijs abſolutè, & aliud de eis vt ſuperfluũt ſacramẽtis: aliud vt per Indulgentias diſpenſanda relinquuntur. Ipſa enim in ſacramentis abſolutè tollunt pœnam damni & ſenſus æternam potius per viam concomitantiæ, quàm per viam ſatisfactionis. Quia reconciliando hoſtem in Dei filium adoptiuum ſequitur quòd non eſt puniendus iam pœna hoſtili, quod eſt tollere pœnam æternam. Soli enim hoſtes exterminatrice pœna digni & puniendi ſunt: filij autem caſtigandi & purgandi ſuapte natura relinquuntur. Theſaurus autem Indulgentiarum exhibet Chriſti merita vt præcipuè ſunt ſatisfactoria, vt dictum eſt, ergo patet reſponſio. ¶ Ad alias ſubſequelas quòd ſcilicet Indulgentiæ non eſſent Indulgentiæ ſed ſatisfactiones per aliũ &c. iã patet reſpõſio ex ſuprà dictis in reſpõſione ad tertiũ & quartũ argumentũ. q. 2. ibi videatur ſi placet.

Mortalium pœnæ quædã naturales, quædam perſonales.

¶ Secundò principaliter contra eandem tertiam particulam, præcipuè contra ly (Sanctorum) arguitur quincupliciter probando quòd ex meritis aut ſatisfactionibus ſanctorum, non conſtat

Argumẽtũ contra merita ſãctorum.

prę-

præfatus thesaurus Indulgentiarum. ¶Primò (& in ordine quarto) arguitur sic, Quia nulla opera sanctorũ sunt relicta irremunerata, ergo non manent superabundantes aliquæ satisfactiones eorũ pro thesauro Indulgentiarum. Consequentia simul & antecedẽs probatur. Tum primò Quia Rom.8. Non sunt condignæ passiones huius sæculi ad futuram gloriã &c. & sic Deus præmiat semper omnes vltra condignum. Tum secundò, quia secundum hoc opera supererogationis non remunerarentur in ipsis sanctis sed in nobis, ac per hoc minora essent renumerata in ipsis & non maiora opera. Quòd si dicatur quòd eadẽ opera sunt & in ipsis sanctis & in nobis remunerata: contra hoc sequeretur ꝙ ergo nulla opera eorum sunt relicta irremunerata, quod erat antecedẽs probandum. ¶Quintò arguitur ad idem. Quia nullus sanctorum sufficienter impleuit in hac vita mandata Dei, ergo nil superabũdans fecerunt sancti Et per consequens sancti nil reliquerunt pro thesauro Indulgentiarum. Consequentia patet: & antecedẽs probatur quincupliciter. Primò per illud Luc.17. Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt, dicite ser. inuti. sic. quod debu. fe. &c. seruus autem inutilis non vltrà sed minus debito fecisse intelligitur, ergo. ¶Secundò per illud Matth.25. Vbi sapientes virgines noluerũt alijs cõmunicare de oleo dicẽtes & timentes, ne fortè nõ sufficiat nobis & vobis. ¶Tertiò quia omnis sanctus est debitor Deo vt ipsum diligat & seruiat ei posse, imò vltrà quã potest. Quia secundum August. Nullus potest implere in hac vita præceptum de diligendo Deum toto corde, tota anima, totis viribus suis. Nullus autem id fecit aut potuit facere vt patet ex August. ibidem ergo. ¶Quartò, quia sancti per martyrium, quod est opus perfectissimum, non faciunt vltra quã debent, imò & vix faciunt debitum suum, ergo multo minus in alijs operibus fecerunt plus quàm debuerunt. ¶Quintò probatur idem antecedens per autoritates sanctorum, putà August. di. quod omnibus sanctis conuenit dicere, Dimitte nobis debita nostra. Qui aũt cõfitetur debitum, non superabundat ergo. ¶Item idem Augustin libr.1. retracta ca 19. dicit, Omnia mãdata implentur quãdo quicquid non impletur ignoscitur. Vbi ipse negat sanctos implesse perfectè omnia mandata Dei, dicens. Magis ignoscente Deo quàm implente homine &c. Item libr 9. confess. dicit Væ hominum vitæ quantumcunque laudabili, si remota misericordia iudicetur

Argu. 4.
Paulus.
Obiectio & eius responsio.
Argu. 5.
Primum
Luc.
Secundũ
Matth.
Tertium
August.
Quartũ.
Quintũ.
August.

Iob. iuxta illud Iob. 9. Si etiam iustum quidpiam habuero, iudicem meum deprecabor. Et ibi Gregorius in morali. lib. 9. ca. 1. & lib. 8. capit. 13. 14. tractans præfata verba Iob. & libr. 4. &. 5. sæpius ad idem, & super illud Iob. 15. &. 25. Stellæ & cœli non sunt mundi in conspectu eius: sæpius idem replicat dicens, quòd omnis nostra virtus & iustitia posita in examine iustitiæ Dei potiùs erit & apparebit iniustitia, vt panus menstruatæ & vt macula lunæ &c. secundum Psal. 142. In conspectu eius non iustificatur omnis viuens. ¶Idem August. Nullus sanctus fuit in hac vita sine peccato. 1. Ioannis. 1. Si dixerimus quòd peccatum non habemus &c. Item Hierony. tractans contra Pelagium illud Psal. 31. Beatus cui nõ imputauit Dominus peccatũ &c. & infrà, Pro hac orabit ad te omnis sanctus &c. dicit. Quomodo est sanctus si pro impietate sua orat? Itaque sancti per orationem & confessionem suæ impietatis merentur sibi non imputari peccatum. ¶Ex quibus omnibus patet antecedens probatum simul & consequentia, quòd scilicet nulla sunt merita aut opera bona sanctorum superabundãtia. Quòd si dicatur quòd sancti habentes aliqua venialia potuerunt plura facere quàm debuerunt. Contrà, quia opus bonum etiam optimè factum est veniale peccatum, ergo semper minus fecerunt, quàm debuerunt & peccauerunt. Antecedẽs est beati Augustini vbi suprà, omnia mandata implentur.

Gregor. *Psalmus.* *August.* *Ioannes.* *Hierony.* *Obiectio*

¶Sextò arguitur ad idem. Quia dato quòd sint superabũdantia merita & satisfactiones sanctorum, non tamen prodessent nobis in thesauro Indulgentiarum, ergo consequentia patet: & antecedens probatur quadrupliciter. Primò quia si merita aut satisfactiones Christi sufficiunt pro prędicto thesauro, ergo superfluè & vanè superadduntur etiam merita aut satisfactiones sanctorũ, & cum iniuria meritorum Christi, ergo sicut in sacramentis nil faciunt merita sanctorum cum meritis Christi, ita nec extra sacramenta per Indulgentias eadem ratione. Secundò probatur idem antecedens. Quia merita sanctorum indignè expenderentur per Ecclesiam ad solutionem pœnæ tantùm, quia solutio pœnæ est vilissimum donum Ecclesiæ. Tertiò quia Ecclesia non piè ageret cum filijs suis relaxando pœnas. Castigare enim filios potiùs est pietatis quàm remittere pœnas. Tum denique. 4. quia Galath. 6. Vnusquisque onus suum portabit. &. 1 Corinth. 3. Propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem.

Argu. 6. *Primò* *Secundò.* *Tertiò.* *Quartò* *Paulus.*

¶Septi-

¶ Septimo principalter ad idem arguitur. Quia non videtur vnde ex sacra scriptura eliciatur, ꝙ merita Christi & sanctorum sint thesaurus Indulgentiarum. Dicere autem ꝙ Ecclesia Rom. sic decreuit, est exponere Ecclesiam irrisioni hæreticorũ, dum nõ possemus reddere rationem de nostra fide: ergo.

¶ Respondeo. Propter prædictas rationes tactas in argumentis Fran. Mayro. in. 4. dist. 19. expresse tenuit & malè, ꝙ nullus est thesaurus Indulgentiarum de meritis aut satisfactionibus sanctorum conflatus, quoad Indulgentias. Duran. in. 4. dist. 20. affirmat quidem ex superabundantibus meritis Christi constare thesaurum Indulgentiarum, sed dubitat an de sanctorum meritis aut operibus etiam constet præfatus thesaurus, & quia non constat (vt ipse dicit) vtrùm sancti voluerint pro nobis sic satisfacere. Et summa Ang. titu. Indulgentia. sequitur hanc opinionem Durãdi, quàmuis dicat ꝙ est Francisci Mayronis. Et Turrecremata. q. 2. de consecra. dist. 1 latiùs arguit intendẽs probare etiam per multas autoritates doctorum ꝙ non est ponendus talis thesaurus ad Indulgẽtias concedendas per Papam distribuendus. Sed certè quomodocunq; & quicunq; aliter sentiãt, quàm dictum est, erroneè sentiũt vt suprà diximus, & eorum rationes suprà tactæ nil probant contra nos, ideo ad singula respondeatur. *Duran.* *Summa Ange.* *Turrecr.*

¶ Ad quartum respondeo secundum Caieta. in quodlibeto vbi suprà distinguendo ly (remunerari) quia potest accipi dupliciter. Vno modo propriè, pro vt respondet sub ratione meriti, & sic remuneratio est pręmiũ ꝓ merito, vt meritũ est: & sic ꝓpriè loquẽdo de merito cõceditur antecedẽs, sed negatur cõsequẽtia. Quia merita sanctorũ quãuis sint plenissimè sibi vltra cõdignũ remunerata & pręmiata, ita ꝙ ipsæ etiam eorũ super abundantes satisfactiones, sint plenissimè remuneratæ vel remunerãdę, seu pręmiãdæ (non enim facio vim in tempore præterito vel futuro, vt patebit) in ipsismet dumtaxat sanctis, sicut & ipsimet sibi solis meruerunt de condigno, & ita quicquid inde meruerunt totum eorum erit, siue sit præmium essentiale siue accidentale. Nihilominus tamen pręd icta remuneratio seu præmiatio plenissima ipsorum in ipsis facta seu facienda non tollit nec minuit vim aliam ipsorum operum scilicet vim satisfactiuã pro se seu pro alijs. Quia talis vis satisfactiua seu soluere pro se seu pro alijs non est meritum, merces aut remuneratio quæcunq;, vt suprà in probatione secundæ *Ad quartũ.* *Caiet.*

particulæ, in hac quæstione dictum est, quod etiam patet. Quia secundum Scotū & sequaces etiam in inferno potest quis satisfacere seu soluere pœnam temporalem debitam pro peccato mortali, iā quoad culpam dimisso in hac vita, & etiam pro veniali nō dimisso. Illa autē solutio nec est meritū, neq; merces aut pręmiū aut remuneratio aliqua, vt patet. Similiter in purgatorio qui soluit debitū suū satisfaciendo seu potiùs satispatiendo per ignē purgatorij non meretur, neq; sic soluendo remuneratur secundum omnes doct. ergo patet ꝙ aliud est soluere seu satisfacere pro debito suo vel alieno, aliud est mereri, præmiari vel remunerari. ¶ Sic in proposito dico ꝙ omnes actus & pœnæ sanctorū pro quanto fuerunt meritoria sunt plenissimè remunerata seu præmiata in ipsismet tantùm gloria essentiali seu accidentali etiā vltra cōdignū, id est, vltrà quā ipsis ex natura operū ipsorū deberētur, quia sic Deꝰ liberaliter statuit. Et scdm hoc intelligitur illud ad Ro. 8 Nō sunt cōdignæ &c. quia præmiātur & præmiabūtur vltra cōdignū. Et de hoc præmio nil nobis cedit de operibꝰ eorū directè in gloria. ¶ Imò & pro quanto talia opera fuerunt illis pœnalia etiam in ipsismet sanctis dumtaxat remunerantur gaudio accidētali in gloria. Gaudebunt enim de hoc ꝙ plus passi sunt quàm peccata sua meruerūt. Vnde & laureolam seu palmam aut insigne gloriosum habebunt de aliquibus passionibus huiusmodi. Sed propter huiusmodi & quascunq; alias remunerationes actus ille pœnalis nō perdit aliam vim suam satisfactiuam, seu solutiuam pœnarum tēporalium suarum vel aliorum vt dictum est. ¶ Et cùm sancti ferè omnes plus pœnarum passi sunt quàm debebant pro suis peccatis: ergo illud abūdans manet pro solutione aliorum, quāuis quoad vim merendi sint talia opera pœnalia remunerata in illis sanctis. Imo & cùm continget satisfactionem superfluā beati Laurētij soluere pro pœna debita Petri pœnitentis, iam Laurentius habebit in cœlo gaudium accidentalis glorię de hoc scilicet ꝙ satisfactio sua superabundans soluit pro alio pœnitente egente. Et sic patet negatio primæ cōsequētiæ. ¶ Secūdo modo capiēdo remunerationem largè, negatur antecedens vniuersaliter vt iacet. Imò sic dico ꝙ merita sanctorū, quoad aliquid scilicet quoad vim meritoriā sunt plenissimè in ipsis tātùm remunerata vel remuneranda: quia quoad hanc vim sunt totaliter in ipsis tantùm remunerabilia; sicut & ipsis tantùm fuerunt meritoria. Sed quoad aliquid scilicet

Scotus.

Aliud est satisfacere, aliud remunerari.

Paulus.

Gaudiū, atq; præmiū sanctorum.

ſcilicet quòad vim ſatisfactoriam ſeu ſolutiuam opera pœnalia ſupererogatoria eorũ non ſunt remunerata totaliter in ipſis ſanctis dũtaxat, ex quo quò ad hoc nõ ſunt remunerabilia in ipſis ſtãte lege, & hoc non ex Dei illiberalitate, ſed propter eorum excellentiam, qui talibus ſatisfactionibus pro ſe non indiguerũt, & quòad hanc vim ſatisfactiuam remanent in theſauro Eccleſiæ ſuprà dicto remuneranda in alijs egentibus, vt ſuprà dictum eſt, & ſic patet negatio antecedentis & conſequentiæ. ¶ Quod ſi ad hoc replicetur. Si eadem opera ſanctorum ſic largè remunerata ſunt in ipſis & in alijs modo predicto. ergo nulla opera eorũ ſunt in ipſis irremunerata. Patet conſequentia. Quia ex quo omne in ipſis remunerabile ſcilicet opera meritoria iam in ipſis tantùm remuneratum eſt. Satisfactoria autẽ opera ſupererogatoria non ſunt remunerabilia in ipſis vt dictum eſt ſed in alijs: ergo nulla opera ſanctorum remunerabilia in ipſis manẽt irremunerata in ipſis: ergo nil reponunt in theſauro Eccleſię. Reſpondeo negando conſequentias omnes, quia quando dicimus quædam ſanctorum opera ſeu merita relicta irremunerata nõ fit diſtinctio operum quaſi quædam fuerint opera eorum remunerata, & quædam non, vt replica malè interpretatur, ſed fit diſtinctio conditionum etiam vniꝰ & eiuſdem operis ad hunc ſenſum, ꝙ ſcilicet opera ſanctorum in quantum ſunt meritoria ſint remunerata in ipſis ſanctis: in quantum autem ſunt ſatisfactoria ſunt relicta irremunerata in ipſis ſanctis, quò ad illud pœnalitatis quod ſupererogarunt, vt patet ex dictis. ¶ Quod ſi replicetur ſecundò ꝙ in ipſis ſanctis tale præmiũ accidentale ſatisfactorium eſt remuneratum vel recompenſatum in alijs bonis ſpiritualibus ſcilicet in abundantia auxilij ſpecialis in conſolatione ſpirituali. Item ſecundò, quia ipſi applicauerunt ſua ſatisfactoria pro viuis & defunctis amicis, benefactoribus &c. quando ea fecerunt: ergo nil reſtat reponendum in theſauro Eccleſiæ. ¶ Reſpondeo ad primum, ꝙ eſt verum quo ad vim meritoriam de congruo vel de condigno, ſecus quo ad ſatisfactoriã. Et ad ſecundum reſpondeo, id negando. Multa enim ſatisfactoria reliquerunt non applicata pro ſe, ſed in theſauro Eccleſiæ pro communi bono indigẽtium vt ſuprà probatum eſt in tertia parte, & patet experientia de ſanctis præſentibus, quia ſic faciunt. Et ſic patet reſponſio ad primum argumẽtum.

Replica.

Altera replica.

Reſponſio ad primum.

¶ Ad

Ad quintum. ¶Ad quintum argumentum respondeo, concedendo antecedēs ad hunc sensum, ꝙ scilicet vir sanctus quatenùs ex suo libero arbitrio tantùm operatur, non impleuit sufficienter, id est, ad intentionem præcipientis Dei mandata eius: & sic considerando sunt omnes debitores & peccatores pro aliquando & inutiles, & sic cōceduntur, sicut & procedūt sanctorum autoritates adductæ ad hoc propositū. Sed quia nos non sic loquimur in hac quæstione, ideo simpliciter negatur consequentia, quamuis secūdum quid seu cū addito, scilicet ꝙ sancti, considerati ex se tantùm sine gratia Dei, nil reliquerunt pro thesauro Ecclesiæ, concedi possit consequentia non tamen absolutè & simpliciter loquendo. Nam absolutè et simpliciter negatur antecedens & consequentia. Quia sancti considerati vt tales scilicet vt sancti, & per consequens vt ex gratia spiritus sancti moti operantes, benè impleuerunt mandata Dei sufficienter, & sæpe supererogatoriè in ijs quæ eos obseruasse laudamus. Et sic absolutè & simpliciter & formaliter loquendum est. Et sic reliquerunt pro thesauro Ecclesiæ & non sunt debitores sed potiùs digni gloria de lege. 1. Ioan. 3. Omnis qui natus est ex Deo, *Ioan.* non facit peccatū &c. In quo clamamus abba pater. &. 2. Thimo *Paulus.* th. 4. Reposita est mihi corona iustitiæ &c. & hoc modo nos loquimur híc & in hac materia. ¶Ideò hoc modo ad illud Luc 17. *Responsio ad autorit. Lu.* Serui inutiles sumus, respondeo quòd ibi quod debuimus fecim⁹ satis ostenditur seruasse mandata sufficienter, & talis licèt aliquādo, quādo scilicet nō supererogatoriè operatur sit inutilis, id est, non supererogans vltra debitum, sed solùm quod debuit faciens, non tamen ideò dicitur citra aut minus fecisse, quàm debuit. Vnde ex hac autoritate nihil aliud habetur, nisi ꝙ sancti ex hoc ꝙ solùm impleuerunt præcepta Dei, non supererogauerūt, cum quo tamen stat, ꝙ & sufficienter mādata implere & insuper supererogare potuerunt, & esse serui Dei vtiles sibi ipsis, & nobis in domo Dn̄i ad thesaurum Ecclesiæ supaddētes. Vel dicūtur serui inutiles scilicet Deo, qui nullius eget, sed tota vtilitas sanctorū operū est ipsorum seruorū Dei, Deo seruientium, ad vtilitatem non Dei, sed ipsorum sanctorum, quod est contra conditionem seruorum mūdi, seruientium ad vtilitatem dominorū suorum. ¶Ad illud Mat *Ad Mat.* th. 25. respondeo quòd oleum quod fatuæ petebant & prudentes *Ad tertium.* virgines sibi ex se ipsis non sufficere timuerūt, spectat ad consciētiam meriti, non ad pœnalitates, de quibus hic agimus. ¶Ad ter-

tium

tium respondeo, ꝙ impium est dicere quempiam obligari à Deo ad aliquid quòd vel quomodo est sibi pro tunc impoſsibile simpliciter, & anathema est secūdum Hieronymū, & etiā falsum est aliquem teneri diligere Deum quantum potest, sic scilicet quòd omittēdo aliquid supererogatorium, aut quod posset facere, peccet. Nam consilia quæ tamen quis potest facere, non cadunt sub præcepto, vt patet. Quod autem tenemur diligere Deū toto corde & semper &c. intelligitur quòd nil contrarium Dei dilectioni fiat, corde, mente, & opere, & quòd parati simus habitualiter seu virtualiter ad ipsum actualiter diligendum & seruiēdum, dū tempus neceſsitatis id exegerit. Et quòad actualem dilectionem ostēditur non quomodo id necessariò debeat fieri semper, sed quò tendere debemus, secundum Augustinum. ¶ Ad quartum dico quòd sancti per martyrium extra articulum neceſsitatis faciūt plꝰ quàm debent, quia tunc supererogant, & rursus in articulo neceſsitante ad martyrium pro confeſsione fidei supererogant sæpe quòad vim satisfactiuam, dum plus patiūtur volūtariè, quàm pro suis peccatis debent. ¶ Ad quintum ad autoritates Augustini, & docto. respondeo quòd intelliguntur ꝙ sancti considerati ex se sine gratia Dei, sunt debitores & peccatores, etiam si quid faciūt laudabile & optimè & iustè secūdum humanam iustitiā, tamen non implent mandata Dei ad eius intentionem, id est, meritoriè vt suprà dictum est, seu quòd aliquando peccauerunt, & ꝙ Deus absolutè ex rigore iustitiæ potest ab eis exigere quam per legē positam exigit misericorditer. Sed cum hoc stat ꝙ ex diuina gratia operando supererogent, & de iustitia legis positæ mereantur sibi non imputari suos defectus, & mereantur gloriam supererogatoriè. ¶ Vnde illud vltimū dictum ibidem, ꝙ scilicet opus optimè factum est peccatum si intelligatur cū limitatione, scilicet ex parte nostra tantùm sine gratia est peccatum, id est, defectuosum ad meritum conceditur. Si autem intelligatur ꝙ opus bonum moraliter tantùm sine gratia ꝙ est peccatum corā Deo omiſsiuè & imputabile ad penam seu culpabile aut malū, certè hoc est omnino falsum, secūdum omnes catholicos & philosophos. Nō enim sub noua culpa tenemur ad intentionem præcipientis: neq; tenemur omnia opera bona semper referre in vltimū finem, aut operari ex gratia seu charitate. Si vero intelligatur ꝙ simpliciter & absolutè & non secundum quid ex nobis tantùm omne opus bonū

Hieronyi.

Quomodo tenemur Deū diligere.

Augusti.

Ad quartum.

Ad quintum.

Caieta. optimè factum etiam propter Deum in gratia est peccatum veniale, certè est impia hæresis Lutherana (vt benè agit de hoc Caieta. vbi suprà, & in. 2. quodlibeto in responsione. 14. vbi etiam declarat, & saluat quædam dicta sua. in. 2. 2. q. 33. arti. 3. & q. 83. artic 3. ea concordando) quod patet. Quia beata virgo nunquàm peccauit etiam venialiter, &. 1. Ioan. 3. Nat⁹ ex Deo nō peccat &c. Illud *Ioannes.* autem Ioan. 1. Si dixerimus ꝙ peccatum non habemus &c. & ꝙ omnes sancti dum viuunt, orare possunt, Dimitte nobis debita nostra &c. non intelligitur ꝙ semper, & pro semper habuerunt peccatum aliquod veniale, coæuum: quandoq; enim sine omni peccato etiam veniali fuerunt, sed intelligitur ꝙ quandoq; peccauerunt, & quod notabile tempus sine aliquo veniali non transierunt, nisi speciali Dei gratia præuenirentur, vt beata virgo, ideò orare possunt pro illo peccato quandiu viuunt. di. Pater nr̄ &c. Et sic patet responsio ad secundum argumentum. De his vide latiùs apud magistrum de Vega de iustificatione. li. 11 per totum & *Fra. Andreas Vega.* p̄cipuè ca. 24 36. 37. 38 &c. vbi optimè declarat id Gregorij, omnes virtutes & merita nostra sunt vitia, si in conspectu Dei in rigore iustitiæ iudicentur: quia scilicet omnia bona opera nostra ad eam puritatem & sanctitatem exacta: qua Deo deberemus seruire quāq; Deus posset ex rigore à nobis exigere, tum ꝓpter suā excellentiam & dignitatem, tum propter sua in nos beneficia, certè vitia & defectuosa essent & peccata.

Responsio ad sextum. ¶ Ad sextum argumentum respondeo negando antecedens. Et ad primam eius probationem respondeo negando vtramq; consequentiam ibi positam. Dico enim ꝙ appositio meritorum seu satisfactionum sanctorum extra sacramenta in Indulgentijs seu in thesauro Indulgentiarum cum meritis Christi consonat diuinæ *Paulus.* dispositioni, non quidem quod insufficiens sit Christi satisfactio sola, sed propter duo. Primò, vt sic honorentur sancti & eorū merita. 1 Corinth. 3. Adiutores Dei sumus, sicut propter honorem suarum creaturarum vult Deus eas secum coagere naturaliter, licèt ipse Deus solus sufficiat, vt habetur communiter à docto... 2. dist 1. & 37. Secundò vt Christi membra similentur suo capiti Christo. Videmus enim diuinam prouidētiam disposuisse quòd *Multiplex sanctorū cura.* omnia Christi membra præsertim præcipua sibi assimilentur, quantùm fas est. Quia scilicet sunt quidam sancti aliorum curatores, quidam doctores, quidam pro alijs merentur de con-

gruo

gruo tantùm, quidam pro alijs impetrant. Ita & quidam sunt alienarum pœnarum satisfactores, vt assimilentur Christo, etiam in hoc quòd pro alijs passus est, ad Colocen. primo. Adimpleo ea quæ desunt passionibus Christi &c. ¶ Alij etiam addunt aliam tertiam causam, dicentes quòd licèt passio Christi sit infinitè sufficiens, tamen est finita quò ad efficaciam. Quia scilicet finitus gradus gratiæ & satisfactionis applicatur in singulis sacramentis: & sic per passiones sanctorum crescit thesaurus Ecclesię quò ad efficaciam Indulgentiarum. Ita scilicet ꝙ si pro certa causa potest concedi vnus annus Indulgentiæ virtute passionis Christi, iam virtute eius & passionum sanctorum potest concedi plus, putà duo anni. Sed certè hæc causa seu ratio non mihi satisplacet. Quia finita efficacia finitusq; gradus participatus in sacramentis & sacramentalibus & in Indulgentijs non prouenit ex quantitate thesauri: aut ex hoc ꝙ sit determinatus tantus gradus illius thesauri à Deo tali operi aut tali sacramento ex opere operato: sed ex dispositione participantium, & ex alijs causis & conditionibus adiunctis tali actui sacramentali, secundum Abulensem super Matthæum, capit. 16. quæstione. 47. & secundum probabiliorem opinionem, licèt beatus Thomas & aliqui alij doctores oppositum dicere videantur, vt de hoc latiùs egi libro. 5. in nostro Quæstionario. quæstione secunda de valore missæ, & sic patet quòd & quare merita sanctorum faciunt thesaurum Indulgentiarum cum meritis Christi extra sacramenta: thesaurus autem sacramentorũ fit solùm ex meritis Christi, sicut & ab eo solùm sunt instituta, & virtute meritorum eius solùm habent efficaciam, & sic patet responsio ad primam probationem antecedentis. ¶ Et si rursus quæratur ad quid vtilis erit tanta superabundantia satisfactionum Christi & sanctorum eius, quanta secundum prædicta supererit post vniuersale iudicium quando nulli amplius proderit, dum pro nullo quis amplius soluere poterit pœnam debitam pro peccatis, respondeo quòd hoc ipsum quod est merita ipsius Christi & sanctorum vt satisfactoria tam excellenter superare omnes pœnas quæ fuerant soluendæ, est ad gloriam Christi & omnium sanctorum, & ad commendandam liberalitatem saluationis electorum & eorum copiosam redemptionem. Nam talis superabundantia meritorum & remediorum testatur clarè, quòd non ex illiberalitate

Paulus. *Abulen.* *S. Thom.* *Supabundantia satisfactionum Christi & sanctorũ post iudicium in gloriã Christi et sanctorũ cedet.*

Dei, aut ex insufficientia satisfactionum Christi & sanctorum & aliorum remediorum damnati sunt reprobi quasi solis electis illam suffecissent, sed ex eorum propria iniquitate reprobi dãnati sunt, pro quibus sufficiens adhuc remanet satisfactio si diuina misericordia tunc eam applicare vellet, si & stante lege sic fieri deceret. ¶ Ad secundam probationem eiusdem antecedẽtis respõdeo ꝙ dignissimè ea expendit Ecclesia dum satisfactoria tantùm pro satisfactore, ad eius gloriam accidentalem & vtilitatem egentium expendit. Non enim possunt digniùs expẽdi, & licèt remissio temporalis pœnæ in comparatione ad dona gratiæ sit vile desnum, est tamen proportionatum meritis sanctorum, vt sunt satisfactoria, quia vt sic nõ sunt, nisi exolutiua pœnarum tẽporalium.

Ad secũdam.

Ad tertiam,

¶ Ad tertiam probationem antecedentis respondeo, ꝙ imò pijssimè mater Ecclesia suis filijs remittit, quos De⁹ ex rationabili causa in adoptionis filios computauit. Non enim in omni actu debet mater punire filium, sed omnia tempus habẽt, alioqui non deberet peti aut fieri misericordia & remissio pœnarum in sacramentis, nec extra sacramenta, quod absit. ¶ Ad quartam probationẽ eiusdem antecedentis ex illo. Galat. 6. Vnusquisq; onus suum portabit &c. respondeo, ibi loquitur Paulus de mercede seu remuneratione propriè sumpta scilicet quæ respondet operi meritorio, vt meritorium est (quod & nos cõcessimus sæpe vbi suprà in respõsione ad primum) non autem loquitur de vi satisfactiua seu de pœnarum remissione, de qua nos hic agimus, & dicimus ꝙ vnius satisfactio potest valere alteri per viam Indulgentiæ, vt de hoc lati⁹ infrà in responsione ad octauũ argumentum principale habetur quomodo vnius satisfactio potest alteri valere.

Ad quartam.

Responsio ad autoritatem Pauli.

¶ Ad septimum argumentum respondeo, ꝙ licèt non expressè, benè tamen innuitur in sacra scriptura pariter iũcta ratione recta per fidem illuminata & fundata ꝙ iste thesaurus Indulgentiarum habetur vt suprà probatum est ratione & autoritatibus scripturæ & doctorum, & in his fundata est Ecclesia Romana ad sic decernendũ rationabiliter facto & verbo, vt in dicta Extrauagan. Cle. 6. Vnigenit⁹. de pœ. & re. dictum est suprà, & alibi sæpius. Nolle autẽ acquiescere tot rationibus & autoritatibus est mentis indisciplinatæ. Oportet enim ex primo Ethic. virum docilem in morali Philosophia & Theologia non quærere certitudinem Mathematicam, sed secundum quod in tali sciencia probatur. Nunc autem

Resp. ad septimũ.

Aristot.

regula

regula fidei est sacra scriptura & Ecclesiæ seu concilij determina- *Fidei re-*
tio, quæ non potest esse erronea, & communis catholicorum do- *gula Ec-*
ctorum consensus, quibus qui non credit certè regulam & termi *clesiæ vel*
nos talis facultatis excedit, hæreticumq́; se comprobabit secundũ *Concilii*
Hierony. vbi suprà ad Damasum Papam, & prædicta sufficiunt *determi-*
ad sufficienter rationem reddendam, de ea quæ in nobis est fide. *natio.*

¶Octauò principaliter contra eandem tertiam particulã præ- *Hierony.*
cipuè contra ly (ex satisfactionibus sanctorum) arguitur. Quia sa
tisfactio vnius non potest valere alteri viuo aut defuncto, ergo cõ
sequentia patet. Quia fundamentalis ratio, & suppositio thesauri *Argu. 8.*
Indulgẽtiarum, est ꝙ satisfactiones Christi & sanctorum posſint
prodesse ijs, quibus per Indulgentias applicantur, vt patet ex su-
prà dictis. Sed si non possunt prodesse alijs, ergo sequitur ꝙ the-
saurus Indulgentiarum nõ colligitur, nec potest constare ex ipsis.

¶Antecedens autẽ probatur quadrupliciter ꝙ scilicet satisfactio
vnius non potest prodesse alteri. Primò quia Deus non requirit
satisfactionem quasi delectatus in pœna. Esaiæ. 1. Heu cõsolabor *Primò.*
super hostibus meis secũdum gloss. ibidem, Deus quasi inuictus *Esaiæ.*
punit more patris & punit & dolet, sed requirit pœnam vt medi- *Glossa.*
cinam & remedium peccati, & vt antidotum contra culpam.
Nunc autem medicina nõ sanat ægrotum, nisi ipsi formaliter hę-
reat, vt suprà in principio huius quæstionis dictum est, ergo sa-
tisfactio vnius non potest esse medicina alterius, nec prodest il-
li. ¶Secundò probatur idem antecedens. Quia sicut contritio & *Secundò.*
confessio vnius non valet alteri, ergo ita nec satisfactio. Patet con
sequentia. Quia ex quo sunt partes pœnitentiæ iam videtur eadẽ
ratio de omnibus, & quia sicut non valet Indulgentia cõtra prę-
ceptum soluẽdi debitum pœnæ. Matth. 3. Facite fructus dignos *Matth.*
pœnitentiæ, ex quo ad satisfactionem ita tenemur sicut ad contri
tionem & confessionem, ergo. ¶Tertiò probatur idem antece- *Tertiò.*
dens. Quia. 1. Corinth. 3. Vnusquisque propriam mercedem acci *Paulus.*
piet secundum proprium laborem & Matthei. 16. & 2. Corinth. *Matth.*
5. Omnes stabimus ante tribunal Christi, & recipiet vnusquisque
prout gessit in corpore suo, & Apoc. 14. Opera illorum sequũtur *Apoc.*
illos & Psal 61. Tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua, est ad idẽ & *Psal.*
Deuter. 25. Pro mensura delicti, erit plag. mo &c. & Ezechi 14. *Deuter.*
Ipsi soli liberabuntur &c. Nunc autem si vnus posset pro alio sa- *Ezechi.*
tisfacere iam redderet Deus secundum opera aliena & non soli

e iusti

iusti liberarent animas suas sed & peccatores per opera aliorum, quod est contra præfatas autoritates, ergo. ¶ Quarto probatur idem antecedens. Quia Deus decreuit punire hic vel in purgatorio personam ipsiusmet peccãtis post culpam iam dimissam, ergo quicquid satisfactionis per alium pro illo fiat, nil illi proderit. Antecedẽs patet. Quia stante lege, ipsemet peccator tenetur hic vel in purgatorio satisfacere pro suo peccato, secundum communiter doct. Consequentia autem probatur dupliciter. Primò quia aliàs esset mutatio in Deo, si alio satisfaciente pro illo nõ puniretur ipse peccator hic vel in purgatorio, vt decreuerat Deus. Secundò, patet consequentia autoritate Gregorij. libr. 6. moralí. cap. 12. Cũ superna indignatio sese, vt ita dixerim, medulitùs mouet, hanc oppositio humana non remouet, nec cuiuslibet deprecatio se vtiliter obijcit, cum semel aliquid ab intimis quasi irascẽdo disposuit. Quod & probat de Moise, qui non potuit ingredi terram promissionis propter peccatum diffidentiæ, iuxta petram Oreb, & habetur. 23. q. 4. Nabuchodonosor. Item Hieremiæ. 7. & 12. ca. Tu ergo noli orare pro populo hoc. &c. & 1. Reg. 3. Porrò triũphator Israel non parcet & gloss. Hiero. & Gregorij super Hieremi. 11. est ad idem, ergo.

Quartò. Gregor. Hierem. 1. Regũ. Glossa. Hierony. Gregor.

¶ Respondeo ad octauum argumentum principale. Sed priùs nota quòd in hoc argumẽto tangitur difficultas, scilicet vtrùm vnus pro alio possit satisfacere & quomodo. Ad quam dicitur cõmuniter & benè ꝙ sic, maximè si vterq; sit in gratia. Ratio, quia charitas facit omnia communia, quodque adiutoriũ vnius prosit alteri ad id quod de lege valere potest. Et ad hoc facit articulus fidei, Credo sanctorum cõmunionem: & Galath. 6. Alter alterius onera portate: & in hoc non est dubium, quia & hinc valent suffragia pro defunctis, & ad idem sunt communiter doctores in quarto distinctio. vigesima, & etiam vigesima quinta.

Respõsio ad. 8. argument. Symbolũ Paulus

¶ Sed vtrùm talis satisfactio prosit & valeat ex iustitia legis infallibiliter quò ad totum suum fructum, an solùm de decentia, sunt opiniones. Nam communis opinio in quarto distin. 16. 20. & Adrian. in quarto de satisfactione, & de Indulgentijs. tenet ꝙ satisfactio existentis in gratia facta pro alio viuo similiter in gratia existente valet ei ex iustitia legis positæ à Deo & eius pacto infallibiliter, non secùs ac si pro ipsomet satisfactore fieret: licèt nõ in tanta quantitate, nec ad tantum effectum satisfactionis pœna-

Adrian.

rum

rum ac si ipsemet faceret pro se ipso, idque ratione suprà dicta.

¶ Alia est opinio clarissimi doctoris Medina magistri mei in codice de oratione, quæsti. vigesima quinta. & aliqualiter in codice de satisfactione, quæsti. secunda. & quæst. quinta. vbi tenet quòd nullus etiam existens in charitate potest pro alio similiter in charitate existente in hac vita vel in purgatorio satisfacere de iustitia legis positæ aut pacti diuini iam positi, ita quòd Deus ipse infallibiliter talem satisfactionem acceptet aut debeat acceptare, sicut acceptat satisfactionem aut opus meritorium ad gloriam pro ipso operante, sed solùm ex decentia & liberalitate acceptat & est satisfactorium tale opus pro eis, pro quibus quis satisfacere intendit, aut ex merito congrui, aut per viā liberalis impetrationis, quæ dicitur iustitia largè seu iustitia decentiæ, quia scilicet Deum decet eiusque iustitiam mixtam cum misericordia & liberalitate tale opus satisfactorium acceptare, sicut & condescendere suis amicis in suis iustis petitionibus & obsequijs eorum. Et ratio eius est. Quia nusquàm legitur talis lex aut Deum generaliter promisisse se talem satisfactionem pro alio acceptaturum. Item quia si secundum legem humanam aliquis criminosus deberet ex sententia iudicis centum flagellis flagellari: & vnus alius volens illum ab illa pœna liberare in se ipso etiam iudice sciente illa centum flagella spontè suscipiat, certè non satisfacit iudici de iustitia legis. Quia iustè potest iudex concedere contra præfatum criminosum, volens quòd à iustitiæ tortoribus secundum leges flagelletur. Ita in proposito, cum peccator ob culpam iam dimissam sit secundum legem Deo debitor pœnæ seu vindictæ temporalis per se ipsum, vel per tortores Dei hic vel in purgatorio exequendæ, in quam fuerat pœna æterna commutata, ideò si quis pro alio sua sponte aliquid pœnale opus assumat non cedit illi in solutum de iustitia legis. Quia non est illa pœna, nec illo modo quam ex lege pro peccato dimisso debebat. Ideo & liberum est Deo iudici supremo ex gratia sua illam pœnam in toto vel in parte loco debiti acceptare & non acceptare sine vlla vllius legis aut pacti aut iustitiæ iniuria. ¶ Neque obstat dicere, quòd si vnus soluat debitum pecuniarium pro alio debitore, de iustitia cedit in solutum, nunc autem cum opus pœnale vel satisfactorium sit solutiuum pœnæ debitæ, ergo de iustitia legis cedit in solutum pro alio saltem viuente existente in gratia. Nam

Medina.

ad id respondetur negando consequentiam. Quia non est simile de debito reali & de debito pœnali ob delictum maximè quod homo debet Deo. Nam primũ est tale ꝙ per quencunq; debitoris nomine soluatur, res est ad æqualitatem redacta, & sic cedit in solutum: debitum aũt pœnale ob culpam non ita manet de rigore iustitiæ solutũ, nisi per ipsum debitorem, & eo modo quo debetur soluatur, vt dictum est. ¶ Quòd si dicatur Deum promisisse talem satisfactionem pro altero acceptare si vterq; sit in charitate, vt patet Galat. 6. Alter alterius onera portare &c. & 2. Machab. 12. Sãcta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare &c. ergo de iustitia legis valet, respondeo id negando. Nam ex dictis autoritatibus nil aliud habetur, nisi ꝙ vtile & salubre est satisfacere pro proximis, & eorũ onera portare: cum quo stat ꝙ id valeat & acceptetur non de rigore iustitiæ, sed illud committendo diuinæ liberalitati, sicut & bona quæ fiunt pro existentibus in peccato mortali, & quæ ipsi peccatores faciunt pro se ipsis, quibus vtique valent, & sunt vtilia ex decentia tantùm diuinæ liberalitatis, & suffragia quæ fiunt pro animabus purgatorij valent eis in toto vel in parte secundum beneplacitum misericordiæ Dei, & hac iustitia decentiæ sumus certi ꝙ satisfactio & bona opera vnius pro alio facta valent plus vel minus secundum cuiusq; suscipientes dignitatem, & Dei liberalitatem ad id, sic tenet prædictus doctor. ¶ Et ita demùm (saluo meliori iudicio) videtur ꝙ hæc opinio clarissimi doctoris Medina est vera, vt sonat, de satisfactione vnius pro alio existente in gratia hic vel in purgatorio, ꝙ scilicet illi valet solùm de congruo, vt dictum est. Opinio aũt communis est vera solùm de satisfactione facta pro se ipso, quia de tali satisfactione pro se ipso quò ad culpam & etiam quò ad pœnam habetur Matth. 3. Facite fructus dignos pœnitentię, secũdum Gregori. & communiter docto. licèt secundum alios intelligatur solùm quò ad culpam. Item quia pœna temporalis pro peccato iam quò ad culpã dimisso debetur Deo soluenda hic vel in purgatorio, & non in purgatorio tantùm, nec in hac vita tantùm, quia nulla lex videtur ad id adstringere, secundum Scotum. Item quia satisfactio hæc pertinet aliquo modo ad sacramentum pœnitentiæ cuius est tertia pars, & per consequens videtur ꝙ si fiat pro se ipso in hac vita, iam habet suũ effectum de iustitia legis sicut & aliæ partes huius sacramenti, ergo. ¶ Indulgentiæ autem viuorum licèt habeant

Paulus. *Machab.* *Matth.* *Gregor.* *Scotus.*

habeant vim satisfactiuam pro alijs, quibus scilicet conceduntur, tamen satisfactio earum habet vim de iustitia legis quantum sonant, si sint ritè concessæ, quia pro eis est lex specialis, Matth.16. Quodcunque solueris &c.& Ioan.20. Quorum remiseritis peccata &c. & quia succedunt loco satisfactionum pœnitentialium, vt habetur in cap. Cum ex eo. de pœn. & re. vt suprà. q. 1. & infrà. q. 6. & 17. latiùs habetur. Secus autem de Indulgentijs per modũ suffragij, quò ad defunctos, de quibus infrà. q. 13. & 14. ¶ Quibus suppositis, iam respondeo ad tertium argumentum suprà positũ, negando antecedens: & ad eius primam probationem negatur consequentia. Et ratio est, quia falsum est quod ibi videtur præsupponi ꝙ scilicet Deus vult nostras pœnas solùm vt nobis medicinales, nam eas etiam exigit, vt per eas satisfiat suæ iustitiæ diuinæ propter offensam, vt non maneat peccatum impunitũ, vt patet. Quia in purgatorio pœna non est iam medicinalis ipsis animabus, sed solutiua debiti secundum iustitiã, ergo quò ad hanc rationem satisfactio habet rationem & vim solutionis pro quò fit, vt dictum est. ¶ Ad secundam probationem antecedentis respondeo, negando consequentiam. Et ratio est, quia secundum Bonauenturam, & Adrianum vbi suprà, Contritio & Confessio ordinantur, vt quis reponatur in statu gratiæ principaliter, vt sic consequenter bona vnius ratione charitatis possint alteri communicari & satisfactio consequitur, quia ergo fundamentum huius cõmunicationis est gratia seu charitas: ideo non est simile. Alia etiã ratio discriminis est: quia per satisfactionem, vt talis est, & vt solutio pœnæ debitæ est, nullus meretur, neque medetur, neque efficitur bonus, vt suprà in principio huius quæstionis habetur. Per contritionem autem sic & per confessionem, vt patet. Ideò hæc non prosunt, nisi ipsi operanti, nec possunt alteri directè applicari quò ad hoc. Satisfactio verò sic quò ad suam vim solutiuam debiti vt dictum est. ¶ Item est alia ratio discriminis: quia. s. est obligatio tantùm personalis ad contritionem & cõfessionem ideò non potest per alium, neq; per Indulgentias suppleri vel adimpleri. Obligatio autem ad satisfaciendum non est de iure diuino solùm personalis absolutè ex natura sua, sed solùm est alternatiua. s. aut per se, aut per aliũ hic vel in purgatorio, vt Deo placuerit acceptare, vt dictum est, ergo patet differentia & ratio negationis illius consequentiæ. Et per hæc patet responsio ad id quod ibidem

Matth. Ioannes. Ad tertium. Responsio ad secũdã probationem antecedẽtis. Bonauẽ. Adrian. Contritio & confessio. Secunda ratio. Tertia.

ſubinfertur, ꝙ.ſ. ſicut non valet Indulgentia contra præceptum ſoluendi debitum contritionis &c. & ad illud Matth.3. & Luc.3. Facite fructus dignos pœn. dico ꝙ non eſt ad propoſitum. Ibi eñ ſi obligatoriè intelligatur, loquitur de pœnitentia interiori contritionis neceſſariæ ad ſalutem ſimpliciter, ſcilicet vt grauiora peccata grauiùs licèt non intenſiùs diſpliceant, & debita cautela contra recidiuum apponatur, vt innuit Chryſoſt. lib. 1. de compunctione cordis. Si autem de ſatisfactione etiam intelligatur ſecundum Grego. & doctores, intelligitur proportionabiliter, vt ſcilicet quatenùs eſt medicinalis per ipſummet fiat, quia non poteſt per alium. Quatenùs autem eſt ſolutiua pœnæ debitæ & poteſt per alium ſuppleri, ſuppleatur vt oportet. Itaque ſecundum naturam cuiuſque operis fiat dignus fructus pœnitentiæ per ſe & per alium. Et ſic patet ꝙ ſatisfactionẽ pœnalem poteſt homo hic vel in purgatorio per ſe vel per alium facere, niſi ſit iniuncta ſpecialiter à ſacerdote in confeſsione, & acceptata à pœnitente. Tunc enim ex præcepto Eccleſiæ tenetur pœnitens implere per ſe vel per alium de licentia tamen ſacerdotis. Per Indulgentias autẽ omnis ſatisfactio poteſt impleri, vt infrà. quæſt.7. quæſt.8. latiùs de hoc. ¶ Ad tertiam probationem antecedentis reſpondeo tripliciter. Vno modo ſecundum Tho. in.4. diſt.45. & Adri. in materia de Indulgentijs, & Caieta. & communiter doctores ꝙ omnes illæ autoritates Matth.16. & 1. Corinth.3. & 2. Corinth.5. & Apocalyp.14. & Pſal.61. intelliguntur quò ad premium eſſentiale vel accidẽtale reſpondens ipſi bono operi, prout eſt meritorium, aut de meritorium: non autem quò ad vim ſatisfactiuam, quod alijs verbis ſolet dici ꝙ loquuntur quò ad ſtatum hominis, nõ quò ad accidentia illi, putà quia non loquuntur quò ad vim ſatisfactoriã vt ſuprà & in reſponſione ad quintum argumentum principale dictum eſt. ¶ Secundo modo clariùs reſpõdeo ſecundum Roff. ſub articulo.17. &c. vſque ad.22. quòd intelliguntur illæ præfatæ autoritates de retributione finali in alia vita, ſi homo dum eſt in via vel in purgatorio, non aliunde iuuatur. Si enim homo eſt in ſtatu, quo iuuari poteſt hic vel in purgatorio, certè per Indulgentias, & per alias vias poteſt ei fieri relaxatio pœnarum per ſatisfactiones aliorum pro ipſo. Quia ſic cõceſsit Chriſtus, & ſuaſit Paulus ad Galath. 6. Alter alterius onera portate. Alioqui ſi præfatæ autoritates ſic nudæ ſine ſuo bono intellectu & ſuppletione præfata

Chryſoſt. *Ad tertiam.* *S.Thom.* *Adrian.* *Caieta.* *Secunda ratio.* *Roffen.* *Paulus.*

ſata ſumpta ex ſcriptura & recta ratione intelligerentur, vt hæretici eas intelligunt, certè ſequeretur eadem ratione quòd nec per ſacramenta poteſt fieri remiſsio culpæ aut pœnæ, virtute paſsionis Chriſti, & quòd Chriſtus nunquam remiſit propriè peccata noſtra, quod eſt hæreticum & contra illud, Quorum remiſeritis peccata &c. Ioan. 20. & Matth. 16. Quodcunque ſolueris ſuper terram. &c. ¶ Alio tertio modo reſpondeo ſecundum Bonauenturam, vbi ſuprà, quod charitas facit aliena opera eſſe ſua, maximè quando charitas voluntariè quod ſuum eſt alteri donat rationabiliter donabile, vt in propoſito quò ad vim ſatisfactiuam contingit propter communicationem membrorum in eodem corpore myſtico, vt ſuprà dictum eſt. *Tertia ratio. Bonauē.*

¶ Ad illud Ezechi. decimo quarto, reſpondeo ſimpliciter ſecūdum Adrian. vbi ſuprà, quòd procedit de pœna ſeu punitione huius vitæ, quam Deus aliquando decreuit nullis precibus vel ſatisfactione abolere, non de pœna debita in purgatorio, vt latiùs dicetur in reſponſione ad quartum. ¶ Ad aliud Deutero. 25. dico ſecundum eundem Adrianum, quòd non eſt ad propoſitum. Quia ad literam loquitur iudicibus Iudæorum ne nimis fœdè puniant delinquentes, vt patet ibidem. Quod ſi ex ſimilitudine ad propoſitum reducatur, reſpondeo, quòd ſecundum delictum punitur peccatum, quando debita ſatisfactio ſoluitur per ipſum debitorem, aut per alium pro eo, ſicque per Indulgentiam non euacuatur debita ſolutio, ex quo de theſauro Eccleſiæ ſoluitur debitum pœnæ pro debitore, cui conceditur Indulgentia, vt ſuprà dictū eſt. ¶ Ad quartā probationē antecedētis, reſpondeo negādo conſequentiam. Et ad eius probationem nego eſſe mutationem in Deo. Non enim ſic intelligitur antecedens quòd ſcilicet Deus decreuerit hominem peccatorem in ſuamet perſona punire abſolutè, & quòd ſimul alius ſit pro eo pœnam ſoluturus, ſed quòd punietur ipſemet peccator, niſi ipſe vel alius pro eo ſoluit, ſicut & de lege poſita Deus ſic decreuit, vt ſuprà in reſpōſione ad tertium ſecundum Roffenſ. dictum eſt, & ſic conceditur antecedens, ſed negatur conſequentia, & eius ratio. Imò amplius dico quòd ſi ab æterno Deus circa aliquem hominem aut generaliter ſtatueret hanc legem, quòd ſcilicet ipſemet homo peccans ſoluat pro ſe ipſo, præſcius etiam quòd alius non ſoluet pro illo, non tamen ſequitur quòd ergo neceſſariò ille & non alijs ſol- *Adrian.* *Ad quartam.*

uet pro illo in sensu diuiso: quàmuis sequatur in sensu composito: quia potest Deus non sic decreuisse, & sic potuit præsciuisse, ꝙ alius soluet pro illo. Et si alterum ponatur in esse, ꝙ. s. Deus de facto decreuit & præsciuit ꝙ ille & non alius soluet pro illo, benè stat cum alia de possibili, ꝙ. s. Deus potest aut potuit oppositum decreuisse & præsciuisse. Quòd si etiam ista de possibili ponatur in esse tūc deponitur alia prima, quia duæ contradictoriæ seu oppositæ de in esse seu defacto non stant simul, quia incompossibiles sunt: vt in materia de futuris cōtingentibus latè agitur, à doct. in. 1. dist. 38. & à Dialecticis. & non sequitur vlla mutatio in Deo ex prædictis, quia de vno eius decreto, quod non fuit ex quo deponitur seu negatur fuisse de facto, non transit Deus ad aliud oppositum decretum quasi decernens vnum post aliud ab æterno.

Ad secūdā probationē consequen. ¶ Ad secundam autem probationem consequētiæ præfatæ ex autoritatibus Gregorij, Hierony. & Hieremiæ & Ezechiel. 14. & 1. Regu. &c. respondeo secundum Adria. vbi suprà ꝙ loquūtur de punitione huius temporis, quā Deus aliquando absolutè & omnino decreuit inferre, vt expiari non possit quibuscunq; lamentis poenitentiæ, vt suprà dictum est: non aūt de pœna debita in purgatorio & ipse Adri. in. 4. de contritione. q. 3. in responsione ad quartum argumentum & in. 4. quodlibeto arti. 3. & arti. 2. in responsione ad primum argumētum principale latiùs hoc tractat. *Adrian.*

Replica. ¶ Quòd si replicetur ꝙ pœna damni ex originali, quam in limbo sancti patres ante aduentū Christi passi sunt, non potuit solui per quæcunq; pœnalia eorum vel aliorum in mundo, respondeo dupliciter. *Respōsio* Vno modo, ꝙ illa pœna damni requisiuit precij exhibitionem in actu ex lege Dei speciali, & sancti patres in limbo solū poterant satisfacere in virtute præcij actualiter exhibēdi per Christum. *Altera responsio* Alio modo dico ꝙ non est simile. Quia aliud est de pœna totius naturæ humanæ pro peccato originali debita, de qua nos hic non loquimur, ad quam expiandam non valent Indulgentię: aliud est de pœna sensus pro peccatis proprijs personalibus debita, de qua hic agimus, & dicimus ꝙ semper potuit & potest homo opere satisfactorio per se vel per alium hic & in purgatorio soluere seu expiare, & hæc soluitur per Indulgentias de satisfactionibus Christi & sanctorum, vt dictum est.

Quæstio quarta.

Vtrùm in Ecclesia sit à Christo concessa potestas remittendi peccata quòad culpam & pœnam.

RESpōdeo q̄ sic. Probatur. Quia Christus promisit Ecclesiæ & eius prælatis in suo vicario se daturum clauium & iurisdictionis potestatem tam sacramentalem quàm nō sacramentalem ad ligandum & soluendum peccata quò ad culpam & pœnam, vt patet Matth.16. Tibi dabo claues regni cœlorum. Quodcunq; solueris super terram &c. vbi sine vlla distinctione dicitur, Quodcūq; solueris: ergo tam quò ad culpam quàm quò ad pœnam intelligitur promisisse. Et certè promissionem impleuit, vt patet apertè Math.18. Quæcunq; solueritis &c. etiā septuagies septies &c. & Ioā. 20. Quorum remiseritis peccata remittūtur eis &c. vbi patet de facto concessa prædicta potestas sine vlla distinctione: ergo quò ad vtrunq; est concessa potestas per eandem rationem omnino, Et confirmatur. Quia Ioānis.20. vbi præmittitur, Sicut misit me viuens pater &c. vt glossat Abulen. in prologo super euangelium Matth. q.12. propè finem, quasi dicat. Eandem potestatem vobis tribuo ad remittenda peccata, mittens vos in mundum ad cōuersionem gentium quam potestatem mihi pater dedit mittens me in mundum ad eius salutem. Licèt aliter conueniat Christo, quia scilicet per potestatē excellentiæ, aliter Apostolis & Ecclesiæ, quia scilicet ministerialiter tantùm: ideò sequitur ad propositū, Accipite Spiritum sanctum quorum remiseritis peccata &c. ¶ Quòd autem pœnæ debitæ pro peccatis dicantur in sacra scriptura peccata, & sint ligamina, quibus homo tenetur ne intret cœlū infrà. q.6. latiùs de hoc habetur. Et cū prædictis omnibus concor. Turrecremata in summa de Ecclesia. lib. 2. ca. 29. dicens insuper q̄ ante resurrectionem Christi Petrus non fuit pastor vniuersalis Ecclesiæ, sed pòst (vbi Ioan. 20. ibi. Pasce agnos & oues meas) fuit ei Papatus concessus, sicut ante promissum est ei, Matth.16. Tibi dabo

Probatio. *Matth.* *Confirmatio.* *Ioannes.* *Abulen.* *Turrecr.* *Ioannes.* *Matthæ.*

claues regni cœlorum, vt dictum est: ergo. ¶Vtrùm autem prædicta potestas remittendi peccata quò ad pœnam se extendat ad donandum seu remittendum de eis in foro Dei & Ecclesiæ, ita ꝙ si minor pœnitentia imponatur quàm requiritur secundum Dei iustitiam, sufficiat ad satisfaciendum plenè seu sufficienter, itaq; maior pœna non exigetur ab eo híc nec in purgatorio, sed Deo plenè satisfit cum illa pœnitētia minori, dic ꝙ sic, dum modò fiat rationabiliter & ex causa rationabili talis minor taxatio pœnitentiæ. s. sicut fit in commutatione saltem mixta cum dispensatione votorum seu debitorum contractorum ex voto. Ratio: quia sic videtur sonare præfata potestas iudicialis collata Ecclesiæ & eius ministris à Deo, Matthæ. 16. 18. & Ioan. 20. Quodcunque solueris &c. solueritis: & Quorum remiseritis peccata &c. & Pasce oues & agnos meos &c. Et concordat Scot⁹ in. 4. distin. 18. *Scotus.* Argumenta quæ contra prędicta fieri possunt, habentur suprà q. 1. in. 2. argumento, & eius responsione, & infrà. q. 5. in. 1. argumento ibi videantur.

Quæstio

Vtrùm in Ecclesia sit & fuerit semper in lege gratiæ potestas à Christo collata ad remittendum pœnas peccatorum, & dispensandũ Ecclesiæ thesaurum: & per consequens ad concedendum Indulgentias tam in sacramento quàm extra sacramentum.

REspondeo quòd sic. Vbi tria *Quæst.5.*
sunt probanda. Primum ꝙ in Ecclesia est à 1
Christo concessa potestas ad concedendũ 2
Indulgentias. Secũdò ꝙ tam extra sacramẽ 3
tum quàm in sacramẽto. Tertiò, ꝙ semper in lege gratiæ fuit hæc potestas. ¶Primum probatur tripliciter. Primò, quia in Ecclesia est à Christo concessa potestas iurisdicialiter ad remittendum peccata quò ad pœnas. *Prima ratio.* Talis autẽ remissio est Indulgentia, ergo consequentia patet, & maior probata est suprà. q. 4. Minor autem patet ex q. 1. vbi quidditas Indulgentiæ stat in remissione iurisdictiali prælatiua pœnarum, vt ibi latè dictum est, ergo. Et hæc ratio procedit tenendo ꝙ Indulgentia essentialiter & principaliter stat in remissione pœnarum. *Secunda.* ¶Secundò probatur idem. Quia cõmune est omni reip. ꝙ ipsa vel Princeps illius possit dispẽsare bona cõmunia illius reip. sed prædictus thesaurus Indulgentiarũ est cõmune bonum cõmunisq́; thesaurus spiritualis Ecclesiæ pro suis membris indigẽtib⁹, ergo in ipsa est potestas ad dispẽsandũ. Dispensare autẽ illum est concedere Indulgentias, ergo discursus est bon⁹: & maior aũt probatur. Tũ quia cui cura credita est ipsi⁹ reip. eidẽ quoq́; credita est dispẽsatio eorũ quę ad cõmune bonũ illi⁹ spectãt. Et similiter ipsa resp. potest de suis bonis cõmunibus dispẽsare suis partibus, præsertim si est resp. libera à dominio alterius qualis est Ecclesia cũ Papa aut cũ potestate Papali, quæ soli Deo subdita est. Ideò enim Ioann. 20. Pasce oues meas, scilicet spirituali doctrina, & applicatione thesauri eiusq́ue dispensatione &c. Quia non limitatur ibi talis pastus & potestas, ergo non videtur quare sit per nos limitãda. Tũ secundò: quia quilibet potest appli-

applicare sua opera ad remissionem pœnæ alterius, ergo à fortiori id potest communitas seu Ecclesia de suo thesauro qui (vt supponitur) est sufficientissimus & interminabilis: quia saltem sequitur ꝙ ex sua natura id potest. Tum tertiò patet eadẽ maior, in ca. Quanto, de translatio &. 24. q. 1. cap. Quocunq;. ¶ Minor autẽ patet ex suprà dictis in. q. 3. Quia præfatus thesaurus est relictus à Christo Ecclesiæ ex desponsatione eius cum Christo sponso suo ad filios gratiæ educandum ad gloriam & eorum plenam pœnarum redemptionem. ¶ Tertiò probatur idẽ autoritatibus. 2. Corinth. 2. Si quid donaui vobis &c. vbi patet facta remissio vlterioris pœnæ peccati illius incestuosi: ideò præcipit Paul⁹ Corinthijs vt sint contenti illa pœnitẽtia illius incestuosi. Talis autem remissio aut donatio pœnæ est Indulgentia vt patet ex dictis.: ergo qđ potuit Paulus vt apostol⁹, potest Ecclesia. Sed certè hæc autoritas in sensu vero literali potiùs loquitur de pœna Ecclesiastica debita in foro contentioso vt patet ex textu & glossis doctorũ, ad quã non extenditur Indulgentia de qua loquimur, vt patet infrà. q. 6. licèt doctores scholastici extendant ad propositum quæ extensio contra hæreticos non valet. Item ad idem est extrauagans Clemẽtis. 6. Vnigenitus, quæ habetur suprà. q. 3. & multa alia decreta Ecclesiæ quæ habentur infrà in hac quęstione, ergo. ¶ Illa secunda ratio procedit supposito ꝙ Indulgentia est dispensatio thesauri. Tertia autem ratio ex autoritatibus præfatis procedit vtroq; modo, modò Indulgẽtia sit principaliter remissio pœnarum, modò dispensatio thesauri: ideò omnes rationes suo modo probant intentum. ¶ Secunda particula quæ tangitur principaliter probãda est, ꝙ talis concessio Indulgentiæ potest fieri tam extra sacramentum quàm in sacramento. Quod probatur quadrupliciter. ¶ Primò quia Indulgentia est remissio pœnarum iurisdictialis à prælato facta vt suprà concessum est ex. q. 1. Talis autẽ remissio est concessa à Christo Ecclesiæ, vt ab ea & prælatis ei⁹ possit fieri tã extra sacramentum quàm in sacramẽto, vt patet Mat. 16. & Ioã. 18. vbi nulla limitatio fit ꝙ nõ, nisi in sacramẽto fiat, vt patet etiam ex dictis. q. 4. ergo. ¶ Si ad hoc dicatur ꝙ ergo per eandem rationem potest Ecclesia etiam remittere culpam extra sacramenta, aut ꝙ sicut culpa ita & pœna non nisi per sacramenta remittere potest, ex quo pręfatæ autoritates concedentes posse remitti culpam & pœnam eodem modo loquuntur de vtraq;, respondeo. Non est simi

Tertia. Paulus.

Probatio 2. partic.

Prima ratio.

Obiect.

Respõsio

ſimile vt benè ait Caieta. in.2.quodlibeto in tractatu de Indulgẽtijs in.4.quæſito:& concordat Palud.in.4.diſt.20.q.4.arti.1.licèt non tan exactè aut clarè. Quia licèt in Euãgelio non habeatur expreſsè ꝙ remiſsio culpæ fiat per Eccleſiam in ſacramento,neq; habetur in Euangelio expreſsè inſtitutio ſacramenti pœnitentiæ ſub hoc nomine ſacramenti,tamen æquiualenter & cõſequenter id ibi & inde habetur. Sic ſcilicet quia Eccleſia poteſt remittere culpam mortalẽ,vt patet Matth.16.18.& Ioan.20. vt ſuprà.q.4. dictum eſt. Et non poteſt illa remitti ſine gratia,ergo in abſolutione peccatorum confertur gratia: & per conſequens talis abſolutio eſt ſignum collatiuum gratiæ:& ergo eſt ſacramentum: & ſic de primo ad vltimum ex ijs habetur, ꝙ culpa per Eccleſiam non niſi in ſacramento remitti poteſt. Pœna autem remitti poteſt per Eccleſiam (vt dictum eſt.q.4.) & poteſt remitti ſine gratiæ collatione poſtquàm iam eſt culpa remiſſa: ergo poteſt remitti pœna ſine ſacramento non conferendo gratiam, & ſic patet differẽtia. Caietan. Palud.

¶ Ideò prædicta ratio ſic pleniùs formetur. Eccleſia poteſt remittere peccata quò ad culpam & pœnam (vt ſuprà.q.4.habetur: ergo & culpam iuxta naturam ſuam,& pœnam ſimiliter iuxta naturam ſuam. Culpa autem non poteſt remitti ſine gratia: gratia autem non poteſt per Eccleſiam conferri niſi per ſacramenta: ergo non niſi in ſacramento. Pœna autem poteſt remitti ſine gratia: ergo ſine ſacramento, etiam quando actualiter Eccleſia nõ cognoſcit de culpa. Quia non videtur ad quid ſit neceſſaria talis ſacramẽ talis cognitio de culpa aut de pœna ad remiſsionem pœnæ. Nam ideò requiritur particularis cognitio & confeſsio peccatorũ: quia requiritur examinatio cauſę pœnitentis: & hæc etiã requiritur vt ſciatur à iudice ſacramẽtali an debeat abſoluere à culpa an non: ne fiat iniuria ſacramento ſi indebitè aut irritum attentetur: & vt debitè pœnitentia taxetur ſi fuerit imponẽda. Sed in remiſsione pœnæ præſuppoſita iam remiſsione culpæ coram Deo nihil horum eſt: ergo ad eam in ſacramento vel extra remittendam nulla cognitio cauſæ neceſſaria eſt quomodocunq; fiat, maximè quia nulla lex obligat ad id, vt patet: nam detur illa, ergo. ¶ Secundò probatur idẽ. Quia in Eccleſia ſunt multa alia remedia ad remittendum pœnam extra ſacramenta: ergo Eccleſia habet talem poteſtatem. Patet antecedens de eleemoſyna, Daniel.4. Peccata tua eleemoſynis redime &c. & Luc.11. Date eleemoſynã, & ecce omnia *Ratio ſecunda.* *Daniel.* *Luc.*

Luc. nia munda vobis &c. Item remiſsio iniuriæ, Luc. 6. Remitte & remittetur vobis &c. Item oratio Iacobi. 5. Oratio fidei ſalua infir. &c. Et cõſtat hæc non intelligi quòad remiſsionẽ culpæ, quæ ſine aliqua diſplicen tia hic non remittitur, neq; prædicta valent ad re- *Iacobus.* miſsionẽ pœnæ per modum meriti: ſed quia habẽt peculiarẽ virtutẽ ad id ex genere ſuo de lege ſeu ex inſtitutione diuina vel Eccleſiæ ſup alia opera meritoria, ergo ſimiliter Eccleſia poteſt per hoc remedium Indulgentiæ remittere pœnas extra ſacramenta, ita ꝙ ex natura ſua ad remiſsionẽ pœnæ per Indulgentias non eſt *Tertia ratio.* neceſſè ꝙ fiat per viam ſacramẽti, quàmuis ſatisfactio ſit pars pœnitentiæ. ¶ Tertiò probatur idem. Quia quilibet poteſt applicare ſua opera ad remiſsionẽ pœnæ alterius extra ſacramentum, ergo à fortiori id poteſt Eccleſia de ſuo theſauro interminabili. Patet conſequentia. Quia ſaltem ſequitur ꝙ ex ſua natura ad diſpenſandum, cõmunicandum, ſeu applicandum alicui bona ſua aut ſibi cõmiſſa non eſt neceſſè ꝙ fiat per viam ſacramenti, ſicut neq; eſt neceſſaria iuriſdictio ſuper eum cui cõmunicatur, vt patet ex ſuprà dictis. q. 1. Et hæc tertia ratio procedit ſecundum tenentes *Quarta* ꝙ Indulgentia eſſentialiter & principaliter eſt diſpenſatio theſauri. ¶ Quartò probatur idem. Quia non ſacerdos cũ ſola claue iuriſdictionis, quò ad hoc, putà Cardinalis diacon⁹ tantùm & epiſcopus nondũ ſacerdos nec conſecratus poteſt concedere Indulgẽtias, vt infrà. q 10. propo. 2. & . 3. & . 4. & non in ſacramento, ex quo nõ habet clauem ſeu poteſtatem ordinis ſacerdotalis, vt ſup- *Probatio 3. partic.* ponitur. Et ad idem eſt practica Eccleſiæ, vt patet, ergo. ¶ Tertia particula quæ eſt principaliter probãda, eſt ꝙ ſemper in lege gratiæ eſt præfata poteſtas in Eccleſia conceſſa à Chriſto. Quæ probatur quadrupliciter. Primò quia præfata poteſtas cõcedendi In- *Ratio. 1.* dulgentias ſeu remittendi pœnas extra ſacramenta eſt à Chriſto conceſſa Eccleſiæ, vt ſuprà probatũ eſt ex Matth. 16. 18. & Ioã. 20. Nam & Indulgentia eſt remiſsio peccatorum quò ad pœnã, hæc autem remiſsio ſemper fuit in Eccleſia, & eſt articulus fidei. Con- *Secunda.* fiteor remiſsionem peccatorum, ergo. ¶ Itẽ ſecundò præfata diſpenſatio theſauri eſt à Chriſto conceſſa Eccleſiæ etiam extra ſacramẽtum ibi, Paſce agnos meos &c. Ioan. 2c. & ex quo poteſtatem præfati theſauri cõmiſit ei, & non videtur quando hanc po- *Tertia.* teſtatem reſtrinxerit ad hoc vel hoc tempus, ergo. ¶ Item tertiò probatur idem. Quia in extrauagan. Clem. 6. Vnigenitus de pœ.

& re.

& re. habetur sic. De thesauro meritorum Christi, quem quidem thesaurum per beatum Petrum cœli clauigerum, eiusq; sucessores suos commisit fidelibus dispensandum &c. vt suprà. quæsti. 3. habetur. ¶Item quartò, quia vbicunque in iure fit mentio de Indulgentijs, fit mentio tanquàm de re antiqua: neque reperitur vbi primùm fuerint institutæ. Quia pręsupponuntur ex institutione Euangelica & vsu Apostolorum semper fuisse in Ecclesia, licèt non sub nomine Indulgentiæ semper fuerit vsus earum, sed sub nomine remissionis peccatorũ, sicut de sacramẽto confessionis: ideò dicunt communiter doctores esse ex Euangelio. Quia à tempore Apostolorum semper fuit in vsu tanquàm obligatoriũ, & nusquàm reperitur vbi primùm fuerit institutum, sed semper fit de illo mentio vt de re antiqua. Fateor tamen quòd prima scriptura qua ad nos venerunt Indulgentiæ sub hoc nomine Indulgẽtiæ est illa Alexandri Tertij, ab annis hinc ferè quadringentis, in cap. Quod autem de pœ. & re. Sed illic adhuc fit mentio de illis tanquam de re antiquissima. Et Romæ in stationibus vrbis consuetudo Indulgẽtiarum est adeò vetusta vt Altisiodoren. doctor antiquus in quarto libro de relaxationibus, & post ipsum beatus Thomas in quarto, distincti. 20. opinati sint concessas fuisse à beato Gregorio: & quàmuis de hoc non sit aliqua scriptura auctẽtica, tamen certum est illas fuisse concessas illis antiquissimis suscipientibus crucem in Hierosolymam, fuit enim mos antiquus, vt qui nomina sua vel eleemosynas darent in expeditionem Hierosolymitanam cruce signarentur, sicut isti commendatarij. & ꝓpter hoc illis cõcedebantur largæ Indulgentiæ, vt etiã innuitur in hystoria triumphi sanctæ crucis: vnde in ijs bullis Indulgentiarum, quæ nunc circunferuntur aduersus infideles nomen cruciatæ perseuerat. ¶Item de istis Indulgentijs meminit Innocen. in cap. Excommunicamus extra. de hæreticis & creduntur concessæ in parte decisa illius decretalis. Ad liberandum. extra. de Iudæis. Sed iam in Concilio Lateranẽ. sub Innocentio Tertio, & habetur in cap. Cum ex eo. extra. de pœniten. & re. determinatum est, quòd Ecclesia potest conferre Indulgentias, vt habetur etiam in capit. Cum ex eo. & in Clemen, de pœnit. & re. cap. Abusionibus. & in. 6. eo. titu. cap. Indulgentiæ, & Clem. 6. in suprà dicta extrauagan. Vnigenitus. de pœniten. & rem. & in Concilio Constan. damnatus est vt hæreticus ariculus. 419. Vuicleff contra

Quarta. *Alexan.* *Altisiod.* *S. Thom.* *Innocen.* *Cõcilium Lateran.* *Cõcilium Constan.*

tra Indulgentias & tandem sub Leone decimo Lutherus dicens fatuum esse credere Indulgentias Papæ & Episcoporum damnatus est de eadem hæresi, dicens etiam ꝙ est noua adinuētio Indulgentiarum. ¶Est ergo hæresis negare Indulgētias, aut dicere nō esse alicuius valoris, aut ꝙ in Ecclesia non est talis potestas concedendi Indulgentias etiam extra sacramenta, aut ꝙ non semper in lege gratiæ fuit à Christo talis potestas concessa Ecclesiæ, non solùm dicimus esse hæreticum negare aut dicere prædicta, quia est contra determinationem Ecclesiæ, vt multi doct. moderni dicūt, sed & quia est cōtra Euāgeliū & cōtra articulū de remissione peccatorū, & cōtra potestatē clauiū ad soluēdū & remittendū peccata, & contra potestatem pastoralē ad pascendum gregē distribuēdo thesaurum sibi commissum, vt suprà probatum est. ¶Ex quibus patet ꝙ Roffen. sub arti. 17. 18. (vt etiam refert Latom⁹ in tracta. de Indulgentijs) non satis benè concessit Luthero ꝙ hoc negotium Indulgentiarum non est antiquum, sed cœpit multò post tempora Augustini & Hieronymi à tempore Gregorij papæ. Et eius ratio est. Quia priùs in Ecclesia (vt ipse ait) nondum erat expressa noticia purgatorij: imò & vsq; tunc non est expressè creditum purgatorium. Sed certè hæc eius sententia & ratio nil valet. Quia à tempore Augustini & Hieronymi erat iam notum purgatorium, vt patet. Quia Augustinus in Enchyridion dicit acerbiorem esse pœnam purgatorij quàm huius mūdi. Et Cyprianus doctor antiquissimus li. 4. epistolarum epistola secunda, & alij doctores antiquiores sæpe de purgatorio expressè loquuntur. ¶Ideò etiā Durand. in. 4. dist. 20. & alij doctores non considerātes ꝙ Indulgentia est remissio peccatorum, sed solùm applicatio thesauri: & similiter Caieta. licèt tenuerit ꝙ Indulgētia est remissio, dicūt ꝙ nulla autoritate Augustini, Hieronymi & aliorū antiquorum doctorum aut scripturæ fundantur Indulgentiarum cōcessiones sed solùm autoritate Ecclesiæ & pontificum à trecentis annis huc vsq;. ¶Sed certè hoc eorum dictum est falsum, vt patet ex dictis. Quia autoritate Euangelij seu Christi data est potestas remissionis peccatorum, aut dispēsandi thesaurū: & per consequens potestas Indulgentiarum. Et quidem si nunc est in Ecclesia hæc potestas à Christo, vt probatum est, ergo fuit semper. Nā quæro quando collata est hæc potestas de nouo Ecclesiæ, si non fuit ab ipso Christo per Apostolos & in Apostolis seu in Petro collata? Vnde hęc

Lutherus

Negare Indulgentias nō solùm hereticū, sed etiam contra Euangelium.

Latomus.

August.

Cyprian.

Dura.

Caietan.

hæc noua potestas?ergo. Et quidē omnes sancti à tēpore Apostolorū loquūtur de Indulgētijs,& fuit vsus earū,nō quidē sub nomine Indulgētię , sed sub nomine remissiōis aut relaxatiōis peccatorū aut pœnarū:& ita erat in vsu etiā extra sacramētū illas cōcedere,licèt nō tā sæpe nec in tanta copia sicut nūc,sed fiebāt certè,& paucę remissiones & rarò ex causa rationabili. Nūc aūt sub nomine Indulgētiæ & remissionis & relaxatiōis & absolutiōis pœnarū seu peccatorū , & sub nomine dispensationis & cōmunicationis thesauri Ecclesiæ fiunt sępe largissimæ Indulgentiæ ex causa rationabili. Et quidē id ex pia Spirit⁹ sancti dispositione creditur nunc factum,vt vbi abundat delictum ibi & gratia superabundet, Ro.5.vt dicit Alex.Hall.parte.4.q.83.membro.5. & Bona.in,4.dist.20.& ibi cōmuniter doct.vt etiam refert Gabriel inCano.lectio.57.O.P.& eius supplementū in.4.dist.45.q.3.art.2.,ppo.5. Olim nāq; non erant tot neq; tā grauia peccata:& homines parati erāt suas implere pęnitentias:nūc autē econtrà totum est :vnde & Ecclesia Spiritu sancto illuminata ad remedium Indulgentiarū pro tēpore necessitatis diuinitùs sibi præparatum(vt diximus)prouidè recurrit. Ideò non est cur de tam abundanti beneficio quæramur aut scandalizemur,sed gratias potiùs agamus. *Paulus* *Alexan.* *Bonauē.* *Gabriel.*

¶Contra suprà dicta præcipuè contra secundam particulam, vbi dictum est quòd extra sacramentum potest Ecclesia concedere Indulgentias,arguitur sexcupliciter. Primò,quia effectus sacramenti non potest conferri per aliquem præter Christum sine sacramento,sed remissio pœnæ temporalis debitæ Deo pro peccatis est effectus sacramenti : ergo consequentia patet, & maior probatur. Quia conferre effectum sacramenti sine sacramento expectat ad claues excellentiæ, quas constat non esse absolutè cōmunicatas Papæ aut Ecclesiæ,sed soli Christo reseruatas, vt communis & catholica doctrina doctorum tenet Ecclesiæ. Minor autem patet. Quia per baptismum & per satisfactionem , quæ est tertia pars sacramenti pœnitentiæ , fit absolutio à pœnis debitis pro peccatis sicut & ab ipso peccato, ergo. *Argu. 1.*

¶Secundò arguitur ad idem Quia si Indulgentia est absolutio seu remissio , ergo eodem modo fit à peccatis & à pœnis peccatorum . Patet consequentia. Tum quia indifferenter conceditur vtraq; potestas, Matthæ.16.18. & Ioann.20. Quorum remiseritis peccata. Tum etiam quia vtraq; remissio scilicet culpæ per sacramētum & pœnæ per *Argu. 2.*

Indulgentiae est actus iurisdictionis. ¶Tertiò arguitur ad idem:
3. Argu. Quia Ecclesia non potest hominibus augere seu dare merita aut præmia extra sacramenta applicando merita Christi & sanctorum seu dispensando thesaurum spiritualem Ecclesiæ extra sacramēta, ergo nec auferre malum pœnæ applicando thesaurum extra sacramenta per viam Indulgentiæ. Antecedens patet & consequentia probatur. Quia eiusdem rationis & facultatis est addere seu augere bonum & tollere malum, quia eadem est ratio oppositorum. ¶Quartò arguitur ad idem.
4. Argu. Quia nulla ratio videtur sufficiēs quare si Indulgentia est remissio pœnarum fiat aliter quàm per viam sacramenti etiam si sit dispensatio thesauri quod patet. Nam illa ratio quæ ab aliquibus solet dari, quod scilicet sicut bona communia Ecclesiæ sunt dispensabilia per presidentem Ecclesiæ, ita & potestas concessa Ecclesiæ potest exerceri ab ea extra sacramenta, hęc ratio non est sufficiens. Tum quia petit principium in antecedēte & consequente. Nam conceditur quidem quod communia bona Ecclesiæ spectātia ad remissionem peccatorum & potestas ei concessa potest quidem ab ea exerceri, sed non quomodolibet, sed certo modo à Christo taxato scilicet per sacramenta: & dato quod vnum concedatur dispensari seu exerceri sine sacramento non sequitur quòd ergo & quodlibet. ¶Item nec valet alia ratio aliorum quòd scilicet sequeretur, quòd superfluè satisfactiones sanctorum frustrà dicerentur repositæ in thesauro Ecclesiæ ad Indulgentias si non possunt dispensari egentibus per Indulgentias extra sacramenta. Quod sic probare nituntur. Quia illæ satisfactiones sanctorum non possent communicari per sacramenta ex quo non dederunt virtutem aliquam sacramentis, sicut satisfactiones Christi quæ dederunt virtutem sacramentis: si ergo non possent dispensari nisi per sacramenta: ergo nullo modo possent nobis cōmunicari. Sicque frustrà repositæ dicerentur in thesauro Ecclesiæ ad Indulgentias. Sed certè hæc ratio etiam videtur insufficiens ad probandum quòd Indulgentiæ possunt concedi extra sacramenta. Quod patet quia negatur illa sequela. Et ad eius probationem, dico quòd licèt satisfactiones sanctorum non dederunt virtutem sacramentis, possunt tamen nobis communicari per sacramenta, sicut nunc post absolutionem sacramentalem culparum conceditur per sacerdotem habentem autoritatem ad id aliqua Indulgentia haben-

tib'

tibus bullas ad id vt patet. Sicque non essent frustrà ex quo aliquo modo, scilicet per viam sacramenti & non extra nec aliter possunt nobis communicari, ergo nulla ratio videtur sufficiens, vt dictum est. ¶Item quintò arguitur ad idem. Quia dato ꝙ 5. Argu. maneat thesaurus satisfactionum, tunc pontificis esset solùm rogare Deum quòd applicetur talibus aut talibus viuis aut defunctis, non autem autoritatiuè applicare. Ratio, quia eius non est Dominus nisi solus Christus cui Apocalipsis octauo, Data sunt illi incensa multa vt daret de orationibus sanctorum omnium 6. Argu. super altare aureum, quod est ante thronum Dei &c. Per hoc autem quòd Papa rogat non sequitur quòd infallibiliter ita Deus acceptet, ergo. ¶Item sextò, quia eodem modo sequeretur ꝙ fuissent Indulgentiæ in lege veteri, quia eodem modo possent pontifices dispensare thesaurum Synagogæ spiritualem ex quo prælatus communitati potest dispensare thesaurum eius, vt dictum est suprà.

¶Respondeo ad primum distinguendo maiorem. Dico enim Resp. ad quòd sine sacramento in actu vel in voto suscepto conferre effe- 4. Argu. ctum eius principalem vel proprium & totalem & simpliciter: hoc benè spectat ad claues seu potestatem excellentiæ, & sic soli Christo conuenit hoc & sic conceditur maior ad hunc sensum, sed tunc negatur minor, vt patebit. Conferre autem effectum partialem seu minus principalem sacramenti, hoc benè potest pertinere ad claues ministerij & ad alios. & sic negatur maior. ¶Et sic ad minorem dico, quòd remissio pœnæ temporalis debitæ pro peccato non est effectus proprius totalis aut simpliciter vllius sacramenti, licèt sit effectus partialis aut secundum quid sacramenti baptismi & etiam aliorum sacramentorum, quod patet. Quia potest effici etiam sine vllo sacramento & sine actu clauium, vt patet. Quia potest fieri vel per proprios actus pœnitentis vel amicorum satisfacere volentium pro alio secundum communiter doctores, vt suprà, quæstione.3. in responsione Ad.2.ar. ad quintum argumentum dictum est. ¶Ad secũdum respondeo negando consequentiam: & ad eius probationem iam respõsum est suprà in prima probatione secundæ particulæ, contra quam procedit hoc argumentum, ibi vide latiùs ¶Ad tertium argu- Ad... mentum respondeo secundum Adria. in materia de Indulgẽtijs negando consequentiam: & negatur ꝙ vtrũq; sit eiusdem ratio-

 nis.

nis. Primò, quia satisfacere possumus secundum rigorem iustitiæ pro alio stante lege: mereri autem gloriam non, nisi de congruo: quia & est diuinæ libertatis si nos audiat pro alijs. Hæc ille. Sed quia hoc non videtur verum, vt patet ex suprà dictis. q. 3. vbi dictum est ꝙ satisfacere pro alio non possumus ex rigore iustitiæ sed ex condecentia tantùm. Ideo secundò & meliùs respondeo negando prædictam consequentiā. Quia non est in facultate Ecclesiæ cuiquam sanctorum sua merita aut præmia detrahere & alteri applicare, cùm hoc esset in præiudicium sanctorum, secùs de satisfactorijs vt talibus: quia quò ad vim satisfactiuam superabundant in sanctis. De Christo autē specialiter dico, ꝙ eius merita, vt habent rationem meriti de condigno, sunt nobis communicabilia, sed non nisi per sacramenta in actu vel in voto, quia sic ipse voluit, & statuit, & quia eius gratia est capitalis & vniuersalis & infinitè acceptata pro nobis eius merita, & nihil ipsi detrahitur ex hoc, vt latiùs de hoc doctores in tertio, distinctione. 18. & sic ibi non est omnino eadem ratio oppositorum contrariè aut contradictoriè.

Altera Respōsio

Resp. ad quartū.

¶ Ad quartum respondeo, ꝙ non propter illas rationes ibi tactas in argumento id tenetur, vt in secunda particula dictum est, quod extra sacramenta potest Ecclesia concedere Indulgentias: sed propter illas quæ suprà tactæ sunt quæ sunt sufficientissimæ.

Resp. ad quintum

¶ Ad quintum negatur assumptum, & ad eius probationem respondeo, quòd licèt Christus sit dominus principalis, Papa autem & alij quibus ipse concesserit (vt infrà, quæstione. 10. habetur) sunt dispensatores à Christo autoritatē dispensandi talem thesaurum habentes.

Resp. ad sextum.

¶ Ad sextum respondeo negando sequelam. Quia cùm in lege veteri non fuisset solutio redemptioque facta per Christum, ideò non erat remissio peccatorum per viam sacramenti alicuius, ideò & non erat potestas Indulgentiarum ad id concessa à Deo vllo modo intra aut extra sacramentū, neque autoritas seu potestas clauis ad id, neque potestas dispensandi thesaurum, qui tunc nondum erat, & sic patet responsio.

Argumentum. 7.

¶ Septimò principaliter cōtra prędicta specialiter contra. 1. & 3. particulam arguitur, Quia si Ecclesia haberet potestatem semper ad concedendum Indulgentias, ergo certè hoc fecisset à principio primitiuæ Ecclesiæ & non reseruaret tam excellens auxilium in hæc vltima tempora: aut detur ratio de hoc. ¶ Respondeo concedēdo ꝙ Ecclesia à suo principio, scilicet à tēpore Apo-

sto

stolorum vsa est Indulgentijs & remisione peccatorum, licèt nō sub nomine Indulgentiæ quàmuis frequentia & abundantia & nomen Indulgentiarum sint reseruata in hæc vltima tempora, vt suprà in probatione tertiæ particulæ dictum est contra Roffen. & Durandum. Ratio autem quare de hoc frequēti remedio & abundanti gratia Deus & Ecclesia per Spiritum sanctum illuminata prouidit in ijs temporibus iam suprà tacta est secundum Alex. Bonauēturā & Gabriel. in Cano. lect. 57. O. P. vt scilicet in maiori necessitate de maiori & vtiliori remedio ꝓuideret iuxta illud ad Ro. 5. Vbi abundauit delictū ibi superabūdauit & grā. Tūc enim minus peccabatur, & valde bonis operibꝰ & pœnitentijs etiā secūdum rigorem Canonum pœnitentialium insistebatur, vt legitur de multis sanctis & martyribus in Vitis patrum & alijs hystorijs: erantq; homines proni ad prædictas pœnitentias implendas, nūc autem econtrà quia abūdāte iniquitate refrigescit charitas. Ideò tunc non fuit necessarius vsus creber & abūdans Indulgentiarū. Quia fortè claues Ecclesiæ inutiliter agerent & ludibrio haberentur. Nunc autem necessarius & vtilis est vsus creber & abundans Indulgentiarum, vt vel sic ad bona opera per quæ lucramur Indulgentias & ad gratiarum actionem pro tanto beneficio prouocemur. Et cauendum est ne simus ingrati tanto beneficio aut ne eo abutamur. Ad idem est Alexand. Hall. parte. 4. q. 83. membro. 5. & Bonauen. & communiter doctores in. 4. distinct. 20. & suplementum Gabrielis in quarto. distin. 45. q. 3. articu. 2. propo. 5.

Respōsio ad septi.

Paulus.

Vsus Indulgētiarū necessarius.

Alexan. Bonauē. Gabriel.

Quæstio sexta.

Vtrùm Indulgentiæ vt tales remittant culpam, an pœnam tantùm temporalem, & quam pœnam.

ꝓpositio. RESpondeo per vnicam propositionem. Indulgentiæ vt tales non remittunt culpam, sed solùm pœnā temporalem Deo debitam pro peccatis personalibus iā quò ad culpam remissis & præteritis. ¶ Dicitur ꝙ Indulgētiæ vt tales scilicet vt solùm habent vim Indulgentiæ, secùs ratione boni operis adiuncti propter quod conceditur Indulgentia, aut ratione alterius concessionis seu facultatis adiunctæ ad absoluendum à peccatis & censuris, vt cōmuniter conceditur in bullis quæ circunferuntur, aut vt creditur concedi quando concedit Papa, ꝙ accipiens bullam aut faciens tale quid, absoluatur plenariè à culpa & pœna, vt proximè dicetur in probatione primæ partis huius propositionis. ¶ Ergo propositio sic intellecta habet duas partes quarū prima est negatiua, ꝙ. s. Indulgentiæ vt tales nō remittunt

Ratio. 1. culpā. Quæ ꝓbatur dupliciter. Primò, quia ex quo Indulgētia solùm supplet satisfactionē pænitētialē, id est, pęnæ debitę pro peccato iā quò ad culpā dimisso, ergo pręsupponit remissionē culpæ iā factā per sacramentū aut per contritionē. Patet consequētia & antecedens ꝓbatur. Tū quia per Indulgentiā solùm fit solutio pęnæ debitæ ex thesauro applicato. Thesaurus aūt præfat⁹ solùm cōstat ex satisfactionib⁹ Christi & sanctorū, vt sunt satisfactiones pœnarum, vt suprà. q. 3. dictū est. Et sic patet ꝙ Indulgētia vt talis solùm succedit loco satisfactionis debitæ pro peccato quò ad vim satisfactiuam: ergo patet antecedens. Tū etiam quia in ca. Cum ex eo, de pœ. & re. habetur ꝙ per Indulgentias indiscretas pœnitentialis satisfactio eneruatur, ergò succedit loco satisfactionis pœnę debitæ, ergo solùm remittit tēporalem pœnā debitā quæ per satisfactionem pœnitentialē remittenda esset, ergo nō culpā. ¶ Hic præsupponitur ꝙ ex peccato manet reat⁹ culpæ & pœnæ seu obligatio ad pœnā ęternā, & talis culpa & obligatio ad pœnā æternā remittitur per cōtritionē aut per sacramētū, & cōmutatur illa pęna æterna in debitū pœnæ tēporalis: & sic post culpā dimissā manet obligatio ad pęnā tēporalē præfatā hic vel in purgatorio soluen

uen

uẽdã(vt habetur infrà.q.13.)& hæc pœna tẽporalis est quæ remit *Altera*
titur & soluitur per Indulgentias,vt probatũ est. ¶Secũdò ꝓba- *ratio.*
tur eadẽ prima pars. Quia remissionem culpæ nõ potest operari
quis citra Deum nisi vel dispositiuè,& hoc fit per contritionẽ vel
ministerialiter,& hoc fit per ministrationẽ sacramenti & virtute
sacramẽti. Indulgẽtia aũt nil istorũ est,vt patet,ergo vt talis est In
dulgentia formaliter non remittit culpã,neq; Papa per Indulgen
tias potest remittere culpã aliquã sub ratione culpæ. Et in ijs com *S.Thom.*
muniter cõcordãt doct.vt etiã refert Thomas in addi.tertię ꝑtis. *Florenti.*
q.25.art,1.in respõsione ad tertiũ,& Florent. part.1.tit.10.ca.3.§. *Siluest.*
4.&.5 & Siluest.tit. Indulgentia.q.10. ¶Vnde patet ꝙ si peccatũ
veniale iã transactũ habet rationẽ reat⁹ culpæ distinctã ab obliga
tione pœnæ tẽporalis ei debitę secũdũ Thomã & sequaces, tunc
illa culpa non remittitur per Indulgentias, neq; pęna tẽporalis ei
debita,dũ manet ipsa culpa aut eius reat⁹,sed oportet ꝙ priùs il-
la culpa sit remissa per aliquã displicẽtiã vel aliàs. Si aũt idem sit
reatus culpæ peccati venialis iam transacti,ꝙ obligatio ad pœnã *Scotus.*
tẽporalem ei debitam secundũ Scotũ & sequaces: tunc per Indul
gentiã remittitur ille reat⁹ culpæ venialis,id est, illa obligatio ad *Adrian.*
pœnã temporalẽ nisi actu placeat tale peccatũ veniale Faciunt ad
hoc ea quæ infra.q.9.habẽtur secundũ Adri.contra Palud. ¶Pa-
tet etiã secũdò,ꝙ illud quod cõmuniter dicitur in bullis,ꝙ.s. per *Secũdò.*
Indulgẽtias cõceditur remissio peccatorũ, intelligitur.i.pœnarũ *Luc.*
debitarũ pro peccatis. Nã peccatũ sæpe accipitur pro pęna pecca
ti,vt Luc.7. Remittũtur ei peccata multa.i. pœnæ peccatorũ tũc
remissæ sunt,& ibi Chr̃us ei cõcessit Indulgẽtiã plenariã, quia iã *Petrus.*
quò ad culpã erãt per cõtritionẽ remissa peccata ei⁹ scd̃m cõmu *Machab.*
niter doct. ¶Itẽ.1.Pet.2. Peccata nr̃a ipse pertulit.i.pęnã debitam *Gabriel.*
nr̃is peccatis.&.1.Machab.12. Vt à peccatis solnãtur.i.à pęnis de *Tertiò.*
bitis ꝓ peccatis hui⁹ vitæ,vt hoc etiã refert supplemẽtũ Gabri.in. *Florent.*
4.dist.45.q.3.art.1.nota.1. ¶Patet etiã tertiò ꝙ illud quod sæpe cõ *Siluest.*
ceditur iubileus scilicet vel Indulgentia plenaria à culpa & pœna *Quomo-*
in rigore verborum est falsum vt sonat,vt dicit Florent. Siluest.& *do Iubile*
supplementũ vbi suprà. Sed ꝓpter reuerentiã verborũ Papæ aut *us vel In*
Ecclesiæ sic sæpe loquẽtis,& propter vsum loquendi potest & de *dulgẽtia*
bet sano modo intelligi. Sic scilicet ꝙ ibi remittitur culpa nõ qui *plenaria*
dem ratione Indulgentiæ, sed ratione contritionis vel sacramen *intelligẽ*
ti,quæculpa prærequiritur remissa ad cõsequendũ Indulgentiã *dus.*

à pœna. Seu quia in talibus Iubileis & Indulgentijs plenarijs à cu pa & pœna quoties sic conceduntur, conceditur etiam autoritas vt talis absoluatur sacramentaliter ab omni peccato quò ad culpã etiam de reseruatis, ut piè & cõmuniter creditur, & sic est stil⁹ curiæ: secùs à censuris nisi specialiter exprimantur aut concẽdantur. Ideò inoleuit vsus dicentium ꝙ talis Indulgentia absoluit à culpa & pœna, vt dictum est. Quod etiam innuitur ex eo quod in Clem. Religiosi. de priuileg. & de pœ. & re. capit. Abusionibus. Papa prohibet quæstoribus eleemosynarum prædicãtibus, ne dicant aut concedant Indulgentiam plenariam à culpa & pœna facientibus eis eleemosynas. Et ratio est secundum gloss. ibidem. *Glossa.* Quia talis modus loquendi non permittitur, nec habet verũ nisi in Indulgentijs plenarijs vel Iubileis concessis per Papam euntibus in terram sanctam, vel accipientibus Cruciatam, & ad sensum prædictum. *Nota.* Nota etiam ꝙ aliud est concedere Indulgentiã plenariam à culpa & pęna, aliud absoluere plenariè à culpa & pœna, vt de hoc latiùs infrà. quæstione. 38. propositione secunda habetur. *Secunda pars ꝓpositionis ꝓbatur.* ¶ Secunda pars propositionis est, ꝙ Indulgentiæ vt tales remittũt solùm pœnã temporalẽ Deo debitã pro peccatis personalibus iam præteritis, & iã quò ad culpã remissis. Probatur primò ꝙ solũ pœnã remittũt. Quia Indulgentia aliquid operatur remittẽdo vel soluẽdo, vt patet ex quęst. 1. & 5. & nõ culpã, vt dictũ est, ergo pœnã. ¶ Quòd aũt solùm pœnã tẽporalẽ & nõ ęternã patet. Quia pęna ęterna nõ remittitur nisi per id per qđ culpa mortalis. Nã eo ipso ꝙ culpa remittitur, iã cõsequẽter remittitur pœna ęterna hostilis & exterminatiua seu obligatio ad eam: quia illa non conuenit filijs gratiæ habentibus ius ad hereditatem gloriæ remissa culpa mortali. Sed culpa non remittitur per Indulgentiam, vt dictum est, ergo idem iudicium de pœna ęterna cõsequẽte seu concomitãte ipsam culpam. Quæ quidẽ pœna ęterna si hic non remittitur, iam in inferno fit irremissibilis stãte lege. ¶ Et nõ curo hic ampli⁹ disputare an pœna tẽporalis debita pro peccato mortali vel etiã veniali iã quò ad culpã in hac vita remisso, ei⁹ qui *Scotus. S. Thom.* in alio mortali decessit remittatur in inferno sc̃dm Scotũ, an non secundũ Thomã. Probabiliùs enim mihi, saluo meliori iudicio, pro nũc videtur, ꝙ etiam si secũdũ Scotum ibi in inferno tollatur aut remittatur satispatiendo, tamẽ per suffragia viuorum aut per Indulgẽtias nõ potest remitti illa pęna tẽporalis ibi debita. Quia

non

nõ est in statu quo posit iuuari vllo modo ad beatitudinẽ p aliorum opera, ex quo non existentibus in gratia, nec de numero mẽbrorum Christi & Ecclesiæ nõ valet fieri charitatiua communicatio. Quia in inferno nulla est redemptio secũdum communiter docto. in hoc cõcordantes, vt etiã refert Gabriel in cano. lect. 56. litera S. vt de hoc etiam habetur infrà. q. 20. in responsione ad primum argumentum, ibi vide si placet, & cõcordat Medina de oratione. q. 25. Ex quo patet error Mayronis & aliquorum dicentium ꝙ per Indulgẽtias remittitur etiam pœna prædicta inferni: & fundantur in textu de pœn. dist. 3. cap. vltimo, vbi dicitur ꝙ bona facta in mortali valent ad tollerabiliùs iudicium subeundum. Sed certè hoc eorum fundamẽtũ, nil facit pro eis, vt patet. Quia intelligitùr prædictum capitulum non quidem sic, quòd bona opera ipsorum minuant pœnam eis debitam in inferno pro alijs eorum peccatis: sed sic scilicet ꝙ non agendo malum & faciendo bonum non augetur eis pœna inferni, vt communiter glossatur à doctoribus, & latiùs agit Gabriel vbi suprà & sũma Angelica titu. Indulgentia. §. 1. Item quia dato ꝙ per eorum bona opera minueretur eorum pœna infernalis, non tamen sequitur ꝙ ergo per opera aliorum, aut ꝙ per Indulgentias, quia non potest hoc auxilium eis communicari, vt dictum est, vt etiam de hoc habetur infrà q. 20. per totum, & in responsione ad primum argumentum ibidem. Vbi habetur ꝙ requiritur ꝙ sit in statu gratiæ is cui valere debet Indulgentia. Et quidem apertè est contra eos cap. Tres sunt, de pœn. dist. 1. & ca. Verbum & de consecra. dist. 4. ca. Omnes: vbi patet intentũ. & facit ca. Maiores, de baptismo. §. Hic verò dicimus & expressè ad propositum facit extrauagan. Clem. 6. Vnigenitus. de pœn. & re. Vbi dicit ꝙ thesaurum Christus Ecclesiæ militanti acquisiuit, volens suis filijs thesaurizare, fidelibus dispensandum, & verè pœnitentibus applicandum, &c. Nũc autem damnati in inferno non sunt de Ecclesia militanti, neque filij, neque fideles, neque pœnitentes, ergo eis nullo modo prosunt Indulgentiæ ad releuationem suæ pœnæ æternæ cuiuscunque.

Gabriel. *Medina.* *Summã Angelic.*

¶Sequitur alia particula (Deo debitam) quia Indulgentia non remittit pœnam iudicialem debitã hominibus aut Ecclesiæ, aut in foro contentioso, ideò secundum Thomam religiosi per has Indulgentias non liberantur à pœnitentijs sibi iniunctis in capitulo per suos prælatos. Ratio horum est, quia Indulgentia solùm

Thomas.

ſupplet tertiam partem pœnitentiæ.ſ.ſatisfactionem pœnitẽtialem. Hæc autem eſt Deo debita pro peccatis, ergo & in hoc concordãt communiter doct. Quomodo autem cum hoc ſtat quòd per Indulgentias remittitur pœna temporalis debita tam in foro Dei quàm Eccleſiæ infrà.q.8.habetur. ¶ Sequitur alia particula (pro peccatis perſonalibus) quia Indulgentia nõ liberat à pœnis debitis pro peccato originali, vt patet. Quia non à fame & ſiti & morte propter rationes ſuprà dictas.in.q.3. in reſponſione ad tertium, neque ab alijs pœnis contractis ex natura peccati cuiuſcunque, vtpote à cæcitate intellectus, prauitate, ſeu oblatione & habitu prauo voluntatis ex peccato actuali prouenientibus. Quia hæc per ſatisfactionem & per conſequens per Indulgentiam loco ſatisfactionis ſuccedentem non tolluntur. ¶ Sequitur alia particula (Iam præteritis, & quo ad culpam iã dimiſsis) ita ſcilicet vt benè ait ſupplementum Gabrielis vbi ſuprà art.2. propo.11. Corolario.9.& concordat ſumma Roſella titul. Indulgentia. §.16. ꝙ ſi quis conſequitur Indulgẽtias annales de iniunctis pœnitẽtijs: poteſt per eas redimere pœnitẽtias annales huius ſæculi ſibi pro tũc iniunctas à ſacerdote, vel eas ad futurum ſæculum reſeruare pro ſolutione pœnarum ad quas pro peccatis iam commiſsis tũc tenetur, ſed non poteſt huiuſmodi Indulgentiarum fructum reſeruare pro peccatis quandoq; in futurum committendis, ſed ſolùm Indulgentiæ fructus lucratus valet pro peccatis iam præteritis, ideò pro futuris oportet vt toties Indulgẽtiam lucretur quoties ea iam commiſerit. Et ratio huius eſt, quia Indulgentia æquiualet & ſuccedit loco ſatisfactionis pœnitentialis. Hæc autem ſatisfactio eſt ſolùm pro debito iam contracto pœnarum pro culpa iam remiſſa, ergo. Sed de hoc latiùs habetur infrà. q.30.31. vbi agitur de Indulgentijs continuis & perpetuis quomodo valent. &.q.39. vbi agitur ꝙ ſatisfactoria bona in hoc differunt à meritorijs, ꝙ non poſſunt applicari neq; reſeruari in theſaurum pro futuris peccatis meritoria autem ſic.

Gabriel.
Roſel.

Quæſtio.

Quæstio septima.

Vtrùm indulgentiæ remittant pœnas præfatas peccatorum modò sint iniunctæ per sacerdotem modò nõ.

RESpondeo per quatuor propositiones. Quarum prima est. Papa potest per se & per alios inferiores concedere Indulgentias per quas remittantur tam pœnæ peccatorum tam iniunctæ per sacerdotem, quàm etiam non iniunctæ. Ratio quia ex Matth. 16. & 18. & Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata &c. potest remittere omnia etiam occulta quò ad culpam & pœnam, vt suprà q. 4. & 5. habetur. Et non videtur vbi ei sit facta aliqua restrictio quò ad iniunctas pœnas tantùm, ergo. Item in bullis Papalibus habetur sæpe, q̃ per tales Indulgentias plenarias restituuntur homines ad innocentiam seu statum baptismalem, hoc autẽ nõ esset verum nisi per tales Indulgentias remitterentur pœnæ Deo debitæ etiam si non sint iniunctæ, ergo. Et nota q̃ hæc restitutio ad innocentiam baptismalem intelligitur solùm quò ad liberationem pœnarum, ac si non peccassent, non autẽ quò ad alia dona, quæ in baptismo recipiuntur. Et in hac propositione quæ loquitur de possibili nulla est difficultas inter catholicos: omnes enim doctores in hoc conueniunt. Sed vtrũ ita de facto concedat Papa aut alij prælati, in hoc est varietas opinionum. Ideò quò ad hoc sint aliæ propositiones sequẽtes. ¶ Secũda propositio. Diœcesani non possunt regulariter secundum Ius commune Canonicum concedere Indulgentias nisi de pœnitentijs iniunctis per sacerdotem. Ratio, quia quò ad alias pœnas est sibi per Papam & Ecclesiam ablata seu restricta potestas, vt patet in ca. Cum ex eo. de pœn. & re. vbi solùm de iniunctis pœnitentijs conceditur illis talis potestas, & in cap. Nostro. eo, titul. habetur, q̃ Archiepiscopus potest concedere Indulgentias, ita tamen quòd statutũ generalis concilij præfati in cap. Cum ex eo, non excedat, & idem habetur in capit. Romana. eodem titulo. libro sexto, ex quo patet quòd etiam si diœcesani concedant Indulgentias absolutè, debẽt

Quæstio septima.

Propo. 1.

Propo. 2.

intelligi

intelligi & interpretari secundum prædictum ius commune, scilicet, de iniunctis tãtùm. Et prædicta omnia sunt vera nisi per Papam vel Ecclesiam ipsis diœcesanis vel etiam alijs concedatur generaliter vel specialiter ꝙ possint concedere Indulgentias absolutè vel etiam de non iniunctis. Tunc enim possent secundum tenorem concessionis concedere Indulgentias de iniunctis & de non iniunctis pœnitentijs seu absolutè. Et in hac secunda propositione etiam communiter concordant doctores. ¶ Tertia propositio. Quando Papa concedit Indulgentias cum limitatione expressa de iniunctis pœnitentijs, tunc solùm pœnitentiæ iniunctæ vel impositæ per confessorem in confessione sacramentali remittuntur per tales Indulgentias. Ratio, quia Indulgentia tantũ & non plus valet, quantum sonat secundum tenorem concessionis si verè & non fallaciter concedatur, vt est communis regula & practica doctorum vtriusq; iuris & curiæ Romanæ, & hoc habet veritatem in omnibus Indulgentijs etiam plenarijs & continuis & temporalibus à quibuscunque concessis, sic limitatè de iniunctis pœnitentijs: quia solùm iniunctæ pœnitentiæ per confessorem, & non aliæ remittuntur. Ideò si nulla pœnitẽtia est per cõfessorem imposita pœnitenti aliquo modo, scilicet nec specialiter nec generaliter, tunc per talem tenorem concessionis Indulgentiæ nil ei remittitur. ¶ Quod si Papa concedens Indulgẽtiam de iniunctis intendat etiam de non iniunctis concedere Indulgentiam, tunc coram Deo talis Indulgentia remitteret pœnas etiam non iniunctas. Quia effectus Indulgentiæ non pendet ex tenore, aut forma verborum quæ non est taxata Iure diuino ad concedẽdum Indulgentiam, sed ex voluntate concedentis, vt infrà. q. 35. habetur. Sed hoc est pro regula semper habendum, quòd nisi manifestè constet de opposita voluntate seu intentione cõcedentis, semper standum est tenori verborum: & secundum ipsum & conformiter ad ipsum est interpretanda volũtas & intentio cõcedentis tam in foro Dei quàm Ecclesiæ. Non enim præsumendum est concedentem Indulgentias velle oppositum suis verbis intendere. Et in hac tertia propositione & ibi dictis concordant communiter doctores. in. 4. dist. 20. &. 45. præcipuè Duran. dist. 20. & Fran. May. in tractatu de potestate clauium, & supplementũ Gabrielis latè refert in. 4. dist. 45. q. 3. art. 2. propo. 11. & Gerso. in floribus dicens. Dies Indulgentiarum referuntur ad pœnitentias pro

Tertia proposit.

Du[illegible]
[illegible]ayr.
Gabriel.
Gerson.

hac

hac vita iniunctas, sic enim textus sonat. Hæc ille. Item Adria. in. 4. in materia de Indulgentijs conclu. 2. & Summa Ange. tit. Indulgentia. §. 1. &. 2. & Siluest. eo. tit. q. 8. &. 10. & omnes ferè doctores Canonistæ in ca. Quod autem, de pœn. & re. ¶Ex suprà dictis infertur, primò quòd non valet illa opinio recitata à Palud. in. 4. dist. 20. q. 4. art. 2. & Florent. prima parte titu. 10. ca. 3. §. 3. dicens ꝙ per talẽ formã cõcessionis Indulgẽtiæ de iniũctis remittitur etiã pœna nõ iniũcta, sed iniũgẽda à Deo vel sacerdote secũdũ Canones. Ratio huius opinionis erat, quia ly (de iniunctis) intelligitur. i. etiã de iniũctis, & nõ solũ de iniũgẽdis, ad hũc sensũ. Concedo tibi quadraginta dies Indulgentiæ de pœnitentia iniũcta. i. de tali pœnitentia qualis claue non errante tibi deberet iniungi, vt scilicet quadraginta dies lucrati de Indulgentia tantum tibi valeant, quantum illi quadraginta dies, qui deberent tibi iniungi, tibi valuissent si tibi iniuncti & impleti fuissent. ¶Hæc (inquã) opinio & eius ratio non valet. Quia contra tenorem & formam expressam Indulgentiæ non valet interpretatio. Et quia vt habetur & notant cõmuniter doctores extra. de verbo. signifi. ca. Olim. & ca. In his, non est recedendum à verborum propria significatione, nisi de mente aliter constet. Nam similiter liceret in alijs quibuslibet textibus interpretari extendendo verba contra tenorem textus, quod non licet doctori cuiquam, nisi de mente statuentis vel concedentis, vel aliunde ex causa cogente & manifesta cõstaret: & solus Papa vel concilium potest hoc modo exponere rationabiliter scripturam sacram, vt dicit Augustinus de Ancona in libro de potestate Papæ. q. 67. art. 1. ¶Si ad hoc subterfugiendo, dicat præfata opinio, vt dicit supplemẽtum Gabrielis vbi suprà, quòd ly, de iniunctis, si extendatur etiam ad iniungẽdas, vt dictum est, non capitur impropriè sed propriè. Quia ly, pœnitẽtia iniuncta, verificatur de omni pœnitẽtia taxata à Deo, & ipsi debita pro peccatis vel à iure vel à confessore. Nam iniuncta dicitur pœnitentia, quia ad eam homo obligatur absolutè vel ex suppositione, scilicet si vult liber esse à debito pœnæ, & liber gloriam intrare, etiam si non sit illi præceptoriè imposita per superiorem. Quod patet. Quia Ecclesia sic vtitur in suis bullis & concessione Indulgentiæ, & extra. cap. Cum ex eo. de pœn. & re. dicens. Et in remissionem iniungimus peccatorum, vt det vel faciat tale quid, is qui voluerit lucrari hanc Indulgentiam, ergo cũ

Adrian.
Summa Angelic.
Siluest.
Corol. 1.
Aug. de Ancona.
Obiectio.

nomi

nomine pœnitentiæ iniũctæ intelligatur omnis pœnitẽtia à Deo vel Ecclesia vel sacerdote taxata seu imposita etiã ex suppositione videtur ꝙ possit cõprehendere pœnitentiã tantũ taxatam à Deo vel à Iure Canonico, etiam si non sit specialiter imposita seu iniũcta per sacerdotẽ in sacramento: & per consequens ꝙ cõprehendit pœnitentias per sacerdotem iniungendas, vt dicebat illa opinio. ¶ Sed certè hoc subterfugiũ pro præfata opinione nil valet, quod tripliciter probatur. Tũ primò, quia verba in suo ꝓprio & potiori significato sunt intelligẽda, nisi aliud de mẽte loquẽtis rationabiliter constet, vt habetur ca. Olim, & ca. In his. de verborũ significatione. Nunc aũt pœnitẽtia iniuncta capitur pro iniuncta vel imposita à iudice seu sacerdote specialiter præceptoriè aut cõsultoriè absolutè vel conditionaliter, aut alio modo: non aũt pro pœnitẽtia à Iure aut à Dei dispositione taxata. Quod patet. Iniũctio enim pœnitẽtiæ significat specialem applicationem iuris seu pœnitẽtiæ taxatæ in iure seu decreto Dei ad hũc, & per cõsequẽs significat specialem impositionẽ iudicialẽ talis pœnitẽtiæ aliàs taxatæ aut nõ taxatę secũdũ Ius. Ius eñ nõ applicat pœnitẽtias taxatas alicui sed taxatas ostẽdit: similiter & Deus in hac vita facit, vt ꝑ iudicis sentẽtiã specialiter applicẽtur delinquẽtibus. Sententia eñ est applicatio Iuris ad hũc, quæ applicatio ex quo fit per sentẽtiã iudicis, ergo fit per iniunctionẽ, seu impositionẽ illius pœnitẽtię taxatę seu statutę à Iure vel à Deo factã à iudice sentẽtiã ferẽte. Ergo Ius aut Deus nemini iniũgit pœnitẽtiã in hac vita sed iudex aut sacerdos. Tũ secũdò, quia eo ipso ꝙ docto. cõmuniter ex ipso antiquo & adhuc ꝑmanẽte tenore bullarũ faciũt differentiã inter pœnitẽtias iniũctas & iniũgẽdas, & bullæ ipsæ aliqñ cõcedũt de iniũctis aliqñ absolutè sine vlla limitatiõe. Sequitur ergo manifestè ꝙ est differẽtia qñ dicitur de iniũctis, vt vocabulũ sonat propriè sumptũ. Alioqui vana esset talis distinct. & tenor diuersus Indulgentiarũ, si omnia inuicẽ ꝓ se ipsis cõfusè acciperẽtur, ergo sicut olim qñ Indulgẽtia cõcedebatur expressè de iniũctis pœnitẽ. intelligebatur de iniũctis tantũ ꝑ sacerdotẽ, sequitur ꝙ similiter & nũc debet intelligi idẽ tenor Indulgentiæ ꝑseuerãs. Tũ tertiò, quia sic est in vsu & practica tã loquẽtiũ q̃ doct. cõmuniter in ꝑsenti materia, ergo standũ est acceptiõi vocabuli de iniũctis secũdũ cõmunẽ vsũ & acceptionẽ eius vt dictũ est. Et in his expressè cõcordat Durã. vbi suprà. q. 4. & Caiet. in. 2. quodlibeto. In materia

Respõsio
Prima ratio.

Secunda

Tertia

Duran.
Caietan.

teria de Indulgen.ca.7.cũ cõmuniter doctoribus, q̃uis aliquãdo Corola.
ly.de iniũctis pœnitẽtijs,aliter accipiatur. ¶Secũdò infertur ex su Secundũ
prà dictis,ꝙ nõ valet illa alia opinio etiã recitata à Palud,& Florent.vbi suprà dicẽs ꝙ quãdo datur Indulgẽtia plenaria plenior aut plenissima,tũc omnis pœnitẽtia iniuncta & iniũgenda in foro Dei,& Ecclesiæ remittitur hic & in purgatorio per suprà dictũ tenorẽ expressũ de iniunctis, aliàs nõ: sed solũ pœnitentia iniũcta per sacerdotẽ dicit præfata tertia propositio. Et ratio huius opinionis quò ad primã partẽ est, quia ex quo cõceditur Indulgẽtia plenaria de omnibus, ergo de omni pœna etiã nõ iniũcta per sacerdotẽ:alioqui nõ esset plenaria Indulgẽtia, si solũ ad iniũctas pœnitẽtias restringeretur,vt sonat tenor cõcessionis. ¶Sed hæc opinio quò ad illã primã eius partẽ nõ valet, quia standũ est tenori verborũ cõcessionis,vt dictũ est.Et verbũ seu clausula generalis debet restringi & intelligi secundũ limitationẽ expressam adiunctã,ideò ad rationẽ præfatã dico,cõcedendo ꝙ quãdo conceditur Indulgentia plenissima de iniũctis , nõ est plenissima absolutè de omnibus,sed solùm de iniunctis per sacerdotẽ , vt dicit tenor Indulgẽtiæ, quas omnes iniũctas nõ tolleret,aut nõ remitteret talis Indulgẽtia si nõ esset sic plenaria,sed solũ annalis,aut partialis:ideo est plenaria nõ absolutè sed limitatè,quò ad iniũctas tãtũ pœnitẽtias secũdũ ip̃m tenorẽ Indulgẽtiæ.¶Tertiò infertur ꝙ Corol. Tertiùm.
nõ valet illa alia opinio etiã recitata à Palude. vbi suprà dicens ꝙ quãdo dicitur,Remitto tibi vnũ annũ de pœnitẽtia iniũcta,sensus est ꝙ tantũ minùs punieris in purgatorio,quantũ si vno anno cõtinuo egisses pœnitentiã in hac vita.Et hanc opinionẽ dicit Innocen.
Inno de pœ. & re.ꝙ est satis consona æquitati. Dico ergo ꝙ si hæc opinio intẽdit dicere,ꝙ tũc remittũtur pœnitẽtię vnius anni nõ iniunctæ,non valet:vt patet ex dictis.Si verò intendat ꝙ de pœnitentia tantùm iniuncta remittitur ille annus,tunc vera est opinio, vt paulò inferiùs etiam dicetur, & infrà.quæst.29. ¶Illud autem quod præfata opinio subnectit quòd qui lucratur talem Indulgẽtiam tenetur nihilominùs facere pœnitentiã in hac vita,quomodo intelligatur & sit verum infrà.q.8. latè dicetur. ¶Tandẽ pro Concordãtur p. habitæ opiniones.
concordia & bono intellectu omnium prædictarum opinionũ potest fortè benè dici,quòd quando confessor generaliter iniungit pœnitenti dicẽs: Quicquid boni feceris, sit tibi in satisfactionem seu remissionem peccatorum , tunc iam videtur quòd

omnis

omnis pœnitentia debita & iniungenda sit tam iniuncta aliquo modo saltem generaliter, quàmuis sub electione pœnitentis, & ꝙ tunc Indulgentia concessa de iniunctis extēditur etiam ad specialiter iniungendas, ex quo iam sunt aliquo modo, scilicet generaliter iniunctę, vt dictum est, vt de hoc latiùs habetur infrà. q. 24. propo. 4. secundum Gerson. Et sic fortè loquuti sunt doctores ꝑdictarum opinionum quæ prima facie videbantur aduersę & nō sunt si sic intelligantur, & limitentur ad bonum sensum. Ideò salubre est ꝙ confessor semper dicat pœnitenti, Quicquid bonifeceris &c. vt sic ei valeant omnes Indulgentiæ tam de iniunctis q̃ de iniungendis.

Gerson.

Propo. 4. ¶Propositio quarta est, quando Papa concedit Indulgentiam absolutè non dicendo de iniunctis, tunc per talem Indulgentiam remittitur tanta pœna debita, modò sit iniuncta à sacerdote modo non, quantam sonat tenor Indulgentiæ plenariæ aut temporalis totalis seu partialis. ¶Probatur quincupliciter. Primò, quia Papa vel alius cui hoc sic à Papa vel Ecclesia cōceditur, id potest, vt patet ex prima propositione, & de facto sic cōcedit. Quod patet. Quia tantum valent Indulgentiæ quantum sonat tenor earū, dum de opposita mente concedentis non constat: seu dum concedens aliud non intendit: vt suprà dictū est in tertia propositione, & est communis practica doctorum. Quòd si aliter voluisset expressisset, & vbi Ius nō distinguit, ne nos distinguere debemus vt habetur dist. 50. ca. Si Euangelica & de maiori & obe. ca. Solitæ. §. Notandum. & latè refert Glossa in ca. Consuluisti. 2 q. 5. & Glossa in ca. Saluator. 1. q. 3. In ver. indefinite. & est ar. ca. Porrò. ca. Cum & plantare. de priuileg. ¶Item secūdò probatur: Quia & scit & tolerat sic concedens Papa, quia sic etiam habet stilus curiæ Romanæ & vsus eius & aliorum sic intelligentium, vt sonant tenores Indulgentiarum absolutè vel limitatè, ergo si solùm intēderet de iniunctis, cum eius tenor verborum loquatur de omnibus absolutè & indistinctè, sequeretur ꝙ Papa & Ecclesia deciperet sine causa suos filios, præsertim in hoc tempore quando scit omnes pœnitentias esse arbitrarias, id est, voluntariè iniūctas, nō secundum rigorem Canonum pœnitentialium, neque secundū qualitatem peccati, sed paruas vel nullas pœnitentias iniungi secundum fragilitatem & voluntatem pœnitentium. Quia malunt cum nulla pœnitentia iniuncta specialiter destinari ad purgatorium

Prima ratio.

Gloß.

Secunda ratio.

rium

rium, quàm magnam & vix implendam acceptare. Sentiens ergo hoc Ecclesia & volens piè prouidere debitis pœnis filiorum per Indulgētias, certè non piè neq; verè prouideret si concedens Indulgentias absolutè & illimitatè non intenderet valere nisi limitatè de iniunctis pœnitentijs, quas scit esse ferè nullas iniūctas pœnitentias. ¶ Item tertiò probatur idem. Quia beneficium Principis, præsertim quando non est in præiudicium alicuius Iuris aut personæ debet latissimè interpretari quantum forma verborum patitur propriè sumpta, vt habetur in cap. Olim. de verborum significatione. & ca. Cum dilecti. de donationibus. Item concessio præter Ius est latissimè interpretanda, etiam in præiudicium ipsius concedentis, si propria forma verborum patiatur, non autem in præiudicium aliorū, vt est ca. Quia circa, de priuilegijs. in vltima glossa & no. per Inno. in ca. Olim. de verborum significatione & glossa, in ca. Licet. de trāsla. episco. vbi de hoc latē. Quia & contra eum, qui legem dicere potuit apertiùs est interpretatio facienda. ff. de pact. §. veteribus & de priui. ca. Quia. in glossa. & habetur in. l. fi. ff. de consti. princi præsertim si sit quid concessū causa pietatis vt no. Panor. in ca. Cū dicat. de Ecclesia ædifi quia de re. iur. odia restringi, & fauores conuenit ampliari. Nunc autē patet ꝙ Indulgentia Ecclesiastica est grande beneficium animarum & fauorabile, & pietas magna, & in nullius præiudiciū, ergo cum verba concessionis propriè sumpta absolutè & illimitatè vt sonant apertè patiantur etiam in rigore ꝙ intelligantur etiam de non iniunctis pœnitentijs, sequitur ꝙ sic debent intelligi concessæ Indulgentiæ prædictæ. ¶ Si ad prædictas probationes subterfugiendo dicatur sicut dicit Caietanus in quodlibeto, ꝙ Papa sub formidine sic absolutè concedit, & intelligit solùm de iniunctis, vt patet ex additione quam apponit dicens quantum claues se extendunt &c. Item ꝙ verba debent intelligi secundum formā Iuris consuetam, vt ipse Papa expressè dicit in concessione Indulgentiarum Nunc autem forma Iuris consueta & antiqua est limitatè de iniunctis, ergo. ¶ Contra prædicta subterfugia sic replico ad primum dico quòd potiùs est pro nobis: quia si Papa concedit quantum claues se extendunt, claues autem se extendunt etiā ad non iniunctas, vt supra propositione prima dictum est secundum omnes doctores, & secundum ipsum Caietanum ergo intendit etiam de non iniunctis. Ad aliud dico, quòd licèt antiquitùs

Tertia.

Innocen.

Glossa.

Panor.

Obiectio Caieta.

Replica cōtra obiectionē.

quitùs esset forma consueta de iniunctis tantùm, non ideò tamen factum est ius, quòd non nisi de iniunctis de cætero concedantur aut ꝙ non possit esse alia forma consueta Iuris in temporibus modernis. Imò dico ꝙ decenter mutatis temporibus & causis, mutatur & forma concessionis Indulgentiæ. Quādo enim taxabantur pœnitentiæ rigurosè secundum Canones aut qualitatem delicti, tunc satisfuit concedere de iniunctis. Nunc autem econtrà, vt dictum est ideò nunc est alia forma Iuris consueta concedendi Indulgentias absolutè de omnibus, etiam de non iniunctis, alioqui deciperet Ecclesia filios suos, vt dictum est.

¶ Item non habetur in Iure quòd olim solùm de iniunctis concedebantur Indulgentiæ, sed potiùs habetur oppositum vt patet, in cap Cum ex eo. de pœni. & re. vbi prohibetur episcopis concedere Indulgentias vltra quadraginta dies de iniunctis, ex quo patet ꝙ erant in vsu concedere etiam de nō iniunctis plures dies, quàmuis Caietanus aliter intelligat præfatum capitulum, vt infrà patebit in argumento. Patet etiam idem quia Innocē. Tertius in eodem ca. Cum ex eo, concessit iubileum plenissimum, & intentio sua fuit etiam de non iniunctis, vt ibi not. Ioannes Monachus. Neque potest hoc negare Caietanus, nisi dicendo, sicut ipse dicit ꝙ hoc fecit, vt doctor sequax illius opinionis, & non vt iudex seu vt Papa, sed hoc est falsum quia vt Papa id concessit. Alioqui isto modo posset Caietanus inualidare omnia decreta & acta Pontificalia, aut dicendo ꝙ id fecit Papa semel aut rarò ꝙ nō intrat formam Iuris consuetam. Sed certè contra ipsum Caietanum videtur ꝙ antiquissimis illis cruce signatis Hierosolymitanis concedebantur Indulgentiæ plenissimę etiam de non iniunctis, de quo non dubitauit beatus Thomas, qui benè viderat Canones Indulgentiarum, ergo forma antiqua consueta non erat solùm de iniūctis.

Innocen.
Ioannes Monach⁹

¶ Item quartò principaliter probatur propositio quarta. Quia (vt refert de Palude in quarto dist. 20. quæstio. 4. in fine) cum pœnitentiarius Roman. iniungeret pœnitentiam consequutis Indulgentiam plenariam, accepit mandatum à Papa, vt non iniungeret pœnitentiam, ergo valet de non iniunctis. ¶ Itē quintò, quia in forma plenariæ absolutionis quæ conceditur in morte & sæpè etiam in vita (vt patet in multis bullis huius temporis) continetur, quòd illi restituuntur ad innocentiam baptismalem. Talis autem concessio non esset vera, nec efficax si solùm ad iniūctas

Quarta ra 10. Palud.
Quin

ctas pœnitentias extenderetur illa Indulgentia, ergo. Et confirmatur. Quia Indulgentiæ absolutè quę dantur pro defunctis, nō extenduntur solùm ad iniunctas pœnitentias. Patet. Quia non pręsupponitur eos, qui sunt in purgatorio, decessisse sine impletione pœnitentiarum iniunctarum, ergo extendũtur etiam ad non iniunctas. ¶ Et cum præfata quarta propositione concordant communiter doctores vtriusque Iuris vbi suprà allegati. in probatione tertiæ propositionis. Et licèt aliqui doctores vt Durandus, Caietanus. Altisiodoren. Albertus Magnus & etiam Gerson & aliqui alij videantur dicere, quod solùm se extendunt ad pœnitentias iniunctas, tamen plures eorum id dicunt & intelligunt, quando & quia sic sonat: & intelligitur secundum eos, tenor concessionis seu Indulgentiarum, vt apertè ipsi confitentur, & quia Indulgentiæ particulares dierum seu annorum suis temporibus sic expressè de iniunctis concedebantur. Indulgentiæ autem plenariæ quia sæpe tunc absolutè & illimitatè concedebantur, ideò dicunt ꝙ tales præsertim Papales remittebāt etiam pœnitentias non iniunctas. Quia tamen temporis discursu omnia cum ipso vsu mutantur, ideò sicut nunc crebrescit vsus & copia Indulgentiarum, ita & tenor seu forma consueta mutata est, earum maximè quæ à Papa seu ab alijs specialiter eius auctoritate conceduntur & sic talis tenor absolutè & illimitatè etiam de non iniunctis, vt sonat, intelligendus est. Quò ad hanc quartam propositionem vide quod habetur infrà. quæstio. octaua. in quarto Corollario quod quidem satis ad rem facit.

Confirmatio eorum quæ dicta sunt.

Dura. Caiet. Altisiod. Albert. Magnus. Gerson.

¶ Contra quartam propositionem arguitur tripliciter. ¶ Primò, quia verba iudicis absolutè posita sunt intelligenda secundum formam Iuris præsertim in materia stricti iuris. Sed in Iure Canonico loquente de Indulgentijs solùm fit mentio, quòd valeant de iniunctis: & materia Indulgentiarum est stricti iuris, ergo quando absolutè & illimitatè conceduntur tam particulares, quàm plenariæ Indulgentiæ debent intelligi solùm de iniunctis pœnitentijs per sacerdotem, & non de iniungendis, nisi hoc specialiter exprimatur. Consequentia est bona, & maior patet secundum capitu. Causam quæ. de rescriptis, & capitu. Cum dilectus. de consuetudi. & secundum omnes doctores vtriusque iuris, vt etiam latè referunt Summistæ titul. Interpretatio. titulo. Lex. titulo. Statutum, titulo. Gratia. titulo. Priuilegium

Argu. 1.

Minor autem quó ad id quod ibi dicitur ꝙ Indulgentia est stricti iuris & strictè interpretãda, patet secundum no. per Inno. & Hostien. in cap. Licet. de translati. episcopi, & Bald. in sua Margarita in verb. Indulgentia & in. l. Humanitatis. C. de impu. & alijs substi. vt etiam refert summa Ang. titu. Indulgentia in prin. & Palud. in. 4. dist. 20. q. 4. art. 3. & cõmuniter doctores. Quò ad illud autem quòd Ius semper loquitur de iniunctis patet. Quia in cap. Cum ex eo de pœn. & re. habetur quòd diœcesani concedentes Indulgentias in dedicationibus in anniuersario dedicationis tẽpore, quadraginta dies de iniunctis pœnitentijs indulta remissio non excedat hunc quoque numerum dierum Indulgentiarum literis præcipimus moderari quæ pro quibuslibet casibus aliquoties conceduntur, cum Romanus Põtifex, qui plenitudinem obtinet potestatis hoc in talibus moderamen consueuerit obseruare. Hęc ibi. & in ca. Nostro. habetur ꝙ archiepiscopus liberè potest per suam prouinciam concedere Indulgentias, ita tamen ꝙ statutum generalis concilij. s. suprà dicti capituli Cum ex eo, non excedat. Et idem habetur in ca. Romana. & ca. Indulgentiæ eo. titu. lib. 6. ex quibus patet intentum. ¶ Si dicatur ꝙ in prædictis textibus solùm fit mentio de Indulgentijs diœcesanorum, nõ de Papalibus, aut de alijs cõcessis per speciales Papæ commissarios: quodq; ibi limitatur præfata potestas specialis quò ad Indulgentias, vt ibi communiter dicunt doctores, & in ca. Accedentes, de excess. præla. non autem ibi statuitur Ius ꝙ solùm de iniunctis cõcedantur, aut concedi intelligantur Indulgentiæ absolutè concessæ per Papam, vel per alium: contra hoc replicatur & primò contra primum. Nam in fine prædicti capituli, Cum ex eo, expresse fit mentio de Indulgentijs Papalibus cum dicitur. Cum Romanus pontifex, qui plenitudinem obtinet &c. Vbi patet ꝙ etiam Indulgentiæ Papales illo modo solent concedi de iniunctis tantùm pœnitentijs sicut & episcopales. Patet etiam ꝙ consuetudo Papæ facit Ius in suis, & aliorum Indulgentijs, & sic ibi statuitur Ius episcopis & declaratur simul quomodo Papa solet eas concedere. Contra aliud ꝙ ibi fit solùm limitatio potestatis episcopalis secũdũ cõmuniter doct. itã ex hoc dicto vtiq; verissimo arguitur cõtra ipsos. Quia si Indulgẽtia de Iure Canonico & cõmuni habet ꝓ sua materia totali pœnitẽtias tã iniũctas, q̃ nõ iniunctas: & episcopalis potestas solùm est restricta quóad iniunctas, ita. s. ꝙ de

Innocen. *Hostien.* *Bal.* *Summa Angel.* *Palud.* *Obiectio.* *Respõsio*

de ipsis non potest vltra quadraginta dies concedere, ergo de nõ iniunctis posset vltra quadraginta dies concedere Indulgentiam, ex quo quò ad ipsas non iniunctas non est in hoc restricta potestas. Nunc autẽ consequens est falsum secundũ omnes doctores, ergo & antecedens: non minor. Quia expressè habetur in dicto cap. Cũ ex eo, ꝙ quò ad iniunctas tãtũ pœnitentias potest Episcopus concedere quadraginta dies & non ampliùs, ergo maior est falsa, ꝙ.s. Indulgẽtia habet de Iure Canonico & cõmuni pro materia pœnitẽtias etiã non iniũctas, ergo solũ est de iniũctis, & pœnitẽtiæ iniũctæ sunt totalis materia Indulgentiarum de Iure Canonico & cõmuni, vt probatũ est cõtra quartam propositionem.

¶Secundò principaliter arguitur ad idẽ. Quia verba Indulgẽtiarũ debẽt intelligi secundum formã Iuris consuetã, vt ipse Papa dicit expressè in ipsa concessione Indulgentiarum. Nunc aũt forma Iuris consueta & antiqua est limitatè de iniunctis, vt patet tum in ca. Cũ ex eo. de pœ. & re. tum etiã quia & in stilo antiquo concessionis Indulgentiarũ de iniunctis pœnitẽtijs, & nunc & in viridi obseruantia sua Ecclesiæ Romanæ consuetudo consistens similiter videtur ad formam antiquã se referre, dum Papa singulis diebus dominicis quadragesimæ & aduẽtus dat omnibus præsentibus quinq; vel septem annos & totidem quadragenas de vera Indulgentia. Exprimendo enim tot dies, annos, quadragenasque manifestat se loqui vt Canones pœnitentiales loquuntur, taxantes pœnitentias per dies, annos, & quadragenas: & per consequens cũ de illis taxatis quadragenis, aut diebus absoluit per Indulgentias, iam patet ꝙ illos tantùm, qui ad illos dies & quadragenas sunt obligati, eo modo quo olim per Canones obligabantur. s. per iniunctionem sacerdotis, & per consequens ab iniunctis tantùm pœnitentijs illorum dierum & quadragenarum Indulgentias concessas absoluere seu liberare demonstrat, ergo. *Argu. 2.*

¶Tertiò principaliter arguitur ad idem. Quia consentaneum est rationi vt iudex Ecclesiasticus iudicet nõ nisi de delatis ad suũ iudiciũ, & non se intromittat in alijs iam ab eodem relictis. Sed sicut illa quæ ad Ecclesiasticum forum pœnitentialem non sunt delata, qualia sunt peccata nullò modo confessa, certè rationabiliter ab absolutione iudicis Ecclesiastici sunt aliena. Quia. s. sicut iudex talis non ligat nisi de cognitis in illo foro, ita non absoluit nisi de cognitis in eodem foro: ita etiam delata ad forum Eccle- *Argu. 3.*

ſiaſticum pœnitentialem per cōfeſsionem, & à iudice punita per minorem pœnitentiam videntur iam derelicta quò ad reliquam partem pœnitentiæ in foro illo Eccleſiaſtico. Quia præſumit Eccleſia confeſſores iam ritè arbitratos iudicaſſe pœnitentes debere ſibi ipſis relinqui quò ad reliquum ſatisfactiōis ac per hoc Eccleſiaſtica cenſura pœnitentialis fori ampliùs de illis nō ſe intromittit, ergo ſicut ad Eccleſiaſticū iudicem nō redit poteſtas, aut eius vſus ligandi illum quò ad reliquā ſatisfactionem, ita nō redit quò ad abſolutionē illius ſatisfactionis debitæ, vt ſic pari paſſu currat poteſtas & vſus ligandi & ſoluendi, ergo. ¶ Propter has rationes tenuit Caietanus in ſecundo quodlibeto in materia de Indulgentijs ca. 7. ꝙ Indulgentię remittunt ſolū pœnitentias iniūctas quātūcunq; abſolutè & illimitatè concedantur per Papam aut per aliū viuis aut defunctis, niſi expreſsè etiam de non iniūctis concedantur, id quod fieri poſſe planè conceſsit Caietanus, ſecundum primam propoſitionem ſuprà poſitam, ſed quòd de facto fiat planiùs negat, & ſic ſecundum prædicta limitat & interpretatur omnes Indulgentias abſolutè conceſſas. Et ſic ipſe ſimiliter & Mayro. in tractatu de Indulgentijs ſentire videntur quòd Indulgentię directè & per prius ſe extendunt ad relaxandum vinculum ſeu iniunctionem Eccleſiæ de pœnitentia implenda, indirectè autem & poſteriùs ad relaxandum pœnas ipſas iniunctas Deo debitas, & in hoc differt hæc eorum opinio erronea ab alia etiam aliorū opinione magis erronea tenente, quòd Indulgentiæ ſolùm relaxant vinculum Eccleſiæ, vt infrà. q. 8. habetur latiùs in argumento contra eam ibi habito: ſed præfatę rationes nil cōcludunt, ideò ad ſingulas earum reſpondetur.

Caieta. *F. Mayr.*

¶ Reſpondeo ad primum concedendo maiorem quando tale Ius non eſt derogatum per conſuetudinem, aut quando aliunde non conſtat ſufficienter de oppoſito. Secùs ſi eſt derogatum aut ſi non eſt iam conſuetudine roboratum, ſeu quando aliunde ſufficienter conſtat de oppoſito. Quia ſcilicet non ſunt verba generalia intelligenda ſecundum talem formam Iuris antiqui. Quia conſuetudo eſt optima interpres legum. de conſue. u. cap. Cum dilectus, & ſecundum notata per Ioan. Andr. in cap. Quod dilectio. de conſanguinitate & affinitate, & ff de re. dubi, vel cum inteſt. &. ff. de verbo, obliga vel eum qui, & quod conſueuit. 18. diſtinct. de Siracuſana, vt etiam de hoc Silueſt. titul. Interpretatio

Reſpon. ad. 1. arg. *Ioannes Andr.* *Silueſt.*

tio.quæst.quarta & quinta. & titul. Priuilegium.q.3 ¶Nunc autem ad minorem. Primò ad primam particulam eius quòd scilicet in Iure Canonico solùm fit mentio de iniũctis. Respondeo quod illud solùm est verum de Iure antiquo, quod tamen iã per vsum contrarium & per tenorem alium consuetum quò ad Indulgentias Papales est derogatum seu non est roboratum. Imò & dico quòd licèt antiquitùs sic cõcederentur Indulgentiæ solùm de iniunctis, non tamen ideò factum est ius, quod non nisi de iniunctis concederentur Neque habetur in Iure Canonico ꝙ non nisi de iniunctis concedebantur Indulgentiæ, sed potiùs habetur oppositum, vt suprà, contra euasionem Caietani dictum est, ibi vide. Et dato ꝙ tunc esset Ius tamen vt dictum est iam decenter mutatis temporibus & causis, mutata est & forma concessionis Indulgentiæ absolutè, vt valeat etiam de non iniunctis, & nũc ex quo talis est forma & tenor consuetus, secundum eum est intelligenda absolutè Indulgentia concessa per Papam, vt valeat etiam de non iniũctis, vt sonat, vt suprà probatum est. Nam de Indulgẽtijs diœcesanorum iam suprà in secunda propositione dictũ est. ¶Ad aliud quod in eadem minore habetur, ꝙ scilicet Indulgẽtia sit stricti iuris, respondeo negãdo illud saltẽ quò ad materiã suã, circa quã est Indulgẽtia Ecclesiastica de qua hic agimus. s. quo ad remissionẽ pœnarũ Deo debitarũ. Imò potiùs est in fauorem animarũ & beneficium pietatis in nullius præiudiciũ, & per consequẽs cõcessio Indulgẽtiæ est latè interpretãda, vt suprà probatũ est, & expressè sic tenere videtur Ioan. Andr. in glossa Clem. Vnica. de reliqui. & ven. sancto. In ver Confessis, vbi dicit has remissiones (& loquitur de Indulgentijs) amare, interpretari nec decet nec expedit, vt dixi extra. de pœn. & re. ca. Quod autem. Hæc ille. & concordat Siluest, titul. Indulgentia. quæst. 7. parti. 3 & q. 8. particu. 4. & Summa Ange. vbi suprà & communiter doctores Canonistæ. ¶Illud aũt quod oppositum dicunt communiter Theologi, Dico ꝙ in hoc vocabulo. nõ oẽs nec plures, sed aliqui Theologi secuti sunt Canonistas seu Legistas. Iuristæ aũt apertè loquuntur & intelligũt id, non quidẽ de Indulgentia Theologicè accepta, vt nos hic accipim⁹ pro remissiõe pœnarũ Deo debitarũ sed de Indulgẽtia prout est idẽ qđ priuilegiũ, gratia aut beneficiũ Principis: quãdo s. cõceditur aliquid cõtra Ius cõmune, vt latè & apertè hoc dicit glossa in dict. tex Licet, extra. de trãsla.

Ad minorem.

Ioannes Andr.

Siluest.
Summa Ange.

Glossa.

Innocen. *Hostien.* *Summa Angelic.*

Episcopo. Et ipse textus apertè de tali Indulgẽtia seu priuilegio loquitur,& similiter Innoc.& Hostien.ibidem,& summa Ange. titu.Priuilegium,in prin.&.3.Ideo quando summa Angelica titu. Indulgentia. & alij Summistæ & doctores dicũt ꝙ est stricti Iuris,videntur confusè & indistinctè dixisse & non satis ad rem, & ex æquiuocatione vocabuli aliqualiter decepti fuisse. Vel propter eorum reuerentiam,& fortè meliùs dico,ꝙ intellexerunt,sicut & verum est,ꝙ Indulgentia est stricti Iuris,quò ad tenorẽ,modum, & personã. Quia.s.standum est tenori verborũ in sua propria significatione, nisi aliud sufficienter constet de mente concedentis,& quia nõ excedit personam cui conceditur,& quomodò cõceditur,& sic quò ad hoc conceditur illa pars minoris. Cum quo tamẽ stat,vt materia fauorabilis & pia sit latè interpretanda secũdum tenorem verborum in sua propria significatiõe quò ad materiam suã.s.quò ad remissionem pœnarum iniunctarum & etiã non iniunctarum, vt dictũ est secundum doctores communiter.

Ad replicas respõsio.

¶Et ad replicas ibi positas,respondeo ad primam, ex ca. Cum ex eo quòd sic fuit consuetudo Papæ olim, nunc autem alia est eius consuetudo & forma concessionis Indulgentiarum sæpius absoluta,ideò alio modo, vt sonat absolutè est intelligenda, vt dictum est. ¶Ad secundam replicam si Indulgentia habet pro sua totali materia &c. Respondeo priùs notando,quòd restrictio vel limitatio duo importat, alterum quidem positiuè, alterum autem negatiuè, sicut & terminus exclusiuus. Positiuè quidem dicit quòd possit in aliquid: negatiuè autem quòd non possit in aliud. Sicque limitatio dicit concessionem vnius, & negationem alterius. Sic ad propositum dico quòd materia Indulgentiarum totalis de Iure Canonico & de se est pœnitentia tam iniuncta quàm etiam non iniuncta, quia circa vtramque versatur secundũ tenorem Indulgentiæ, vt dictum est. Dico etiam quòd potestas Episcopalis est limitata quò ad vtrãq; materiã, sed diuersimodè. Nam quò ad partialẽ materiã præfatã.s. quò ad pœnitẽtias iniũctas est limitata positiuè tantũ,quia.s.solũ est Episcopis concessa, seu relicta potestas cõcedendi de iniũctis: sed negatiuè est eorum potestas limitata quò ad totalẽ materiã præfatã seu absolutè, tam quò ad iniunctas,quàm quò ad nõ iniũctas. Quia.s.neq; de iniũctis, neque de non iniunctis possunt Episcopi concedere secundum Ius Canonicum vltra quadraginta dies, neque vltra annum

Restrictio vel limitatio.

Potestas Episcopalis.

in

in dedicationibus &c. vt habetur in præfato cap. Cum ex eo. Et quia sic non distinxit Caieta. in præfata replica deceptus est. Nã concessa maiore illius replicæ, ad minorẽ dico ꝙ Episcopalis potestas solùm est limitata positiuè, non quidem absolutè quoad totalem materiam, sed quò ad partialem scilicet quò ad iniunctas tantùm. Negatiuè autem est limitata absolutè quò ad totalem materiam præfatam quò ad omnes pœnitentias iniunctas & non iniunctas (vt dictũ est) vltra illã summã taxatã, & sic negatur consequẽtia. Quia arguitur à limitatione positiuè secũdum quid ad ipsam negatiuè & simpliciter seu absolutè acceptã, vt patet ex dictis. ¶ Ad secundum argumentum respondeo ad maiorem, ꝙ illa clausula, in forma Ecclesiæ consueta &c. debet intelligi de consueta tempore quo concedens loquitur, aut concedit Indulgentiam sicut ly. hodie, stat pro die Dominico si loquens die Dominico dicit, hodie oraui: & pro die Lune, si die Lune loquatur. Et licèt illa clausula, in forma Ecclesiæ consueta, habuit initium à tẽpore antiquo, manet tamen eius significatio accõmodè intelligẽda secundum tempus loquentis. Sicut & sinus Abraæ est vocabulum antiquum, quod pro lege veteri significabat limbum sanctorum patrum: nunc autem quãdo in officio defunctorum Ecclesia dicit, In sinu Abraæ Angeli deducant te; & in officio beati Martini: Martinus Abraæ sinu lætus excipitur: accipitur pro beatitudinis loco: vt ex sequentibus patet, cùm dicit Ecclesia in offertorio defunctorum. Sed signifer sanctus Michael repręsentet eas in lucem sanctã, quam olim Abraę & semini eius promisisti &c. Ad minorem autem ꝙ scilicet forma iuris consueta est solùm de iniunctis, respondeo hoc verum est de forma consueta olim, nunc autem non. Quia iam est alia noua forma consueta ijs tẽporibus, vt suprà dictum est. Forma enim Indulgentiarum sæpe variatur, vt ait Palud. in. 4. dist. 20. q. 4. art. 3. conclu. 2. & secũdum talem formam pro diuersitate temporũ est intelligenda cõcessio Indulgentiæ & secundum stilum currentem in curia Ro. qui iã mutatus est. Et ad illud ꝙ scilicet nunc in viridi obseruantia manet nomẽ quadragenæ &c. dico ꝙ sicut olim talis forma verborum, dierum & quadragenarum intelligebatur secundũ consuetudinem & stilum tunc vigentem, ita & nunc proportionabiliter secundũ consuetudinem & stilum præsentem, vt scilicet tot dies, anni, aut quadragenæ de pœnitentijs absolutè scilicet tam in

Caietan. deceptus.

Ad. 2. argumenti.

Sinus Abraę.

Palud.

iunctis quàm non iniunctis, secundum tenorem Indulgētiæ cō-cedi intelligantur. Nam singula singulis suis temporibus debent accommodari, nisi oppositum constet de mente concedentis, vt sæpe iam dictum est & ad hoc idem videtur Caieta in 2 quodlibeto quæsito 1. vbi sic dicit. Indulgentia concessa de iniūctis pœnitentijs non absoluit nisi de iniunctis tantùm, nisi noua forma detur. Hæc ille. Quid clariùs contra ipsum paralogyzantem ex suis verbis? ¶ Ad tertium conceditur illa maior solùm quādo debet ferri sententia in rigore iudicij aut iustitiæ secundum taxationem iustam eorum, quæ in tali foro cognoscuntur & aguntur, aliàs negatur illa maior. Nunc autem constat ꝙ remissio pœnarū per Indulgentias non fit in rigore iustitiæ, neq; secundum taxationem meriti lucrantis Indulgentias: sed præcipuè respectu eius cui conceditur indulgentia est opus misericordiæ & liberalitatis, vt suprà q. 1. dictum est. ergo nil concluditur contra quartam propositionem suprà positam.

Caietan.

Resp. ad 3. argum.

Quæstio octaua.

Vtrùm Indulgentiæ remittant pœnas præfatas, tam in foro Dei, quàm etiam in foro Ecclesiæ.

Quæst. 8.

Ratio. 1.

Bonauē.

REspondeo quòd sic. Probatur primò ꝙ in foro Dei, quadrupliciter. ¶ Primò quia oppositum dicere est contra priuilegium concessum Petro. Matth 16. Quodcunq; solueris super terrā, erit solutum & in cœlo, & Matth. 18. & Ioā. 20. Quorū remiseritis peccata &c. quod intelligitur non solùm de absolutione culpæ sed etiam pœnæ secundū Bona. in. 4. dist. 20. art 2. q. 2 & Thom. & communiter docto vt suprà q. 4. & 5. latè dictum est, ergo. ¶ Secundò probatur idem. Quia Indul-

dulgentia habet quò ad satisfactionẽ eũdem effectũ quẽ haberet pœnitentia præsertim iniuncta per sacerdotem correspondẽs tali indulgentiæ, si talis pœnitentia perfectè expleta fuisset. Sed per pœnitẽtiã iniunctã à sacerdote dignè à pœnitẽte impletã soluitur pœna tẽporalis debita nõ solũ quò ad Ecclesiã, sed & quò ad diuinã iustitiã, ergo & ꝑ Indulgentiã. Cõsequẽtia patet, & maior ꝓbatur. Quia indulgentia succedit loco pœnitentiæ iniunctæ & iniũgendæ, vt suprà.q.7.&.q.1.dictum est. Item ex cõmuni sensu doctorum & Ecclesiæ. Ratio autem sumpta, à communi sensu Ecclesię & doctorũ est tantę autoritatis vt non nisi temerè oppositũ quis sentiat, vt de hoc latè Gerson, alphab.17, M.N.P.& alphab. 22.C.& alphab.36.X. & Adri.in.4.de restitu.& Conrad⁹ de cõtractibus.q.vltima. Minor etiam patet secundum omnes, ergo. *Thomas. Ratio.2.*

¶Tertiò probatur idem. Quia si Indulgentiæ non essent nisi relaxationes seu remissiones vinculi aut præcepti Ecclesiæ de implẽdis pœnitentijs à sacerdote impositis, ergo decepta esset vniuersitas fidelum credentium per Indulgentias non solùm vinculum Ecclesiæ, sed & ipsas pœnas coram Deo remitti: & concessio Indulgentiarum per Ecclesiam potiùs esset fraus nociua filijs Ecclesiæ quàm pietas materna ab ipsa Ecclesia prætẽta. *Gerson. Adrian. Conrard. Ratio.3.* ¶Quartò probatur idem. Quia sic est per Clem.6.in extrauagan. Vnigenitus de pœ.& re. declaratum, vbi expressè dicit ꝙ Indulgentia conceditur pro remissione pœnę temporalis &c.vt supra, q.3. habetur, & ideò nunc sæpe Pontifices in suis bullis apertiùs dicunt explicantes ꝙ lucrantes tales Indulgentias plenarias restituuntur ad innocentiam baptismalem, quòdq; statim euolarent ad cœlũ si statim decederent & multa huiusmodi, ergo. *Quarta.* ¶Secunda pars quòd scilicet Indulgentia remittat pœnas debitas pro peccatis etiam in foro Ecclesiæ, probatur. Quia hoc patet ex ipso tenore Indulgentiarum expressè de iniunctis. Tum etiam quia Papa potest tollere vinculum Ecclesiasticum, ex quo potest in omne Ius humanũ, & ipse tenor Indulgentiarum fauorabilium id patitur, præsertim quia & expressè sæpe ponitur in bullis, ꝙ lucrãs talẽ Indulgentiã non teneatur ad aliam pœnitentiam faciendam. Et quia communis sensus Ecclesiæ & doctorũ sic sentit, ergo. Itẽ ad hoc facit ca. Cum ex eo.de pę.& re.vbi dicitur ꝙ per Indulgẽtias indiscretas pœnitentiales satisfactio eneruatur, ex quibus verbis dicunt Summa Angelica, & Adrianus in materia de Indulgentijs secundum *Secunda pars. Sũma Angelica. Adrian.*

Panor.

Panorm. Panor. ꝙ elicitur intentum: sed certè modò inde eliciatur, modò non, vt patet intuenti, tamen rationes suprà dictæ sufficienter id probant. *Coroll. 1.* ¶ Ex omnibus suprà dictis infertur primò ꝙ non valet illa opinio erronea dicens ꝙ per Indulgētias remittitur quidem pœnitentia debita coram Deo & Ecclesia, dum modò sacerdos qui eam imposuit concesserit ꝙ per Indulgentias possit etiã solui. *Gloss.* Quam opinionẽ tenuit Glossa in cap. Quod autem, de pœ. & re. & aliqui alij Canonistæ. *Angeli.* Et ꝙ non valeat patet secundũ summam Angelicã tit. Indulgentia. §. 1. & supplementũ Gabrielis, *Gabriel.* in 4. dist. 45. q. 3. art. 2. propo. 11. & cõmuniter docto. vbi suprà: quia videtur arctare potestatem Papæ aut superioris, quasi non possit remittere pęnã impositã ab inferiori suo cõtra no. In ca. Quod super his. §. Rursus, de voto. Tum etiam quia videtur contra ca. Cũ ex eo, de pœ. & re. in verbo Eneruatur, Nam etiam contra voluntatem & imperium sacerdotis potest pœnitens per Indulgentias satisfacere de peccatis coram Deo & Ecclesia. Non enim potest inferior impedire beneficium Principis aut superioris sui, ergo. ¶ Sed si præfata opinio Glossę intelligat quòd quando Indulgentia conceditur solùm de iniunctis pœnitentijs, tunc nisi per sacerdotem sit aliquid saltem generaliter iniunctum, vtpote dicendo, Quicquid boni feceris &c. non valebit talis Indulgentia, tũc talis opinio esset vera, vt suprà dictum est. q. 7. propo. 3. secundũ Gerson, in regulis moralibus alphab. 25. G. *Gerson.* Quia talis iniunctio generalis est & dicitur quoddãmodo licentia, secundum præfatam opinionem glossæ. Potest etiam fortè saluari dicta Glossa, si intelligat de pœnitentia iniuncta quò ad vim medicinalem, vt infrà in. 4. corollario saluatur & explicatur. *Coroll. 2.* ¶ Secundò infertur, ꝙ non valet illa alia opinio tenens ꝙ per Indulgētias remittitur quidem pœnitentia debita coram Deo & Ecclesia, sed concedens onerat se ad satisfaciendum pro illo cui cõcessit Indulgẽtiã. Et ꝙ hæc opinio etiam sit falsa, patet. Quia nemo obligatur ad aliquid nisi qui animum obligandi habuit aliquo modo, seu qui habere tenetur ex lege aliqua, vel obligatione. ff. de acti. & oblig. Nullus autem concedens Indulgentias, se ad id obligare intẽdit vllo modo, vt patet experiẽtia & supponitur, neq; vllo iure obligatur ad hoc, vt patet: quia non dabitur tale Ius. Nam & Indulgentiæ conceduntur de thesauro Ecclesiæ, qui subiect⁹ est dispensanti, vt de eo tanquàm de sibi commisso rationabiliter distribuat egentib⁹, vt sic

vt sic satisfiat iustitiæ Dei pro egẽtib⁹ sine alia obligatione, vt su prà dictũ est. q. 1. & 2. & 3. & 5. ergo. ¶ Tertiò infertur, ꝙ nõ valet illa alia opinio tenens ꝙ per Indulgentiã remittitur tã quò ad Deum, quam quò ad Ecclesiam pœna debita pro illo peccato tãtùm pro quo nondũ quis satisfecit ex negligentia. Non aũt remittitur pœna quã contempsit aut noluit implere, cùm posset satis facere. Et ꝙ non valeat hæc opinio quò ad hanc partem negatiuã patet. Quia tenor Indulgentiæ nõ distinguit inter illos, ergo nec nos distinguere debem⁹, vt est cõmunis regula & practica Iuris: ergo si quis est iã de peccato negligẽtię aut cõtẽpt⁹, quò ad culpã sufficiẽter mũdat⁹ certè potest ꝑ indulgẽtias à pęna qũocũq; debita liberari. Alias rationes dãt alij doct. & Sũmistæ ad hoc quæ mihi nõ placẽt, ideò omittũtur. Quartò sequitur ex dictis, ꝙ si qs lucratus est Indulgentiã absolutè concessam plenariã aut tot dierum vel annorum, non tenetur iam implere pœnitentiam totidẽ dierum vel annorum sibi iniunctã à sacerdote, etiam si sit iniuncta in pane & aqua aut in alia graui pœnitentia. Ratio, quia iam per Indulgentiam satisfecit coram Deo & Ecclesia. ¶ Sed nota ꝙ corollarium hoc debet intelligi & limitari, ꝙ scilicet quò ad satisfactiuam vim pro peccatis non manet pœnitens obligatus talẽ pœnitentiam implere, secùs autem quò ad vim medicinalẽ putà ad refrenandum concupiscentias. Ideò quando pœnitentiæ iniũguntur à confessore non solùm quò ad vim satisfactiuam, sed & quò ad medicinalem, Indulgentiæ autem solùm valeant quo ad vim satisfactiuam, sequitur quòd tunc absolutè non manet pœnitens liber à pœnitentia iniuncta per tales Indulgentias nisi ex mẽte Papæ cõstet oppositũ, & fortè Glossa suprà in primo corollario reprobata si ad hunc sensum intellexit, rectè dixit. ¶ Et quidem quando conceditur Indulgentia plenaria absolutè non dicẽdo de iniũctis &c. non videtur dubitãdum de hoc. 4. corollario. At verò quando limitatè conceditur Indulgentia de iniunctis, tunc solæ pœnitentiæ iniunctæ soluitur, vt dictum est. q. 7. propo. 3. Quando verò Indulgentia conceditur absolutè quidẽ, sed particulariter, putà quia non plenariè sed tot dierum aut annorũ, putà quadraginta aut huiusmodi, tunc probabiliùs credo ꝙ prædictum corollarium quartum est verum, dum modò talis pœnitens non sit debitor coram Deo alterius pœnę pro suis peccatis quàm sit pœna illorum dierum aut annorum. Quod ideò dico, quia si

Coroll. 3.

Nota.

Corol. 4.

pœnitẽs sit debitor 40. dierũ iniũctorũ à sacerdote & etiã multorũ aliorũ dierũ vel annorũ nõ iniũctorũ, & ei cõcedatur Indulg. 40. dierũ aut annorũ absolutè nõ dicẽdo de iniũctis, tũc dico ꝓbabiliùs esse ꝙ solùm remittitur ei corã Deo p talẽ Indul. pœnitẽtia 40. dierũ aut annorũ nõ iniũcta, nõ autẽ pœnitentia illorũ 40. dierũ iniũctorũ à sacerdote. Ratio huius est, quia illa Indul. 40. dierũ absolutè concessa, non includit necessariò illam aliam 40. dierum iniunctorum, quod patet. Quia potest valere pro pœnitẽtia aliorum quadraginta dierum aliàs debitorum vltra pœnitentiam quadraginta dierum iniunctorum, quæ pœnitentia quadraginta dierum non iniunctorum poterit solui per aliam viã: ergo talis Indulgentia potest valere pro illis quadraginta diebus nõ iniũctis manente obligatione ad alios quadraginta dies iniũctos. Et sic credo esse verũ, nisi de mente cõcedentis aliud constet. Et ad id facere videtur cõmune dictũ cõsiliũq; doctorũ, ꝙ. s. nõ obstantib⁹ Indulgẽtijs instãdũ est etiã bonis operib⁹ & satisfactionib⁹ pęnitẽtialib⁹ ꝓpter rationes quæ infrà. q 37. &. q. 14. habẽtur.

Argu. 1. Et quia tales Indulgentię absolutè partiales non se extẽdunt corã Deo, vt dictũ est, & sic patet declaratio & probatio prædictorũ.

¶ Contra suprà dicta arguitur ꝙ per has Indulgentias, maximè quando expressè conceduntur de iniunctis non remittitur pœna debita coram Deo, sed solùm quò ad Ecclesiam, quod probatur quadrupliciter. ¶ Primò, quia pœnitentia iniuncta ab homine non obligat nisi in foro Ecclesiastico, ergo similiter eius absolutio non valet nisi in foro Ecclesiastico. Consequentia patet. Quia absolutio est respectu eiusdẽ, respectu cuius erat obligatio, & quia potestas ligandi & soluendi est par & respectu eiusdem concessa. Antecedens autem probatur. Quia Papa non potest obligare, & facere reum alicuius pœnæ temporalis vel æternæ coram Dei iudicio, eum qui secundũ Dei iudiciũ non est reus talis pœnæ. Alioqui ligaret non ligandum, contra cõmunẽ glossam doctorum super illud Matth. 16. Quodcunq; solueris super terrã scilicet scdm Dei iudicium &c. Item quia si nõ potest illã pœnã corã Deo seu in purgatorio infligere, ergo nec ad illã obligare.

Argu. 2. ¶ Secũdò arguitur ad idem. Quia quãdo vnus & idẽ actus est debit⁹ duplici vinculo. s. Dei & Ecclesiæ, Ecclesia talẽ absoluens non absoluit à vinculo Dei, sed à suo vinculo Ecclesiastico tantũ. Nũc aũt peccator tenetur absolutè seu ex suppositione aut qũolibet pro peccato iã

quò

quò ad culpā dimisso ad pęnitētiā tēporalē, putà. 7. annorū ex duplici vinculo. s. Dei & Ecclesiæ vt supponitur, ergo per Indulgentias absoluitur solū à vinculo Ecclesiæ non Dei. Cōsequētia patet cū minore, & maior ꝓbatur. Quia à lege & obligatione Dei nō potest etiā Papa quēq̄ absoluere, putà ꝙ non teneatur quis seruare mādata aut cōteri, & similiter ꝙ nō teneatur satisfacere vt Deo tenetur ꝓ peccatis scd̄m Dei decretū, sed solū potest absoluere à suo vinculo Ecclesiastico ratione cuiꝰ tenebātur implere pęnitentes pœnitētiā iniunctā. Sicut cū Papa relaxat alicui præceptū ieiunij aut nō cōmunicādi cū excōmunicatis, nō cōcedit illi, ꝙ non impleat pręceptū diuinū vel naturale de ieiunādo, vt oportet, vel de vitādo excōmunicatos, vt oportet, ad salutē ꝓximi, seu ad vitādū periculū aut scādalū aliorū, sed solū relaxat & absoluit à vinculo Ecclesiastico, ita. s. ꝙ nō arctetur specialiter ex vinculo Ecclesiastico ad id, ergo similiter Papa vel Ecclesia solū absoluit per Indulgētias à vinculo suo & nō à pęnitētijs debitis Deo in foro Dei. ¶ Tertiò arguitur. Quia pęnitētia volūtaria, de qua Mat. 3. dicitur Pœnitētiā agite &c. est de præcepto Chr̄i, & de essētia pęnitētiæ spūalis, & per consequēs de necessitate salutis. Est enim passionū mortificatiò & crux necessariò portāda post Chr̄um. Luc. 9. ergo nō est in potestate Papę vel Ecclesiæ remittere illā. ¶ Quartò arguitur. Quia satisfactio sacramētalis, nō dicitur simpliciter satisfactio, quia satisfacit Deo scd̄m eiꝰ iustitiā, sed quia satisfacit scd̄m statuta Ecclesiæ, ergo & absolutio ab illa nō est absolutio à satisfactiōe simpliciter corā Deo debita, sed à satisfactiōe scd̄m statuta aut iniūctionē Ecclesiæ. Antecedēs ꝓbatur dupliciter. Tū primò quia Deo pro culpa satisfit per pęnā mortificationis ꝓpriæ & huiusmodi: Tū secūdò, quia sicut dicitur absolutio sacramētalis tantū quæ tamen coram Deo non reponit hominem in statu gratiæ secundum opinionem probabilem beati Thomæ & aliorum doctorum ita de absolutione pœnarum videtur dicendum, ꝙ scilicet solùm sit à vinculo Ecclesiæ in foro Ecclesiæ tantùm. ¶ Respōdeo. ꝓpter has rationes aliqui erroneè tenuerūt id quod argumēto prætēdere vidētur, sed præfatæ rationes nil cōcludunt ideò ad eas respōdeo ad primū negādo antecedēs & cōsequētiā. Et ad primā antecedētis ꝓbationē, ꝙ. s. Papa nō potest obligare & facere reū. &c. respōdeo si intelligat ꝙ Papa nō potest iniustè facere reū, seu obligatū corā Deo eū qui nō est reꝰ corā Deo, tūc

Argu. 3. *Matth.* *Luc.* *Argu. 4.* *Thom.* *Resp. ad 1. argum.*

conceditur quidem, sed nil probat contra nos. Nos enim non intendimus sic dicere quod Papa potest iniustè facere reũ coram Deo seu obligare &c. sed intẽdimus dicere quod Papa vel Ecclesia potest iustè ligare seu obligare coram Deo, eũ qui potest aut debet iustè ligari coram Deo, quamuis aliàs non obligaretur coram Deo, si talis dispositio Ecclesiæ obligantis nõ superueniret. Et hoc adhuc intelligitur non quidem sic, quod directè & immediatè Ecclesia liget seu obliget volendo quod sit obligatus coram Deo, sed mediatè & indirectè scilicet non remittendo autoritatiuè obligationẽ qua quis Deo tenetur, aut præcipiendo aliquid per cuius transgressionem quis maneat obligatus seu reus culpæ aut pœnæ corã Deo & non solùm coram Ecclesia. Sic ad propositum quò ad pœnas iniunctas per Ecclesiam dico, quod quædam sunt simpliciter appositæ ab homine seu Canone vt excommunicatio seu carcer & huiusmodi. & hæ non obligant nisi in hac vita dum homo est de foro Ecclesiæ, vt patet. Quædam autẽ sunt determinantes qualitatiuè seu quantitatiuè pœnas alias secundum Deum aut Canonem Ecclesiæ determinatè suppositas & istæ pœnæ obligant partim in foro tantùm Ecclesiæ pro quanto quis non tenetur nisi in hac vita implere illas qualitates pœnarum putà ieiunando aut dando eleemosynam & huiusmodi. partim simpliciter apud Deum pro quanto si non secundum iniunctas qualitates satisfecit, tenetur satisfacere secundum diuinam iustitiam in alia vita in alia pœna æquiualente pro tota illa pœna quæ euacuata fuisset, si secundum iniunctas pœnitentias satisfecisset & sic patet quod Ecclesia per pœnitentiam sacramentalem potest obligare & obligat in foro Dei, & similiter absoluit in foro Dei. ¶ Ad aliam probationem prædicti antecedentis, quod scilicet si nõ potest illam pœnam infligere, ergo nec ad eam obligare respondeo negando antecedens & consequentiam. Ratio, quia licèt Ecclesia ex se immediatè & directè sine autoritate superioris Dei non posse infligere talem pœnam purgatorij aut inferni, & per consequens non posit ad illam illo modo obligare, tamen ex quo potest autoritate Dei aliquo modo infligere talem pœnam exequendam per alium, ita potest autoritate Dei ad illã obligare modo suprà dicto: sicut & iudex delegatus aut subordinatus ab Imperatore seu à Papa potest obligare ad pœnam aliquam infligẽdam ab alio autoritate Papæ vel regis, & nõ à se ipso. Sic in proposito, quia sic Ecclesia obligat ad culpã mortalẽ

talẽ & ad pœnã æternã, secundum communiter doctores contra Gerson de vita spirituali lectione. 4. Corol.1. & oppositũ tenere est erroneum : ideò illa negatiua posita in antecedente & consequente negans omnem modum est falsa. Ideò patet ratio negationis antecedentis & consequentiæ præfatæ probationis.

¶Item etiam si concederetur antecedens prædicti primi argumenti principalis, tamen negatur consequentia quando quis haberet potestatem absoluendi ab aliqua culpa seu pœna, ad quã obligare non posset eo modo quo est contracta illa obligatio, vt patet. Quia sacerdos sacramentaliter absoluit à culpa transgreßionis præcepti diuini vel humani ad quod ipse obligare non potuit nec Princeps, vt patet. Patet etiam quia ad culpam per solum actũ interiorem contrahendam nõ potest Ecclesia obligare, sicut nec ad ipsum actum purum interiorem nullam dependentiã aut cõnexionem habentem ad exteriorem actum seu omißionem, vt tenet opinio satis communis, quæ pro nunc supponatur, licèt ego probabiliùs & veriùs credam ꝙ potest Ecclesia ꝑcipere & prohibere & punire actũ purè interiorẽ, de quo aliàs latiùs: & tamẽ tali culpa remissa per cõtritionem potest Ecclesia absoluere per Indulgentias à pœna temporali Deo debita propter illam culpam, quia ad hoc habet potestatẽ & nõ ad aliud, sicut & per sacramentum potest absoluere ab illa culpa. Et sic respectu eiusdem culpæ & pœnæ est obligatio & absolutio, sed non ab eodem, nec eodẽ modo obligante & absoluente. Hoc enim non oportet ꝙ sit idẽ obligans & absoluens, seu ꝙ eodem modo quis absoluatur quo fuit obligatus, vt patet & dictum est, quia datur potestas ad alterum, seu altero modo & non ad aliud, seu non alio modo. Sicque patet ꝙ licèt sit par potestas ligandi & soluendi, etiam respectu eiusdem quò ad materiam .s. quò ad culpam & pœnam Matth.16. *Matth.* Quodcunque solueris &c. non tamẽ est par quò ad omnem modum. Nam peccata quomodocunq; contracta .s. à Deo vel Ecclesia obligante sacerdos tollit directè quò ad culpam ministerialiter per sacramentum : ita ꝙ absoluendo facit de peccatore iustũ, non potest tamen sic directè ministerialiter ligãdo facere de iusto peccatorem coram Deo: sicq; alio modo soluit quàm ligat sacerdos quò ad culpam. Similiter quò ad pœnas alio modo Papa soluit quàm ligat. Absoluit enim directè ministerialiter per sacramẽtalem absolutionem & per Indulgentias à pœnis Deo debitis. Li

gat autem ad pœnam ſicut ad culpam indirectè tantùm.ſ. vel nõ remittendo ex iudicio clauis vel præcipiendo aliquid, cuius trãſgreſsio conſtituit peccatorem & debitorem pœnæ coram Deo, vt ſuprà dictum eſt. ¶ Ad ſecundum argumentum principale, reſpondeo diſtinguendo maiorem. Pro quo nota ꝙ abſoluere ſtat dupliciter. Vno modo per viam licentiæ, vt ſit idem quod licentiare ne quis iam teneatur, aut ne faciat id quod præceptũ eſt ei. Alio modo ſtat abſoluere per viam remiſsionis ſeu Indulgentiæ debiti culpæ aut pœnæ iam contracti, ita ꝙ eſt remiſsio debiti iam contracti. ¶ Et differunt iſti duo modi abſolutionis. Nam primus. ſ. abſolutio per viam licentiæ eſt communis omnibus Principibus tam Eccleſiaſticis quàm ſæcularibus, dum quilibet poteſt ſoluere quæ ligauit præbendo licẽtiam ſubditis aliquibus, ne teneantur talia ſua præcepta implere. Poteſt enim Princeps relaxare generaliter quò ad omnes, aut particulariter quò ad aliquẽ obligationem ſeu obſeruationem vnius præcepti Iuris ſibi ſubiecti. Abſolutio autem ſecundo modo per viam remiſsionis debiti iam contracti quò ad culpam ſeu pœnam, eſt peculiaris Petro & ſucceſſoribus conceſſa ex ſpeciali priuilegio diuino Matth. 16. & 18. & Ioã. 20. vt ſupra. q. 4. & . 5. dictum eſt, ergo differt à communi poteſtate Principum per viam licentiæ ſuprà dictam, ad quam nõ eſt opus ſpeciali priuilegio diuinitùs collato, ſed ſtatim vt quis eſt Princeps habet illam poteſtatem per viam licentiæ ſuper prçcepta ſua aut iuris ſibi ſubiecti. Item abſolutio hæc ſecundo modo ſpecialiter Petro conceſſa habet pro materia ea quæ ſunt regni cœlorũ. Matth. 16. Tibi dabo claues regni cœlorũ &c. & ſpecialiter culpas & pœnas Deo debitas pro culpa, vt patet Matth. 16. Quodcũq; ſolueris. & Matth. 18. & Ioã. 20. vt ſupra dictũ eſt & q. 4. habetur, ergo differũt illi duo modi abſolutiõis. ¶ Nunc iſtis ſuppoſitis, reſpõdeo ad ſecũdũ argumentũ, cõcedẽdo maiorẽ, ꝙ ſcilicet nõ abſoluit abſolutè à ꝑcepto ſeu obligatione diuina primo modo abſolutionis, ſcilicet per viam licentiæ. Quia ſcilicet non poteſt abſolutè licentiare ad libitum, vt quis nõ teneatur implere Dei præcepta: ex quo non habet poteſtatem abſolutè ſuprà Dei legem aut ſuper Ius diuinum, neque ad eius diſsipationem, ſed conſeruationem. Quo non obſtante benè poteſt ex cauſa rationabili diſpenſare etiam relaxando obligationem Iuris diuini ortum habentis ad obligandum ex ſuppoſitione noſtræ voluntatis,

Reſpõſio ad. 2. argumẽtũ.

Abſolutio ꝑ viã licentiæ, & ꝑ viã remiſsionis differunt.

Ad. 2. argumentũ

tis. putà in votis & iuramentis & huiusmodi secundum communiter doctores, de quo aliàs latiùs agendũ est. Potest etiam Ecclesia determinare Ius diuinum indeterminatè positum, vt præceptũ diuinũ de confitẽdo, de obseruantia sabbati & huiusmodi, vt proximè dicetur. Sed intelligendo de absolutione secundo modo per viam remissionis debiti iam contracti, negatur illa maior. Quia Ecclesia habet autoritatem ex speciali priuilegio diuino. Matth. 16. 18. & Ioan. 20. ad absoluendũ hoc modo à debito peccatorum quò ad culpam & pœnam iam contracto, vt sępe iam suprà dictum est. Neque hoc est posse suprà Ius diuinum, sed est ministerialiter fungi autoritate diuina modo prædicto sibi concessa. Sicque nil valet consequentia, neque probatio illius maioris, quia procedit de absolutione primo modo per viam licentię accepta. *Matth.* *Ioann.*

¶Pro cuius etiam declaratione maiore nota ꝙ quãdo Deus præcipit quid indeterminatè, putà confessionem & Ecclesia insuper determinando modum & tempus & cui debeat fieri illa confessio, præcepit etiam ipsam confessionem diuino præcepto iã iniunctã q̃uis sit alia obligatio, non tamen præcipitur alia, seu iterata confessio, sed eadem vna omnino numero cõfessio quæ priùs indeterminatè est Iure diuino pręcepta, præcipitur determinatè quò ad tẽpus & modũ &c. ab Ecclesia, ita ꝙ non tenemur semel confiteri, vt satisfaciamus vinculo præcepti diuini, & iterũ vt satisfaciamus vinculo præcepti Ecclesiæ, sed semel confitendo, vt determinauit Ecclesia, satisfit etiam præcepto diuino, quia est vnica tantùm cõfessio sed duplici vinculo nobis iniuncta. Et q̃uis Ecclesia possit tollere suum vinculum, non tamẽ vinculum præcepti diuini, vt dictum est. Sic in proposito dico ꝙ in pœnitentia debita pro peccato secundum iudiciũ, aut Ius diuinum, quando Ecclesia per sacerdotem vel per Canonem iniungentẽ tali vel tali modo, putà tot diebus in pane & aqua &c. pœnitentiam illã determinatè peragendam præcipit aut statuit, tunc vnica tantũ pœnitentia debita est, sed duplici vinculo, diuino quidẽ indeterminatè, Ecclesiastico aũt determinatè. Ideò sicut pœnitens faciẽdo pœnitentiã illã, vt Ecclesia determinatè ꝑcepit aut statuit, satisfacit vtriq; vinculo Dei & Ecclesię: ita Ecclesia absoluendo per viã remissionis ab huiusmodi pœna Canonica absoluit à pœna simpliciter. Quia à pœna & a qualitate seu determinatione eius absoluit. Qui enim absoluit à toto, absoluit à qualibet eius

 parte.

parte. Et sic dato quod Ecclesia non liget nisi ad pœnam Canonicam, nec absoluat nisi à Canonica, adhuc tamen benè habetur quod ligat & absoluit coram Deo, à pœna simpliciter debita pro

Replica. peccato ex quo ad id habet autoritatem, vt dictum est. ¶Si repli cetur quòd Deus pręcepit nobis satisfacere, aut velle satispati hic vel in purgatorio pro peccato iam quò ad culpam dimisso: nunc autem ab impletione præcepti diuini non potest Ecclesia absoluere per viam licentiæ, vt suprà dictum est, ergo non potest Ecclesia per Indulgentias absoluere à debito pœnarum. Patet consequentia. Quia absoluere à debito pœnarum, seu eas remittere coram Deo per Indulgentias nil aliud est quàm iam hominem liberare ne teneatur implere præceptum de satisfaciendo Deo, & per consequens est absoluere per viam licentiæ à pręcepto diuino qđ

Respōsio non potest facere Ecclesia, vt dictum est. ¶Respondeo negādo maiorem. Quia Deus propriè loquendo non præcepit, neq; obligauit nos absolutè per viam præcepti ad satisfaciendum, seu satispatiendum hic vel in purgatorio, ita ꝙ si non satisfacimus peccemus de nouo. Sed statuit nos non intraturos cœlum nisi priùs soluamus debitum pœnæ satisfaciendo per nos vel per alios aliquo modo, vt suprà. q. 3. habetur in responsione ad octauum argumentum principale: vel satispatiendo in purgatorio, & consuluit

Matth. nobis satisfacere vt habetur Matth. 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ, & præcepit nobis, vt acceptaremus prædictum Dei decretum de satisfaciendo hic, vel satispatiendo in purgatorio vt dictū

Altera respōsio. est. ¶Alio modo respondeo ad hanc replicam tenendo ꝙ est pceptū de satisfaciendo aut acceptādo satisfacere vel satispati hic vel pòst per nos vel per alios Matth. 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ, vt suprà. q. 3. Respondeo negando consequentiam, & ad eius probationem negatur ꝙ remittere pœnas sit hominem liberare aut licentiare ne teneatur implere præceptum, aut sit ab-

Respōsio ad. 3. argumētū. soluere per viā licentiæ. Dico enī ꝙ potiùs est de thesauro Ecclesiæ applicare, soluere & satisfacere pro eo, & facere, ꝙ ille impleat præceptum de satisfaciendo per se vel per alium, vt suprà. q. 3. q. 7

Adrian. &. q. 1. &. 2. &. 5. latè dictum est, & suprà in principio huius quæstionis, ꝙ Indulgentia succedit loco satisfactionis debitæ. ¶Ad tertiū argumentū respondeo secundum Adrianū, vt habetur suprà q. 3. in responsione ad octauum argumentum, in respōsione ad secundā rationē, ꝙ illud Matth. 3. Pœnitentiam agite &c. lo-

quitur

quitur de pœnitentia internæ cõtritionis efficacis ad salutem, nõ autem de satisfactione pœnarum. Quòd si etiam de pœnitentia exteriori intelligatur ꝙ est necessaria, dico hoc esse verum, prout talis pœnitẽtia exterior & mortificatio & crux est medicinalis curatiua seu præseruatiua peccati: quia vt talis non potest suppleri per Indulgentias: quatenùs autem satisfactoria benè potest suppleri per Indulgentias, vt dictum est. ¶ Ad quartum argumẽtum, respondeo ad antecedens ꝙ satisfactio sacramentalis dicitur satisfactio simpliciter. i. verè & plenè coram Deo & Ecclesia, dum modò agens illam sit rectè dispositus seu rectè illam agat, & non est satisfactio diminutè aut secũdum quid coram Ecclesia tantũ, quãuis aliquando non sit satisfactio simpliciter. i. totalis sed partialis tantùm: quando. s. non est imposita tanta pœnitentia sacramentalis quanta requirebatur quò ad Deum. Et ad primam probationem antecedentis. ꝙ. s. Deo satisfit per mortificationẽ propriam &c. iam responsum est ad tertium argumentum immediatè præcedens. ¶ Ad aliam probationem de absolutione sacramẽtali tantùm & non fructuosa quò ad culpam &c. respondeo, supposita illa opinione probabili, conceditur antecedens illud, sed negatur consequentia si intelligatur vniuersaliter de omni pœna Ecclesiastica, ꝙ. s. absolutio ab ea intelligatur solùm & valeat in foro Ecclesiæ, similiter & iniunctio. Hoc enim est falsum vniuersaliter. Nam aliqua iniunctio pœnitentiæ est solùm valida in foro Ecclesiastico, & similiter eius absolutio, vt excommunicatio, carcer &c. aliqua autem est coram Deo & Ecclesia vt suprà dictum est in responsione ad primum argumentum. Et ratio huius diuersitatis, & per consequens ratio negationis consequentiæ est, quia in absolutione sacramentali culparũ non potest Ecclesia fructuosè coram Deo absoluere nisi sufficienter dispositũ ad gratiã suscipiendam per sacramentũ, qualis non est is qui solũ sacramentaliter absoluitur. Si enim esset debitè dispositus ad gratiam tunc etiam quò ad Deum fructuosè absolutus esset. In absolutione autẽ pœnarũ per Indulgentias coram Deo quilibet existens in gratia, vt supponitur: ad lucrandam Indulgentiam faciens quod Ecclesia imponit secundum tenorem Indulgentię ad eam lucrandum, est sufficienter dispositus ad eam lucrandum, & per consequens vt fructuosè absoluatur à suis pœnis debitis, quò ad Deum & Ecclesiam, ergo.

Respõsio ad. 4. argumentũ

Quæstio nona.

Vtrùm sit aliqua differentia inter Indulgentiam plenariam, pleniorem, & plenissimam & Iubileum: & quid importetur per hæc nomina & per illa alia, scilicet Carena. Quadragena, Septena.

Quæst. 9 Proposi. RESpondeo per duas propositiones, quarum prima est. ¶Quàmuis olim aliud esset Indulgẽtia plenaria, plenior, & plenissima & Iubileus, nunc autem ex stilo curiæ quantùm attinet ad rationem Indulgentiæ hæc omnia idẽ sunt. Probatur. Quia doctores antiqui & moderni diuersimodè loquuti sunt de ijs, vt patet ex Palud. in 4. dist. 20. q. vltima & Supplemento Gabrielis in. 4. dist 45. q. 3. art. 1. nota 3. & 4. & Adrianus est ad idem in materia de Indulgentijs & communiter doctores, vt innuitur in extrauaganti Bonifacij Octaui, Antiquorũ. de pœni. & re. vbi dicit quòd non solùm plenam & largiorem, sed & plenissimam Indulgentiã concedit euntibus Romam de quinquagesimo in quinquagesimum annum. Vbi patet tunc temporis differentiam fuisse inter plenam, pleniorem, seu largiorem & plenissimam Indulgentiam quòdque stilus curiæ tunc differentiam ponebat. ¶Sed quæ differentia est seu erat inter prædicta? Respondeo non constat de hoc, vt ait supplementum vbi suprà, dicens quòd nisi adsit declaratio Papæ aut aliàs per consuetudinem aut per stilum curiæ, non potest haberi perfecta certitudo de hoc, ex quo nomina sunt ad placitum, & diuersi summi Pontifices & in diuersis temporibus ijdem Pontifices nõ eodem modo vsi sunt & vtuntur his vocabulis. Nam Bonifacius. 8 in dicta extrauaganti Antiquorum. innuit differentiam inter plenam, pleniorem & plenissimam, vt dictum est. ¶Innocẽ. autẽ. 8. Iubileũ nominat plenariam, quandoq; etiam plenissimam Indulgentiã.

Palud. Gabriel. Adrian. Bonifa. Innocen.

Alexand.

Alexand. plenissimam, & nunc etiam indifferenter accipiuntur pro eodem, ergo non satis constat de hoc. ¶Quod etiam patet per opiniones quæ in hoc fuerunt tres: quas etiam refert supplementum vbi suprà. & Palud. *Alexan.*

¶Prima opinio est, quod Indulgentia plenaria dicebatur respectu pœnitentiæ iniunctæ à sacerdote pro mortalibus tantùm. Plenior autem respectu iniunctæ pro mortalibus & venialibus, & sic communiter tenebatur olim, & de Iubileo nil dicit Palud. *Prima opinio.*

¶Secunda opinio aliorum ꝙ Indulgentia plenaria erat de pœnitentijs à sacerdote iniunctis pro peccatis tantùm cõfessis mortalibus & venialibus Plenior autem erat de iniunctis & de iniungendis pro confessis tãtùm. Plenissima verò erat de omnibus iniunctis & iniungendis pro mortalibus & venialibus confessis, & etiam inculpabiliter oblitis & ignoratis. Iubileus erat idem quod Indulgentia plenissima, sed super addebat hoc, scilicet quòd tũc concedebatur à Papa facultas confitendi & absoluendi per quẽcũque idoneũ sacerdotem ab omnibus peccatis etiam reseruatis & excommunicationibus. Ratio huius est, quia sic erat stilus curiæ tunc, cui in hoc est standum & quia Bonifacius Octauus in prædicta extrauaganti. Antiquorum sic innuit modo prædicto. *Secunda.*

¶Tertia opinio aliorum est ꝙ Indulgentia plenaria est respectu pœnæ mortalium tantùm. Plenior respectu pœnæ mortaliũ & venialium. Plenissima autem respectu etiam culparum venialium. Hanc opinionem refert & non asserit sed opinatiuè & dubitatiuè eam tenet Palud. vbi suprà cum alijs. Et videtur hæc opinio supponere quòd aliud est remissio culpæ venialis, aliud remissio pœnæ eius, vt tenet Thomas & multi alij doctores communiter. Probatur hæc opinio quò ad plenam & pleniorẽ. Quia potest remitti pœna debita mortali non remissa pœna debita culpæ veniali: sicut & culpa mortalis potest remitti, non remissa culpa veniali, sicut & potest solui pœna temporalis debita vni peccato tam mortali quàm veniali non remissa, aut non soluta pœna alterius peccati mortalis aut venialis, ergo. *Tertia.* *Palud.* *Thom.*

¶Quod autem plenissima sit respectu culpæ venialium probatur à Palud. vbi suprà. Quia videtur ꝙ per Indulgentiam, vt habet rationem cuiusdam absolutionis, remittitur veniale quò ad culpam sicut & per confessionem generalem non sacramentalẽ, sed ad hoc requiritur contritio, & quantùm ad hoc potest salua-

ri & intelligi quod dicitur in dicta extrauagan. Bonifa. 8. Antiquorum. de pœ. & re. quòd scilicet secundum quod magis vel minùs deuotè .i. contritè de peccatis vnusquisque accederet, eò magis vel minùs plenè recipit Indulgentiã, quæ verba dicit Palud. ꝙ non possant intelligi de plenaria remissione pœnæ pro mortalibus tantùm, sed solùm de remissione culpæ, quam Papa ad plenum remittere non potest, nisi homo ad plenum conteratur. Sed sicut imperfecta contritio de se fit perfecta accedente sacramento pœnitentiæ quò ad culpam mortalem remittendam, ita ait Palud. ibidem quod aliqua contritio seu displicentia quòad culpam venialem non esset sufficiens nec plena: quæ quidem tamen adiuncta cum Papali absolutione, quæ est sæpè in Indulgentia seu cum benedictione Episcopali efficitur plena & sufficiens ad remissionem culpæ venialis. Et quia in Indulgẽtia plenissima semper adest illa absolutio Papalis, cum qua leuis displicentia insufficiens de se fit sufficiens ad remissionẽ culpæ venialis, ideò dicit Palud. quòd Indulgentia plenissima est respectu etiã culpæ venialis, vt dictum est. ¶ Et per consequens ait supplementum quòd Palude habet concedere secundum hanc suam viam, quòd qui habet contritionem sufficientem de mortalibus tantùm si ei cõceditur Indulgentia plenissima tunc per eam habet remissionẽ à culpa omnium venialium etiam à pœna omnium mortaliũ & venialium quia plenissima Indulgentia includit plenam & pleniorem secundum hanc viam. ¶ Sed certè, vt ait Adrianus in quarto de Indulgen. hæc opinio & declaratio ipsius Palud. videtur defficere in multis præcipuè in tribus. Primò quòd illa glossa prædictæ extrauagant. vbi ly deuotè glossatur, id est, contritè est dissona ipsi vocabulo & est merè voluntaria. Nam deuotè non est idem quod contritè, vt ex verbis ipsius extrauagant. innuitur & latiùs habetur infrà. quæstio. 26. & quæstio. vigesima nona. quomodo debeat intelligi. Secundò deficit. Quia dicit quòd aliqua contritio culpæ venialis sit insufficiens ad talis culpæ remissionem, hoc non videtur rationabile: quia si contritio est, quantumcunque parua sit, delet omne peccatum de quo talis contritio habetur particulariter aut generaliter, quantò magis quòd ad deletionem culpę venialis sufficit attritio quæ est displicentia aliqua non attingens perfectionem contritionis nisi fortè Palude contritionem extendat ad quãcunque peccati displicentiam.

Palud. *Adrian.* *Opinio Palu. deficit. Primò.* *Secundò.*

Tertio

Tertiò deficit. Quia dicit quòd absolutio Papalis aut benedictio Episcopalis facit plenam contritionem eam quæ nõ est:& quod facit de attrito contritum. Certè hoc videtur difficile, imò & impossible, stante lege, quia hoc reseruatur sacramentis gratiæ tantùm. Et quia absolutio Papalis, quam per Indulgentias impendit præsupponit statum gratiæ, & solùm concedit remissionẽ plenissimam verè pœnitentibus & cõfessis, vt patet in dicta extrauagã. Antiquorũ ergo propter hęc incõuenientia fortè ipse Palud. nõ posuit assertiuè pręfatam tertiã opinionem. ¶Quarta opinio, in qua tandẽ videtur probabiliter stãdum, est ꝙ quò ad rationẽ Indulgentiæ quæ est remissio pœnarum pro peccatis, idem est Indulgentia plenaria, plenior & plenissima & Iubileus. Quia hæc omnia important remissionem omnium pœnarum, omniũ peccatorum, mortalium & venialium tam de iniunctis, quàm de nõ iniunctis: tam de confessis quàm de non cõfessis quomodocũq;. Et hoc habet veritatem, quando sic absolutè sine vlla limitatione conceduntur: secùs si limitatè expressè concedatur de iniunctis, aut de confessis, quia de illis tantùm intelligitur talis Indulgentia etiam plenissima aut Iubileus sic limitatè concessus. Quãuis Iubileus raro conceditur cũ limitatione aliqua, sed absolutè sæpiùs ferè conceditur. ¶Dictũ est ꝙ quò ad rationem Indulgentiæ prædicta omnia sunt idem. Quod ideò dictum est, quia quò ad aliud videtur Iubileus aliquid aliud importare. Nam quando simul cũ Indulgentia plenaria absolutè concessa concedit etiã Papa quòd quis possit absolui sacramentaliter de omnibus casibus, excõmunicationibus & peccatis, tũc solet dici Iubileus & nõ aliter, vt ait Ioan. de Annania in tractatu de Indulgentijs, & concordat Florẽti. prima parte. titu. 10. ca, 3. §. 3. 6. & supplementum Gabrielis in 4. dist. 45. q. 3. art. 1. nota. 1. & 3. & art. 2. concl. 9. & 11. & Siluester tit. Induigen. q. 10. part. 1. ¶Ratio horũ omnium est, quia sic nũc habet stilus curiæ Romanę, cui in hoc standum est: & sic habetur in multis literis Papalibus his temporibus modernis concessis. ¶Similiter habet stilus curiæ & cõsuetudo optima legum & concessionum interpres, ꝙ quando Papa concedit ꝙ quis possit absolui plenariè sacramentaliter, concedit etiam Indulgentiã plenariam posse cõcedi. ¶Si quæras quãdo incœpit vsus Iubilei generalis respondeo secundum Floren. vbi supra, §. 6. & 7. ex Ioanne Andr. & cõmuniter doctoribus: ꝙ creditur incœpisse à tempore

Tertiò.

Quarta opinio

Indulgẽtia plenaria, plenior & plenißima, & Iubileus sunt idem.

Ioann. de Annia. *Florenti.* *Gabriel.* *Siluest.*

Iubilei vsus quo tẽpore incœperit.

Bonifa. 8. circa annum Domini. 1300. vt habetur in extrauag an.
Iubilei interpretatio. Antiquorum. de pœn. & re. ¶ Iubileus autem dicitur secundum prædictos doctores, à Iobel Hebraicè, quod Latinè est initiũ, inde iubileus, id est initians, quia in lege veteri in illo anno Iubilei incipiebãt libertates possessionum & seruitutum & remissiones offensarum omniaq; redibant ad suum pristinum statum, vt habetur
Leuit. Leuit. 25. & ideò tunc fiebat magnum gaudium & Iubileus liberatorum à seruitutibus antiquis. Vel potiùs dic quod Iubileus Hebraicè est idẽ quod buccina Latinè, quia tẽpore Iubilei Hæbrei clangebant buccinis vt Leuit. 25. & habetur in interpretationibus Bibliæ emẽdatis. Inde etiã per analogiã à prædictis & ethimologiã
Altera interpretatio. Latinã potest etiã Iubileus dici à iubilo. Quia per Iubileũ homini spiritualiter renouato & ad gratiã baptismalẽ reducto est gaudium magnum conscientiæ & cordis & oris, iubilatio & gratiarum actio laudumq; personatio secũdũ illud Psalmi. 80. Buccinate
Psalmus. in næomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ. ¶ Secũda
Propositio. 2. ppositio Illa nomina Carena, Quadragena Septena quæ ponũtur in Iure Canonico & in bullis, aliquando sunt nomina Indulgentiarum tollentium tantam vel tantam pœnã signatã per Carenam Quadragenã, vel Septenam & sic communiter sumuntur
Carena. Quadragena. Septena. in bullis Indulgentiarum: aliquando autem sunt præcisè nomina pœnarum, & sic cõmuniter sumuntur in Iure cõmuni. ¶ Probatur secundũ suplementũ vbi suprà. Primò de Carena quod sit nomẽ pœnę patet de accu. ca. Accusati. & de sponsa. duorũ. ca. Accepisti. vbi Carena dicitur tempus quadraginta dierum in pane & aqua cum septem sequentibus annis, & glossa in dicto ca. Accusati, dicit quod Carena est vocabulum Longobardorũ sic dictũ à ca
Gabri. rentia hominũ, quia acturi illam pœnitentiam quasi solitarij secludebantur à populis. sicut Nu. 12. legitur de Maria sorore Aarõ. & hæc pœnitentia regulariter infligebatur pro quolibet mortali. 33.
Glossa. q. 2. Hoc ipsum. Quãdoq; verò pro qualitate criminis Ius maiorẽ
Hostien. pœnitentiam imponebat vt Hostiensis, titu. de pœ. & re. multos
Nume. casus ponit: & poterat sacerdos ex causa eam abbreuiare & determinare certos dies & modum 33. q. 2 Et de hac pœna quæ dicitur Carena habetur dist. 50. ca. In capite, & videtur quod Carena cõplectitur quadragenam dierum & septenam annorũ, vt patet ex dictis. ¶ Quòd aũt Carena sit etiã nomen Indulgentiæ patet. In literis papalibus conceditur Carena Indulgentiæ, tunc enim per talẽ

talem Indulgentiam conceditur tempus quadraginta dierum & septem annorum pœnitentiæ ad quam ex vi Carenæ tenebatur quando erat nomen pœnæ, vt dictum est: igitur Carena est tempus quadraginta dierum & septem annorum pœnitentiæ aut Indulgentiæ. ¶De Quadragena verò & septena etiã dico ꝙ aliquando sunt nomina pœnæ, quando scilicet in Iure Canonico inueniuntur: aliquando sunt nomina Indulgentiæ, vt in literis Papalibus Indulgentiarum. Nam notat Iacobus Cardinalis in suo tractatu de Indulgentijs, & vnde id sumpserit nescio, nisi fortè ex gestis summorum pontificum quòd Clemens Papa primus primò instituit quadragenam per quam significatur tempus pœnitentiæ quadraginta dierum, & Septenam per quam significatur tempus pœnitentiæ septem annorum. Nam statuit quòd peccatores pro mortali excluderentur ab Ecclesia, & pœnitentiam agebant nudo capite, asperso cinere per illos quadraginta dies, & deinde iniungebatur eis pœnitentia septenalis per sacerdotem. Et ita pro quolibet mortali iniungebatur olim pœnitentia septenalis, id est, septem annorum modo suprà dicto secundum Hostiensem, in titulo de pœnitent. & remiss. §. quæ pœna sit pro peccatis. 33 quæstione. 2. cap Hoc ipsum, &. §. sequenti. Hoc autem. & 22. quæstione prima. cap. Prædicandú: nisi maior vel minor reperiatur in canone expressa. & Innoc. primus iniungebat pro vno mortali septenariam modo certo peragendam, quæ dicebatur Septena aut Septenaria Innocentij, quia fortè & tunc Papa vel sacerdos alius determinabat quid illis diebus erat per hebdomadam à tali peccatore faciendum, & sic patet, ꝙ & quomodo Quadragena & Septena sunt nomina pœnarum. ¶Sunt antẽ nomina Indulgentiarum in literis Papalibus quando cõceditur quadragenæ Indulgentiæ id est, quadraginta dierum, & septena id est septẽ anni Indulgentiæ vt dictum est. Palud. in. 4 dist. 20. q. 4. art. 2 conclu 4. vtitur illo **nomine quadragena**, **pro vt est** Indulgentiæ quadraginta dierũ tantùm nil superaddẽdo de septenali pœnitentia subseqũẽter ei adiuncta vt suprà dictum est. Fortè illa nomina olim sic fuerunt in vsu nunc autem vt dicit Palud. non sunt in vsu, quia hæc cum tempore variantur. Hæc supplementũ Gabrielis vbi suprà. ¶Sed quare in aliquibus bullis conceduntur vltra Indulgentiam plenariam tot dies vel quadragenæ de Indulgentia, si Indulgentia plenaria remittitur tota pœna?

Quadragena.

Iaco. Car.

Hostien.

Innocen.

¶Respondeo, tum primò vt sit abundans cautela propter opiniones suprà positas, ideò manet stilus curiæ antiquus quãdo illæ opiniones vigebant. Tum secundò: vt si causa Indulgentiæ non sufficiẽs fuerit ad Indulgentiam plenariam saltem lucretur illos dies vel quadragenas, is cui talis bulla conceditur, vt de hoc latiùs infrà, q.17.

Articulus secundus, in quo agitur quis & quibus potest conferre Indulgentias & continet septem quæstiones, quarum prima est, & in ordine decima subsequitur.

Quæstio decima.

Qui sunt ij qui possunt concedere Indulgentias?

Quæs.10.

Prima ꝓpositio.

Respondeo per vndecim Propositiones. ¶Quarũ prima propositio est. Pepa in primis, & alij habẽtes ad hoc iurisdictionem aliquam, seu commissionẽ quomodocunq;, & nõ alij possunt cõcedere Indulgentias. Ratio, quia concedere Indulgẽtias est actus iurisdictionis, ergo ille tantùm qui eam quò ad hoc quomodocunq; seu cõmissionem habet, potest concedere Indulgentias & non alius. Patet consequentia. Quia solus ille potest actũ exercere qui habet potestatem. Et antecedens probatur secũdum cõmuniter doctores, in.4.dist.20.& secundum Canonistas vbi suprà.q.1.habetur. ¶Et notanter dictũ est in propositione ꝙ habẽtes ad hoc iurisdictionem aliquã seu cõmissionem quomodocunq; id possunt, vt ly quomodocunq; determinet vtrunque

ad

ad hunc ſenſum ꝙ ſcilicet ad concedendum Indulgētias ſufficit ꝙ quis habeat iuriſdictionem ordinariam vniuerſalem, vt Papa in tota Eccleſia, vel ordinariam particularem vt Epiſcopi in ſuis diœceſibus, vt infrà propo..2. de eis ſpecialiter dicetur, vel ꝙ habeat legitimam cōmiſsionem quācunq; ſcilicet generalem vel particularem, vt habent Legati Papæ vel alij eius cōmiſſarij generalis ex officio ſeu ex particulari cōmiſsione ad id: & quomodocunq; ſcilicet vel de Iure cōmuni ſeu de particulari priuilegio aut conceſsione, ſeu ex conſuetudine legitimè præſcripta æquiualente priuilegio aut cōceſsioni, vt infrà dubio.1. habetur, habeat præfatam iuriſdictionem ſeu commiſsionem. ¶Ideò de ſingulis diſcurrendo et primò de domino Papa, dicimus ꝙ ipſe præ omnibus habet hanc poteſtatem. Ratio, quia ipſi præcipuè conceſſū eſt poſſe remittere peccata, Matt.16. Quodcunq; ſolueris &c. & Ioan.20. Paſce oues & agnos meos, ſpeciali paſtu de quo ibidem ſequitur. Quorū remiſeritis peccata &c. quò ad culpam & pœnā vt ſuprà. q.4.&.5. Nunc autem remittere peccata quò ad pœnam per modum aut per poteſtatem iuriſdictionis eſt cōcedere Indulgentias, vt ſuprà. q.1. habetur, ergo. Item qui preeſt toti Eccleſiæ poteſt de cōmuni eius theſauro diſtribuere membris Eccleſiæ, ſed Papa eſt huiuſmodi, quia eſt vniuerſalis paſtor Eccleſiæ habens iuriſdictionem & curam vniuerſalis Eccleſiæ: ergo patet cōſequentia, & antecedens probatum eſt ſuprà. q.5. Minor autem patet Ioan.20. Paſce oues & agnos meos &c. & Matth.16. Tu es Petrus & ſuper hanc petram, id eſt, ſupra te principem Eccleſiæ & Apoſtolorū aliorum ſecundum gloſſam Auguſt. & aliorū doctorum, & vt canit Eccleſia. Tu es paſtor ouium princeps Apoſtolorum, Item tu vocaberis Cephas, id eſt caput & princeps aliorū, quia & ſol⁹ Papa habet plenitudinem poteſtatis extra, cap. Cū ex eo. de pœ. & re. & concordant in hoc Bonauentu. in.4. diſt.20. artic,2. q.3. & beatus Thom. ea diſt. art.4. q.1. & in addi. tertiæ partis. q.26. art.1. & Palud. & communiter doctores. ¶Ergo modò teneatur ꝙ Indulgētia eſt principaliter remiſsio, modò teneatur ſecundum alios ꝙ eſt communicatio theſauri, modò ſolutio pœnarum, patet probata prima propo. & intentum. ¶Secunda propoſitio. Epiſcopi & Archiepiſcopi habent Iure diuino poteſtatē concedendi Indulgentias, ſed non in tanta copia vt Papa, neque vltra aut contra taxationem ſeu limitationem eis per Papam, vel

Ioannes. *Matth.* *Augus.* *Eccleſiē.* *Bonauen* *Palud.* *Thom.* *2. propo.*

per

per Ecclesiam factam. ¶Pro probatione & declaratione nota, quòd hic est duplex opinio, quò ad primam partem huius propositionis. Prima opinio est Durandi. in quarto, distinctione vigesima, quæstione quinta: vt etiam refert Palud. ea distinctione, quæstione quarta, articulo. 2. ꝙ Iure diuino non habent autoritatem ordinariam ad hoc, sed ex commissione Papæ generali eo ipso ꝙ Episcopi consecrantur. Ratio eius est. Quia ille solus potest dispēsare communē Ecclesiæ thesaurum, qui habet curā totius Ecclesiæ, & illi toti præest, hic autem est solus Papa, ergo consequentia patet cum minore, & maior probata est suprà, & . q. 5. quia & in omni polycia videmus ꝙ ad solùm habentem curam totius cōmunitatis pertinet autoritas propria dispensandi thesaurum cōmunem illius cōmunitatis. Nunc autem thesaurus quē Christus dimisit Ecclesiæ sponsæ suæ non est diuisus, ita ꝙ in vna particulari Ecclesia sit vna pars illius thesauri & in alia alia pars, sed est vnꝰ & indiuisus in tota Ecclesia ergo ad illum vnum tantùm scilicet Papā, qui loco Christi sponsi Ecclesiæ vniuersalis præsidet toti Ecclesiæ, vti spōsus vniuersalis eius pertinet autoritate propria dispensare prędictum thesaurū, ad alios autem nō nisi ex eius cōmissione, vt dictum est. ¶Et hæc ratio videtur procedere supposito ꝙ potestas concedendi Indulgentias pertinet ad Papam ratione non quidem iurisdictionis, sed vniuersalis curæ pastoralis quam habet in totam Ecclesiam. Nam Durandus negat potestatem concedendi Indulgentias esse potestatem clauis, seu iurisdictionis, quod tamen suprà. quæsti. 1. reprobatum est. & per consequens hæc Durandi opinio & ratio supponit quòd Indulgentię ratio seu natura essentialiter & principaliter stat in communicatione thesauri, quod etiam suprà quæstione prima reprobauimꝰ.

Opinio. 1. Dura. Palud.

¶Ad hanc opinionem Durandi videtur accedere Siluestrina, titulo Indulgentia, quæstione quinta: vbi etiam dicit quòd beatus Tho mas in quarto disti. 20. quæstione quarta, intendit dicere ꝙ Episcopus habet autoritatem iurisdictionis particulariter in ordine ad suos subditos tantùm, & hoc eo ipso ꝙ est Episcopus ex cōmissione generali Papæ ad concedendum Indulgentias. Papa autem habet id autoritate propria: & sic videtur Siluester cum Durando concordare in opinione præfata: Sed videtur ab eo discordare in ratione, quia Durandus dicit quòd concedere Indulgentias pertinet ad potestatem prælationis, non quidem ratione iuris-

Siluest. Thom.

iuriſdictionis ſed ratione autoritatis & curæ ſeu gubernationis. Silueſter autem & beatus Thomas, dicunt ſecundum communiter doctores quòd etiam pertinet ad poteſtatem iuriſdictionis, ꝙ vtique verum eſt modò principaliter, modò minùs principaliter id conueniat, vt ſuprà, quæſtione prima viſum eſt. Quod autem Silueſter dicit beatum Thomam ſentire, quòd Epiſcopi, non niſi ex commiſsione poſſunt concedere Indulgentias, falſum eſt, vt patet legenti verba beati Thomæ in quarto diſtinctione. 20. quæſtione quarta. vbi expreſsè ſentit oppoſitum, vt dicetur in ſecunda opinione ſequente. ¶Igitur dicamus ꝙ præfata opinio Durandi eſt falſa, tum propter rationes quæ infrà in ſecunda opinione vera habentur, tum etiam quia fundatur in falſa ſuppoſitione, quòd ſcilicet ratio Indulgentiæ ſtat in communicatione theſauri & quòd non eſt actus iuriſdictionis. Ideò ad eius probationem ſuprà poſitam, reſpondeo etiam admiſſa ſuppoſitione præfata, nego maiorem: & ad eius probationem etiam nego maiorem. Imò dico quòd de communi theſauro polyciæ poſſunt alij minores gubernatores eius in ſibi ſubditos tantùm diſpenſare, licèt non in tanta copia, nec vltra aut contra taxationem aut limitationem ſuperioris. Quod patet in propoſito ſacramentorum, Quia Epiſcopus & etiam quilibet ſacerdos poteſt ſibi ſubdito pro tūc communicare per viam ſacramenti de communi theſauro meritorum Chriſti, quò ad remiſsionem culpæ & etiam pœnæ abſoluendo à peccatis virtute clauis ſibi datæ, & id poteſt Iure diuino, ſeu autoritate propria diuinitùs conceſſa, eo ipſo quò efficitur ſacerdos ſi habet ſubditos, ergo ſimiliter eo ipſo quò quis efficitur Epiſcopus & conſtituitur ſuper aliquam plebem, iam autoritate propria Iure diuino conceſſa poteſt de communi theſauro Eccleſiæ, quò ad Indulgentias concedere ſibi ſubditis, licèt non in tanta copia vt Papa ſine aliqua commiſsione humana ad id. ¶Niſi fortè dicatur quòd conſtituere illum Epiſcopum ſuper talem plebem eſt dare ei commiſsionem generalem ad Indulgentias concedendum de communi theſauro, ſicut & dicit Durandus in ſententia, ꝙ nullus inferior Papa ſine commiſsione aliqua eius ſaltem implicita generaliter in eius conſtitutione gradus Eccleſiaſtici poteſt habere, neq; habet iuriſdictionē vel autoritatē aliquam abſoluendi aut cōmunicandi ſeu diſpenſandi, vllo modo in ſacramenta aut extra ſacramentum de aliquo cō-

Opinio Durandi falſa.

Durand.

cōmuni thesauro Ecclesiæ spirituali, aliquibus etiā subditis suis: Ideò Episcopus vel sacerdos absoluens suum subditum sacramē-taliter à peccatis iā consequenter dispensat de communi Ecclesię thesauro sacramētorum, sed hoc fit ratione præfatæ commissionis implicitè, quando est ei data iurisdictio in talem subditum, cui est annexa etiam potestas dispensandi talem thesaurum sacramē torum. In concessione autem Indulgentiarum cùm non sit actus iurisdictionis secundum Durandum, ideò neq; necessariò est annexa potestas dispensandi thesaurū Indulgentiarum claui seu potestati iurisdictionis alicuius aut ordinis, ergo nisi aliquo modo committatur à Papa sicut generaliter & implicitè in sua ordinatione committitur Episcopis non habetur talis potestas Indulgētiarum. ¶Sed certè hæc euasio Durandi vel aliorum pro eo non valet. Tum primò quia negat contra communiter doctores: & contra veritatem, ꝙ concedere Indulgentias sit actus iurisdictionis. Tum secundò quia negat ꝙ Episcopi habeāt potestatem iurisdictionis saltem mediatè aut fundamentaliter super sibi subditos, & autoritatem ad absoluēdum de peccatis Iure diuino sibi datam. Quia etiam fundatur in falso fundamento, ꝙ scilicet in sacramentis & Indulgentijs non fit remissio peccati, sed cōmunicatio thesauri aut solutio debiti, vt suprà. q. 1. habetur & impugnatur. Tum tertiò, quia stat benè ꝙ quis nullam habens curam animarum aut Ecclesiæ vniuersalis, neq; iurisdictionē, habeat potestatem Iure diuino distribuendi de communi thesauro Ecclesiæ. quò ad remissionem culpæ & pœnę, vt patet. Quia simplex laic⁹ baptizans adultum in casu necessitatis, eo ipso quò habet præfatam potestatē ministerialem in tali casu baptizandi, iam etiā habet potestatem ministerialem præfactā à Deo concessā tunc per illud sacramentum communicandi, seu dispensandi de communi thesauro Ecclesiæ, id est, de meritis Christi ad remissionem culpæ & pœnæ sicut sacerdos faceret, vt patet, ergo nec opinio nec ratio, nec euasio Durandi valet. ¶Secunda opinio cōmunis & vera est quæ habetur in secunda propositione suprà posita. Quæ probatur, primò ꝙ Iure diuino Episcopi habent potestatēm concedendi Indulgentias, sicut & sacerdos habet Iure diuino potestatem absoluendi sacramentaliter à culpa super suos subditos, licèt à Iure diuino non habeat subditos, sed à Iure humano vel à Papa habente curam totius Ecclesiæ. Quod probatur dupliciter.

Dura. (margin, beside "iurisdictionis secundum Durandum")

Opin. 2. (margin, beside "ratio, nec euasio Durandi valet")

Primò

Primò quia ſicut Iure diuino ex officio ſuo Epiſcopali poſſunt remittere culpas ſubditorum tantùm, & etiam eorum pœnas in ſacramento, ergo & pœnas extra ſacramentum: & per conſequens concedere Indulgentias. Antecedēs patet. Quia licèt iuriſdictio ei collata in hos vel illos, ſeu conceſsio faciēs hos vel illos eſſe ſubditos talis vel talis Epiſcopi ſit de Iure poſitiuo, & pendēs à commiſsione aliqua ſaltem generali Papæ vel alterius, tamē poteſtas clauiū ad p̄dicta eſt de Iure diuino collata. Ioā. 20. Quorū remiſeritis peccata, quæ per prædictā Papæ, vel Iuris humani diſpoſitionem ſeu commiſsionem de potentia remota reducitur ad propinquam, ſeu ad actum, ſicut & de omnibus ſacerdotibus communiter dicitur à doct. & ſic abſolutio ab eis facta in ſubditos tenet virtute Iuris diuini conferentis eis præfatam clauem abſolutionis, vt patet: quia pertinet ad virtutem ſacramenti, quod eſt de inſtitutione diuina. Conſequentia autē probatur. Quia hoc pertinet ad poteſtatem clauis & prælationis, vt patet Matth. 16. 18. Quodcunque ſolueritis & Ioan. 20. Quorum remiſeritis peccata. Vbi fundatur poteſtas concedendi Indulgentias vt ſuprà. q 4 &. 5. dictum eſt & prædicta poteſtas clauis ad concedendum Indulgentias ſeu remittendum peccata extra ſacramentum conceſſa eſt non ſolùm Papæ ſed & Eccleſiæ & eius prælatis, vt patet Matth. 18. vbi loquitur generaliter Apoſtolis, quibus ſuccedūt Epiſcopi in dignitate, Quęcunq; ſolueritis &c. & Ioan. 20. Quorū remiſeritis peccata, ergo eo ipſo quòd quis efficitur ſeu ordinatur Epiſcopus habet clauem & poteſtatem ad remittendum peccata quò ad pœnam, extra ſacramentum, & per conſequens ad concedendum Indulgentias Iure diuino, ſicut & ad abſoluendū à culpa in ſacramēto quò ad ſubditos tantū, etiā ſi per Papā ei nihil aliud vllo modo cōmittatur, ſecùs ſi nō habet ſubditos ſeu materiā ſibi p Papā vel per Eccleſiā miniſtratā. Tūc enim ſolū habet clauē p̄fatæ poteſtatis in potētia remota, vt ſuprà dictū eſt. Neq; ex hoc ſequitur q ergo ſimiliter habent hanc poteſtatē alij prælati minores, putà curati & ſacerdotes parrochiales, vt de hoc infrà propoſitione. 5. & 7. habetur. ¶ Secundò probatur idem. Quia ad hoc facit cap. Cum ex eo. de pœniten. & re. vbi dicitur quòd ante illam limitationem Epiſcopis factam concedebāt Epiſcopi Indulgentias illimitatè, ergo videtur q ſine vlla commiſsione Papæ ex ſuo officio ordinario ex Iure diuino id poterant. Sed hęc ratio

Prima ratio.

Matth.

Ioannes.

Secunda ratio.

tio non satis concludit. Nam ad eam potest dici negando consequentiam, quòd non ex officio Iure diuino sed ex generali commissione Papæ tunc non limitata id poterant.

¶ Ideò prima ratio videtur efficatior & sufficiens, modò teneatur ꝙ concedere Indulgentias principaliter est remissio & pertinet ad iurisdictionem: modò non, sed quòd est communicatiua dispensatio. Quia eo ipso quòd Episcopis Iure diuino quò ad suos subditos est data potestas dispensandi thesaurum communem Ecclesiæ absoluendo à peccatis quò ad culpam in sacramento, & à pœna extra sacramentum, vt suprà, sequitur intentum vt probatum est de Indulgentijs. ¶ Nunc probatur alia particula propositionis quòd scilicet non in tanta copia vt Papa, putà non possunt Episcopi vel Archiepiscopi concedere Indulgentiam plenariam, neque tam frequenter etiam suis subditis ex officio suo Iure diuino, vt Papa potest etiam si ipsorum Episcoporum potestas non esset limitata. Probatur, quia præfata potestas vberiùs & principaliùs residet in Papa quàm in Episcopis vt patet Matth. 16. Quodcunque solueris &c. & Ioan. 20. Pasce oues & agnos meos &c. quia & cap. Cum ex eo. de pœniten. & re. habet plenitudinẽ potestatis & secundum communiter doctores vt suprà propo. 1. habetur, ergo Papa potest vberiùs & copiosiùs quàm Episcopi specialiter quò ad hanc materiam Indulgentiarum & id ex Iure diuino. Qui enim vberiorem potestatem habet in thesauro Ecclesiæ plus potest de eo dispensare quàm Episcopi minus potestatis habentes. Ita quòd si Episcopi vberiùs aut copiosiùs concedãt Indulgentias quàm eis Iure diuino concessum est, nil faciunt quò ad illum excessum. ¶ Alij dant aliam rationem ad idem dicentes ꝙ quia Episcopi non habent tam indeficientem thesaurũ vt Papa, nam thesaurus passionis Christi licèt sit infinitus quò ad sufficientiam, non tamen quò ad efficaciam, & satisfactiones suorũ subditorum non sunt tam sufficientes, vbi non sunt tot martyres & sancti viri, sicut in vniuersali & primitiua Ecclesia, ideò etiam si Episcopi non prohibeantur per Papam non possunt concedere Indulgentias plenarias & frequentes suis subditis, vt Papa potest. Sed hęc ratio mihi non placet. Quia thesaurus Indulgentiarum de quo Episcopi concedunt Indulgentias est idem de quo & Papa: quia scilicet est thesaurus communis Ecclesiæ & nõ particularis, vt suprà. q. 3. ergo prima ratio videtur melior. ¶ Si quęras

Ioannes.

Papa copiosiùs potest concedere Indulgẽtias quàm Episcopi.

ras in qua quantitate potest Episcopus Iure diuino cõcedere Indulgentias suis subditis si non limitetur per Papam: respondeo, nõ est determinata quãtitas: sicut neq; est determinata quantitas pœnæ, quã virtute clauium potest Iure diuino sacerdos in sacramento remittere pœnitenti. Ideò taxatio quantitatis Indulgẽtiæ ab Episcopis concedendæ relicta est dispositioni Papæ & Ecclesiæ, vt iam communiter taxatum est in ca. Cum ex eo. de pœn. & re. ¶ Nunc probatur alia particula propositionis, ꝙ scilicet vltra taxationẽ Papæ vel Ecclesiæ Episcopi non possunt cõcedere Indulgentias. Ita quòd si vltrà cõcedunt nil faciunt: sicut nil faciũt absoluendo à reseruatis. Ratio est, quia sicut Papa potest limitare potestatem clauiũ seu iurisdictionis quò ad absolutionẽ sacramẽtalem, ergo ita & quò ad remissionem pœnarũ tantũ tã in sacramento q̃ extra, vt de hoc latiùs infrà. propo. 7. & q. 12. propo. 6. Et cum omnibus suprà dictis, in hac secunda propositione cõcordant cõmuniter doctores expresè & beatus Tho. in. 4. dist. 20. q. 4. & Bonauent. & Palud. ea. dist. & Gerson in tractatu de potestate Ecclesiastica per totũ præcipuè Alphab. 4. L. M. & Supplemẽtum Gabrielis in. 4. dist. 45. q. 3. arti. 2. propo. 6. & 8. & August. de Anchona de potestate Ecclesiastica. q. 29. arti. 5. vbi dicit ꝙ Episcopi habẽt ordinariam Iurisdictionẽ conferendi Indulgentias per autoritatem deriuatam à Papa, nõ quidem per particularem dispositionẽ, sed per Iuris taxationẽ: ideò dicuntur ordinarij iurisdictione nõ particulari dispositiõe. Neq; valet dictum aliquorũ dicentiũ Episcopũ esse spõsum particularẽ Ecclesiæ. Dico em̃ ꝙ cũ Ecclesia sit vna vniuersalis, vnũ tantũ sponsum habet & nõ plures. Credo em̃ vnã sanctã Ecclesiã: & in qualibet Ecclesia est vnus & idem Ecclesiæ thesaurus, totus pro necessitatibus singulorũ distribuẽdus per Ecclesiæ prælatos secundũ collatã & taxatã eis potestatẽ, respectu cuius solus Papa habet potestatẽ & iurisdictionẽ vniuersalẽ, alij verò particularẽ & cõstrictã ex ordinatione diuina cuius ordinatiõis moderamẽ & determinatio cõcessa est Papæ à Christo ꝓ Ecclesiæ vtilitate, sicut Petro data est potestas subijciẽdi materiã ordinis sacerdotalis exercitio pro ligatione & absolutione peccatorũ. Hęc ille Augustinus Anchonitanus. In quibus verbis patet ꝙ cõcordat cũ suprà dictis. ¶ Et fortè vtraque opinio suprà recitata potest concordari, sic. s. ꝙ illa opinio dicens ꝙ Episcopus habet ex cõmissione potestatem concedẽdi

Quantitas Indulgentiarũ nõ est determinata.

Thom. Bonauẽ. Palud. Gerson. Anchon.

Indulgentias, intelligatur ꝙ potestas clauium remota Iure diuino Episcopis concessa ad hoc, sicut & ad remittendũ peccata quò ad culpam in sacramento, non reducitur ad actum, neq; ad potẽtiam propinquam, nisi per cõcessionem aut commissionem saltem generalẽ Papæ vel Ecclesiæ conferentis eis subditos seu materiam, & per consequens iurisdictionem in actu ad prædicta, cum quo etiam benè stat vt dicit præfacta secunda propositio secundum secundam opinionem suprà positam ꝙ data Episcopis materia subditisq; assignatis modo prædicto per Papam vel per Ecclesiam iam Iure diuino exercent Episcopi suam clauem iurisdictionis seu potestatis ad Indulgentias & ad remissionem peccatorum, vt dictum est, & sic omnia consonant. ¶ Vbi etiam nota primò ꝙ Episcopus seu Archiepiscopus electus & cõfirmatus in Episcopum sed nondum consecratus potest concedere Indulgentias sibi taxatas à Iure etiam si non sit sacerdos, & similiter legatus Papæ. Ratio, quia posse concedere Indulgentiam consequitur Iurisdictionem quam Diaconi & alij Ecclesiastici non sacerdotes possunt habere vel commissam vt legati vel ordinariã vt electi, licèt non sint Episcopi consecrati, nec sacerdotes ordinati, vt habetur in cap. Transmissa. de electione. & concordant cõmuniter doctores Theologi & Canonistæ & Sũmistæ, vt latè de hoc Panor. & Ioan. Calderi. agunt, q̃ vis Hostien. in cap. Accedentibus, de excessi. prælato. dicat ꝙ requiritur ꝙ sit sacerdos talis Episcop⁹, vt ex officio ordinario id possit Iure diuino. Ioã. 20. Quorum remiseritis peccata &c. & Matth. 18. Quæcunq; alligaueritis &c. Sed vt dixi primũ verius & cõmuniter tenetur à doctoribus & consonat Scotus in. 4. dist. 19. 25. dicens ꝙ potestas ordinis in corpus Christi verũ est priùs data apostolis à Christo & pòst in corpus mysticum, Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata &c. quodq; sic etiã nunc est separabilis vna potestas ab altera & priùs datur vna q̃ altera in sacerdotũ ordinationẽ. ¶ Nota secundò ꝙ iã potestas Episcopalis est per Papã & ꝑ Ecclesiã limitata cõmuniter in Iure Canonico, vt habetur de pœ. & re. ca. Nost[...] & ca. Cũ ex eo. & eo. tit. li. 6. ca. Indulgẽtiæ, vbi habetur ꝙ Archiepus in tota sua prouincia tantũ, & Eps in sua diœcesi potest cõcedere in anniuersario dedicatiõis Ecclesiæ & in alijs casibus q̃draginta dies de iniũctis pænitẽtijs, sed in die cõsecratiõis basilicæ aut qñ basilicam consecrat vnum annum Indulgentiæ: & hoc est verum etiam

Nota primò.

Panor.
Ioann. Calderi.
Hostien.

Scotus.

Nota. Secundò.

etiam si plures Episcopi simul concurrant ad concedendum tales Indulgentias in casibus prædictis: quia non possunt iam ordinariè ex officio suo vltra concedere, vt etiam notat Cardi. in Clemē. 2. de pœn. & re. *Cardina.* ¶ Hoc tamen limitat Inno. in dict. ca. Cum ex eo. nisi in foro pœnitentiali in quo possunt concedere plures annos seu dies, dum modò faciant discretè & idem Gemini. in ca. Indulgentiæ de pœnit. & re. lib. 6. & Ioan. Andr. & sic transeunt communiter doctores & Summistæ & Siluestrina. *Innocēt.* *Gemini.* *Ioā. Ānd.* *Siluest.* Valeat hæc limitatio vel extensio quantum valere potest, mihi autem non videtur quod prædicti textus innuant aut concedant præfatam extensionem seu limitationem, sed potiùs oppositum, vt sonant apertè in dictis casibus tantùm, vt dictum est. Neque videtur vbi fundētur prædicti doctores ad sic dicendum, nisi fortè quia fundantur in illa alia opinione quod scilicet sacerdos quilibet in foro pœnitentiali potest suo pœnitenti concedere aliquas Indulgentias, ideò limitauerunt & extenderunt præfatos textus ne intelligerentur in foro pœnitentiali. Sed sicut suppositum non est verum, vt patebit infrà proposi. 7. ita nec præfata extensio textuum. ¶ Et si quęras, *Obiectio.* si excedatur prædicta summa taxata vtrùm valeant Indulgentiæ concessæ quò ad illum excessum, dic quod non: vt de hoc latiùs habetur infrà proposi. 7. & q. 12. proposi. 6. & dictum est in hac secunda propositione. ¶ Propositio tertia. Legati Papæ possunt cōcedere Indulgentias etiam perpetuas in terminis suæ legationis, *Propo. 3.* sed hoc eis competit solùm ex commissione speciali vel etiā generali domini Papæ, sicut & statuta perpetua facere, vt habetur de officio legationis. cap. Final. in textu & glossa. ¶ Propositio quarta. Cardinales, Patriarchæ & Primates si non sunt Episcopi *Propo. 4.* non possunt ex Iure communi ordinariè concedere Indulgētias, sed vel ex priuilegio vel ex concessione seu commissione saltē generali, seu ex consuetudine æquiualente cōmissioni generali, aut priuilegio iam possunt concedere Indulgentias, sicque iam quò ad hoc habent iurisdictionem & dignitatem Episcopalem. Itaque videtur quod iam hi omnes præfati Episcopali dignitate fulgentes possunt ex officio suo & autoritate ordinaria sibi per Papam vel per Ecclesiam prædicto modo concessa concedere Indulgentias. Patet, quia sic innuitur in ca. Accedētes. de excess. p. Vbi Hostiensis dicit quod dignitas Episcopalis dicitur iurisdictio. *Hostien.* Item quia sic habetur ritus & practica Ecclesiæ, quòd scilicet prædicti ordi-

Gabriel. nariè concedunt Indulgentias, vt Episcopi, vt dictum est, & concordat Supplemẽtum Gabrielis vbi suprà proposi. 8. Corollario, 3. & communiter doctores vtriusq; Iuris & Summistæ, & idem dicit Palud. in quarto distinct. 20. quæst. 4. art. 1. de Summo pœnitentiario curiæ Romanæ, quàmuis Turrecremata videatur oppositum tenere. Quia tenet quòd ex consuetudine aut præscriptione nullus potest habere iurisdictionem, aut concedere Indulgentias de quo infrà dubio primo latiùs habetur.

Palud.

Turrecr.

Propo. 5. ¶Propositio quinta. Curati non possunt ex officio neque ordinariè concedere Indulgẽtias. Ratio, quia modò sint propriè prçlati, modò non, de quo nunc non curo, sunt enim in hoc opiniones, quibusdam dicentibus quòd sunt propriè prælati Iure diuino instituti succedentes septuaginta duobus discipulis, vt tenet Gerson cum alijs: quibusdam alijs dicentibus cum beato Thoma quòd non nisi Iure positiuo Ecclesiastico assumpti & instituti sunt, vt coadiutores Episcoporum, vt de his Magister & doct. in. 4. dist. 34. & beatus Thomas secunda. 2. q. 184. arti. 6. &. 8. & in quarto sententiarum dist. 20. quæst. 4. & Gerson alphab. 1. litera. O. in tracta. de potestate Ecclesiastica. consi. 3. agunt. ¶Igitur quomodocunque id sit ratio præfatæ propositionis est, quia licèt potestas remittendi peccata quò ad culpam & pœnam & concedendi Indulgentias sit plenissimè concessa Ecclesiæ eiusque prçlatis, non tamen omnibus æqualiter. Sed prælatis qui sunt præcipui gubernatores & sponsi Ecclesiæ concessa est Iure diuino plenissimè, inferioribus autem limitatè, & id conuenienter, vt suprà dictum est proposi. 1. & . 2. Constat autem Episcopos esse præcipuos prçlatos gubernatores & sponsos Ecclesię potentes ferre leges & dicere Ius, & excommunicare, vt patet. Quia ideò ipsis cõfertur annulus in consecratione eorum, vt sponsis Ecclesiæ, non autem curatis qui solùm sunt coadiutores Episcoporum & non possunt prædicta facere, vt Episcopi, ergo Episcopi habent plenam potestatem ad prædicta & ad Indulgentias Iure diuino concessam, vt suprà dictum est, propositione secunda. Curati autem non nisi illam ad quam sunt assumpti & vocati in adiutorium Episcoporum. quæ solùm consistit in dispensatione sacramentorum, ergo solùm possunt in sacramento remittere peccata quò ad culpam & pœnam, & non possunt extra sacramenta remittere pœnas, & per consequens neque ex officio suo concedere Indul-

Gerson.

Thom.

dulgentias, vt dictum est. ¶ Et si quæratur, vnde habetur hæc diuersitas Episcoporum & curatorum, respondeo quòd de Iure diuino, vt patet de Episcopis suprà, propositi. secūda, quod iure diuino possunt concedere Indulgentias. Curati autem non nisi hoc specialiter eis committatur, vt dictum est, quod etiam patet. Quia Ecclesia Spiritusancto illuminata & maximè in remissione peccatorum, vt patet Ioan. 20. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata. &c. In capit. Accedētibus. de excessu. prælat. expressè dicit quod Abbates concedendo Indulgentias extendūt manus ad ea quæ sunt episcopalis dignitatis, vbi patet quod hoc pertinet ad dignitatem Episcopalem, sicut & conferre ordines maiores, & confirmare, & nullo modo ad inferiores. Item facit ad hoc cap. Cum ex eo, de pœnit. & re. Vide ad hoc rationes quæ habentur infrà. propositio. 7. & in responsione ad argumentum ibidem, ergo. *Ioan.*

¶ Proposi. 6. Abbates, Priores, & Guardiani & Ministri, seu Magistri Prouinciales & Generales religionum, non possunt ex suo officio cōcedere Indulgentias subditis suis. Ratio, quia in dicto capit. Accedentibus. de excesi. prælat. id declaratur Iure diuino, non concessum eis sed Episcopis, vt suprà propositi. quinta dictum est. ¶ Si dicas quod sunt veri & proprii prælati habentes curā animarum, vt declarauit Sixtus. 4. & alii Pontifices, ergo possunt vt Episcopi cōcedere Indulgentias: respōdeo, nō sunt prælati Iure diuino instituti, quamuis sint superiores, sed ex institutione seu autoritate Papæ vel Ecclesię, & id solùm ad dispensandum sacramenta & ad cæteros actus iurisdictionis & superioritatis ad gubernationem subditorum. Ideò siquid amplius habent id est ex priuilegio generali aut speciali nō ex officio neq; ex iure diuino, ideò negatur cōsequentia. ¶ Propositio. 7. Sacerdotes in foro pœnitētiali seu in sacramēto pœnitētiæ nō possunt suis pœnitētibus cōcedere Indulgētias aliquas, ꝓpriè loquēdo. ¶ Probatur quadrupliciter. Primò quia est actus iurisdictionis & nō ordinis sacerdotalis, vt suprà q. 1. dictū est: alioqui nō sacerdos nō posset cōcedere indulgētiā quod est falsum, vt suprà proposit. secūda & . 4. iā probauimus. Sed simplex sacerdos nō habet hanc iurisdictionem quo ad hoc de iure super pœnitētem quamuis habeat iurisdictionem ad sacramentaliter absoluendum & remittendum peccata sacramentaliter. i. ex opere operato seu virtute sacramenti quò *Propo. 6.* *Sixtus. 4* *Prodosi. 7* *Prima ratio.*

ad culpam & pœnam dicendo formam sacramentalis absolutionis. Quod patet. Quia si haberet hanc iurisdictionem, certè posset pœnitenti concedere Indulgentias de iniunctis, & de non iniunctis, ex quo sibi non est limitata potestas hæc quò ad iniuncta tantùm, nõ enim reperitur in Iure vbi simplicibus sacerdotibus aut curatis sit hęc potestas limitata sicut Episcopis limitatur in ca. Cùm ex eo. vt suprà proposi. 2. habetur. Sed non potest simplex sacerdos concedere de prædictis, quàmuis posit in sacramento commutare & etiam tollere pœnitentiam iniunctam à se vel ab alio. Quia licèt posit ex causa rationabili tollere obligationẽ faciendi illam pœnitentiam iniunctam, non tamen potest liberare, aut remittere pœnam debitam coram Deo & Ecclesia vtendo alia forma quàm forma sacramentali, sicut vtitur Papa, aut Episcopus concedens Indulgentias, vt patet. Quia hoc non est in practica Ecclesiæ ꝙ hoc modo sacerdos simplex concedat ex suo officio Indulgentias, sicut concedit habens commissionem specialẽ, aut sicut concedit Papa vel Episcopus, ergo.

Secunda. ¶ Item secũdò probatur propositio. Quia dato ꝙ tales sacerdotes haberent iurisdictionem in pœnitentem, tamen ex quo non habent eam extra sacramentum, neque ad remittendum pœnas extra sacramentum, ergo simpliciter non habent eam ad Indulgentias. Patet consequentia. Quia si haberent præfatam potestatem ad concedendũ Indulgentias vllo modo, certè eam haberent tam in sacramento quàm extra, Imò potiùs extra sacramentum: quia ex quo non est actus ordinis aut characteris sed solius iurisdictionis propriè loquendo, vt suprà. q. 1. habetur, ergo propriè talis actus concedendi Indulgentias conuenit & potest exerceri extra sacramentum, & non requirit sacramentum pœnitentię ad quod requiritur etiá potestas ordinis. Sed non potest extra sacramentum sacerdos cõcedere Indulgentias, secũdum omnes doct. ergo nec in sacramẽto, & ergo nullo modo id potest ex officio sacerdotali.

Tertia. ¶ Tertiò probatur idem. Quia simplex sacerdos non habet potestatem super communi thesauro Indulgentiarum, id est, super merita Christi & sanctorum, ex quibus constat prædictus thesaurus Indulgentiarũ: q̃uis habeant potestatẽ super thesauro sacramentorũ & q̃uis habeant iurisdictionẽ sacramẽtalem sup pœnitentẽ, ergo nõ potest concedere Indulgẽtias etiam in foro sacramentali suo pœnitenti. ¶ Consequentia patet. Quia ad posse concedere Indulgentias

gentias directè requiruntur duo scilicet potestas super thesauro communi Indulgentiarum distribuendo, & iurisdictio super eũ cui conceditur Indulgentia, ideò si deest iurisdictio non valet Indulgẽtia ꝓpriè sumpta, de qua hic loquimur, quò ad viuos, vt habetur in ca. Quod autem. de pœ. & re. & suprà. q. 1. habetur, licèt valeat Indulgentia per modum suffragij quò ad defunctos, vt infrà. q. 13. agitur. Quòd si deest potestas distribuẽdi præfatum thesaurum Indulgentiarum, etiam si habeatur iurisdictio super subditos, non valet concessio Indulgentiæ, vt patet. Quia ideò prælati religionum & curati non possunt suis subditis super quos habent iurisdictionem in sacramento & extra sacramentum concedere Indulgentias, vt suprà propositio. 6, &. 5. dictum est, nisi ex priuilegio, ergo patet consequentia. Antecedens autem ꝙ scilicet simplex sacerdos non habet potestatem super thesauro Indulgentiarum, patet. Quia non sunt prælati Ecclesiæ generales vt Papa neq; speciales vt Episcopi multo minùs q̃ curati, vt patet, ergo. *Ad cõcessionem Indulgẽtiarum potestas & iurisdictio requiritur.*

¶ Quartò probatur propositio. Quia curati & prælati religionũ hoc non possunt ex suo officio super suos subditos, ergo multò minùs simplex sacerdos. Antecedens patet ex propositione. 5. 6. & consequentia patet à fortiori, & quia non dabitur vbi Papa vel Ecclesia dederit simplicibus sacerdotibus commissionẽ vllo modo ad hoc. *Ratio. 4.* ¶ Item & est alia ratio, quia si simplices sacerdotes haberent hanc potestatem, certè sicut est limitata Episcopis, multò magis limitaretur ipsis sacerdotibus, sed non constat de hac limitatione eorum, ergo vel possunt illimitatè (quod absit) vel nullo modo possunt concedere Indulgentias. Et ad prædicta omnia facit ca. Accedentibus de excess. præla. vbi dicitur ꝙ concedere Indulgentias pertinet ad dignitatem Episcopalem, vt suprà propositione. 2. dictum est, ergo. *Quinta.* ¶ Et cum præfata propositione septima concordant communiter doctores in. 4. dis. 20, & Supplemẽtum Gabrielis in. 4. dist. 45. propo. 8. corollario. 3. & plurimi Canonistę, licèt multi alij oppositum opinentur, vt patebit. *Supplementum.* ¶ Ex quo patet, ꝙ nisi sacerdos aut pœnitens habeat ex speciali priuilegio seu cõmissione ꝙ sacerdos possit cõcedere Indulgentias pœnitenti vanum esset post absolutionem sacramentalem dicere, & concedo tibi omnes Indulgentias quas concedere possum, sed quia iã per bullas Cruciatæ & per alia indulta cõmuniter ab omnibus ferè habetur commissio seu potestas ad id, ideò bonum est

id dicere scilicet, Concedo tibi &c, vt dictum est.

Argumentum.1. ¶ Contra præfatam septimam propositionem arguitur. Quia quantum est ex lege diuina quilibet sacerdos habet iurisdictionē & potestatem habitualem seu remotam in quēlibet & super thesauro Ecclesiæ ad absoluendum à peccatis, & ad concedendum Indulgentias. Sic scilicet quòd quamuis non posit exire in actū nisi habeat materiam ministratam ei per Papam vel per Ecclesiā, per quam ministrationem materiæ aut subditorum iam prędicta potestas remota reducitur ad propinquam non impeditam, vt sic posit exire in actū, tamen nisi prohibeatur per Papam vel Ecclesiam potest exire in actū exercēdo potestatē aut iurisdictionē præfatam sibi Iure diuino concessam. Sed præfatis sacerdotibus non est prohibitum per Ecclesiam concedere Indulgentias, vt eis Iure diuino competit talis potestas, ergo possunt concedere.

Argumentum. 2. ¶ Item secūdò arguitur per autoritates doctorum. Quia sic tenet Card. in Clem. Religiosi, de priuil. & Aluarus, & Gloss. in ca. Mensurā, de pœn. dist. 1. & Panor. in ca. Sicut dignum. de homici. & allegat cap. Quem pœnitet. de pœni. dist. 1. & Inno. & Ber. In cap. Quod autem de pœn. & re. & Archidiaco. in cap. Indulgentiæ. eo. titu. lib. 6. & est ar. c. Deus qui. de pœ. & re.

Cardina. Aluarus. Gloß. Panorm. Innocēt. Ber. Archidi. Summa Ange. Rosella.

¶ Propter quas autoritates & propter rationem præfatam & multas alias aliorū eiusmodi farinæ multi doctores Canonistæ, & cum eis Sūma Ange. titu. Indulgentia. §. 5. & Summa Rosel. eo tit. & ti. Pœnitētia, tenēt ꝙ quilibet sacerdos potest suo pœnitenti in foro sacramentali concedere aliquas Indulgentias, prout sibi videbitur secundū Deum, sicut potest eum absoluere sacramentaliter à peccatis. Et ad Iura quæ videntur contra eos respondent Summa Angel. secūdum Archidiaco. ꝙ procedūt & loquūtur de generalibus & publicis remissionibus, quas non possunt facere nisi Episcopi, seu ꝙ pœnitentias iniunctas à superioribus putà ab Episcopis sacerdotes inferiores remittere non possunt, etiam in foro sacramentali.

Resp. ad. 1 argumēt. ¶ Sed certè nec ratio nec autoritates præfatæ valēt pro eis aut pro opposita opinione. Nam respondeo ad rationem fundamentalē eorum suprà positam, ꝙ ibi est contradictio patens, pro quanto primò dicit ꝙ simplex sacerdos habet Iure diuino potestatem remotam, sic ꝙ non potest exire in actum nisi ei ministretur materia per Papam: & posteà dicit ꝙ potest exire in actum nisi prohibeatur. Nam primum est verum, & secundum est falsum. Ideò dico

dico quòd præfata ratio si habet veritatem nihil aliud probat nisi quòd sacerdos sicut habet potestatem remotam, ratione cuius est capax quòd ei detur iurisdictio actualis & materia, vt sic reducatur ad potentiam propinquam ad exeundum in actum absoluendo pœnitẽtem: sic etiam est capax vt ei detur commissio ad concedendum Indulgentias & hoc cuilibet Ecclesiastico etiam primæ tonsuræ conuenit, vt infrà propo. 10. habetur. Ideò negatur quòd id potest nisi prohibeatur. Imò dico ꝙ id non potest nisi ei concedatur aut committatur vt dictum est. ¶ Ad autoritates autem suprà positas in oppositum, respondeo secundum Abulen. super Matth. 16. q. 80. ꝙ omnes illi doctores & alij eiusmodi nil aliud volunt dicere & sentire vt etiam benè ait & concordat Siluest. tit. Indulgentia. q. 5. nisi ꝙ sacerdos potest pœnam debitam minuere peccatori, non quidẽ applicãdo ei de thesauro Indulgẽtiarum, sed quadrupliciter. Primò augendo erubescentiam & cõtritionem ministerialiter virtute clauium, vt sic ex opere operantis virtute illius erubescentiæ aut contritionis, pœnitẽs à Deo mereatur remissionem pœnarum. Secundò etiam ministerialiter applicando sacramentum, vt sic ex opere operato vel virtute sacramenti seu meritorum Christi in sacramento applicatorum remittatur pœnitenti à Deo non solùm culpa, sed & aliquid de pœna temporali debita, alicui plus, alicui minus, secundum dispositionem pœnitentis, vt hoc refert Bonauentura in 4. dist. 20. arti. 2. q. 3. & beatus Thomas ibidem & in additione tertiæ partis vbi suprà, & Palud. dist. 20. q. 4 art. 1. Tertiò secundum Bonauenturam vbi suprà ex meritis ipsius sacerdotis orantis pro ipso pœnitente, & etiam ex meritis Ecclesiæ, cuius oratio ibi etiam per sacerdotem applicatur quando dicit, Misereatur tui omnipotens Deus &c remittitur pœnitenti aliquid de pœna temporali debita. Quartò sacerdos virtute clauium seu potestate sua arbitraria rationabiliter & ex causa rationabili potest remittere pœnitenti aliqđ de pœna debita Deo tã in foro Dei q̃ in foro Ecclesiæ, ex quo iã nõ tenetur imponere pœnitẽtiã secũdũ rigorẽ Canonum pœnitẽtialiũ antiquorũ, vt dicit Scotus & suprà quæstio quarta. habetur. Cũ ergo sacerdos aliquo istorũ modorũ remittit aliquid de pœna debita pœnitenti, dicunt illi doctores aut plures eorum capiunt nomen Indulgentiæ & remissionis pœnæ pro eodẽ sine alijs conditionibus requisitis ad quidditatem Indulgentiæ,

Ad secundum arg. *Abulen.* *Siluest.* *Primò* *Secundò* *Bonauẽt.* *Thom.* *Tertiò.* *Quartò.* *Scotus*

quòd scilicet fiat de cõmuni thesauro Indulgentiarum, vt suprà. q.1. habetur, quomodo remissio pœnę quæ fit virtute contritionis seu per sacramentum ex opere operato, non dicitur Indulgentia ꝓpriè, vt nos hic loquimur, similiter nec ea quæ fit virtute orationis aut satisfactionis pœnitentis aut alterius aut etiam Ecclesię vt ibi dictum est latè. Et ꝙ prefati doctores acceperunt nomẽ Indulgentiæ largè & impropriè pro quacunq; remissione peccatorum quò ad pœnam, vt dictum est, patet. Quia etiam Gerson in regulis moralibꝰ alphab. 25. G. vt etiam refert Supplemẽtum Gabrielis in. 4. dist. 45. q. 2. art. 2. concl. 2. dicit ꝙ virtute clauium & meritorum Christi in qualibet confessione sacramentali datur Indulgentiæ, sed quantæ Deus nouit. Ecce ꝙ Indulgentias vocat remissiones pœnarum illo secundo modo suprà posito factas ex opere operato sacramẽti, quia & sic erat vsus loquendi doctorum vocare Indulgentias remissiones pœnarũ quascunq; & quomodocunq; factas pœnitenti: & præfata vocabuli æquiuocatio decepit aliter opinantes. ¶ Quod si aliqui doctores, vt Archidiaconꝰ & Raymum. vbi suprà, seu alij non sic intellexerunt, vt nos eorũ dicta suprà ad bonum sensum glossauimus, seu si eorũ verba non patiantur prædictã glossam, dico nõ esse multum curandum de eis quò ad hoc. Fuerunt enim illius opinionis sine sufficiente fundamento & contra communiter doctores Theologos. Et fortè Inno. & Gemini. & Ioan. Andre. in ca. Indulgentię. de pœ. &, re. li. 6. fuerunt illius opinionis, & ideò co[illegible] dixerunt ꝙ Episcopus potest in foro pœnitentiali concedere pœnitenti vltrà quadraginta dies Indulgentiæ non obstante cap. Cum ex eo, de pœ. & re. vt suprà propositione. 2. dictum est, & propter hoc etiá Archidyaco. glossauit præfatum ca. Cum ex eo. & alia Iura, ꝙ intelligebantur de Indulgentijs tantũ publicè & generaliter conferendis, nõ aũt de Indulgẽtijs in foro sacramentali. Sed certè sicut eorum opinio fundamentalis non est vera, ita nec glossæ aut limitationes, aut extensiones prædictorum textuum & Canonũ, quæ in præfata opinione falsa fundantur. Ideò Siluestrina quãuisꝰ cõtra Sũmam Angelicam benè reprobauerat opinionem tenentem ꝙ simplex sacerdos potest in foro sacramẽtali concedere Indulgentias propriè sumptas, malè videtur approbare aliud dictum, ꝙ scilicet Episcopi in foro pœnitentiali possunt excedere summam taxatam eis per Ecclesiam vel per Papam: & non consi

Gerson. *Supplementum.* *Raymũ.*

de

derauit rationem fundamētalem qua moti sunt præfati doctores ad sic dicendum & glossandum prædicta Iura vt dictum est.

¶Octaua propositio. Conciliū generale sede vacante potest Iure diuino concedere Indulgentias. Ratio, quia tale Conciliū sicut & Ecclesia vniuersalis, quam representat, de Iure diuino habet potestatem plenam Ecclesiasticam & Papalem à Christo concessā Papæ & Ecclesiæ, vt nunc supponitur tanquā communiter concessum ex Matth. 18. Quæcunq; alligaueritis & solueritis &c. & Matth. 16. & Ioan. 20. ergo. ¶Propositio nona. Concilium prouinciale & capitulum cathedrale sede vacāte non potest concedere Indulgentias. Ratio, quia eius institutio & potestas non est de Iure diuino concessa sed de Iure humano Ecclesiastico: ergo nō habet iurisdictionem & potestatem nisi Iure Ecclesiastico humano, & per consequens non maiorem nec aliam quam Ecclesia vel Papa vult dare & limitare, vt notatur. 79. dist. ca. Nullus Episcopus, & sic nō habet dignitatem nec potestatem Episcopalem de se, nisi vt dictū est, ex cōmisione seu ex cōcessione Ecclesiastica. *Propo. 8.* *Matthæ.* *Propo. 9.*

¶Propositio decima. Ex commisione quilibet Ecclesiasticus etiam primæ tonsuræ potest concedere Indulgentias. Ratio, quia cuilibet potest committi concedere Indulgentias, cui potest cōmitti iurisdictio Ecclesiastica. Hęc autem iurisdictio potest cuilibet Ecclesiastico primæ tonsuræ committi secundum Ius, & cōmuniter doctores, ergo. Imò & fortè Papa potest cōmittere etiā laico, vt c[illegible]dat Indulgētias alicui, & iurisdictionem Ecclesiasticam non requirentem ordinem aut actum ordinis Ecclesiastici: quia non videtur ratio sufficiens in oppositum, sed de hoc alibi. ¶Hic autem nota ꝙ Episcopi & alij quibus ex officio suo cōpetit concedere posse Indulgētias, possunt committere hoc alijs suprà dictis scilicet Ecclesiasticis primæ tonsuræ, nisi per Papam vel per Ecclesiam id eis prohibeatur aliquo modo. Secùs si hanc potestatem habet ex commisione speciali, non ratione officij. Videātur de hoc doct. & Sūmistę lati⁹ tit. Cōmisio. tit. Delegat⁹. tit. Vi[illegible]rius. & alibi vt oportet secundum subiectam materiam. *Prop. 10.* *Nota.*

¶Propositio vndecima. Excommunicatus, aut is qui nonhabet subditum non potest concedere Indulgentiam. Ratio, quia non habet iurisdictionem in potentia ꝓpinqua, ex quo non habet subditos aut materiam sibi ministratam, aut si habent, tamen ex quo sunt excommunicati, habent eam impeditam aut ligatā quò ad *Propo. 11.*

vsum

Dubiũ. 1. vsum pro tũc ac si non haberent. ergo. Sed de hoc latiùs infrà q. xj. habetur. Ad prædicta omnia dubitatur primò, vtrùm ex consuetudine posit introduci vt curati, vel alii posint cõferre Indulgentias, & habere iurisdictionẽ. ¶ Respõdeo. hic est duplex opinio. Prima est de Turrecremata & multorũ Canonistarũ, quod non. Et si contra eos arguatur per capitulum Accedentibus, de exces. prælato. vbi dicitur quòd nullo modo Abbates possunt cõcedere Indulgentias, nisi fortè ex cõcesione vel alia legitima causa, posint se tueri, vbi glossa dicit. i. nisi per consuetudinem, respondent dupp liciter. Vno modò quòd illa exceptio. s. nisi per cõsuetudinem solùm determinat alias parteseiusdem textus. s. quòd non possunt cognoscere de causis matrimonialibus, nec iniungere publicas pœnitentias nisi exconsuetudine. Sed certè hæc respõsio est voluntaria, quia illa tota exceptio fertur super omnia ibi cõtenta & suprà recitata, de quorum numero est ly non conferre Indulgentias, vt patet, quia non videtur vlla ratio disimilitudinis aut differentiæ. Ideò alio modo respondẽt ad dictum capitulum dicendo quòd ille textus nihil dicit de consuetudine vt patet: sed hoc addidit glossa secundum suam opinionem & sic glossauit illum textum. Alia est opinio præfatæ glossę & multorum doctorũ ꝙ sic. & adducunt multa Iura & rationes ad id, quæ tamen non videntur sufficienter probare intentum. Mihi autem (saluo meliori iudicio, & pro concordia omnium doctorum) videtur dicẽdum, ꝙ licèt consuetudo non det iurisdictionem neque hoc Ius concedendi Indulgentias, quia pertinet ad remisionem peccatorum, cuius potestas solo Iure diuino concessa est ordinariè, vt suprà. q. 4. &. 5. benè tamen potest esse signum ꝙ aliquando fuit vel ꝙ nunc est priuilegium seu concesio aliqua seu aliquo modo data per Papam vel Ecclesiam. Et isto modo per consuetudinem tanquam per signum concesionis habitæ potest introduci, vt quis habeat iurisdictionem Ecclesiasticam & vt inferiores Episcopis cõferant Indulgentias: & sic fortè Cardinales nõ Episcopi possunt ex cõsuetudine cõcedere Indulgẽtias, vt suprà prop. 4. habetur: cum talis modus concedendi potestatẽ & iurisdictionẽ Ecclesiasticam pendeat aut sit in Ecclesiæ potestate. ¶ Dubitatur secundò. Vtrùm peccatum mortale tollat aut impediat potestatem concedendi Indulgentias durante tali peccato. Respondeo, quòd non quandiu tolleratur ab Ecclesia & non excommunicatur

Marginalia: *Respõsio* / *Turrecr.* / *Glossa.* / *Dubiũ. 2* / *Resp. 13.*

n̄icatur, nec denunciatur, aut suspenditur à tali potestate. Ratio, quia potestas hæc Indulgentiarum consequitur iurisdictionē aut potestatem Ecclesiasticam quæ non fundatur in gratia: & per consequens non perditur per mortale, ergo & in hoc concordāt omnes catholici, vt etiam refert Tho. Bonauent. Palud. & communiter doct. in. 4. dist. 20. & 25. & Hostien. & facit ca. Dictum est. 1. q. 1. & Gerson de potestate Ecclesiastica alphab. 1. 2. & 3. & oppositum tenere est hæresis pauperum de Lugduno. Et licèt sic concedens Indulgentias in peccato mortali non sit propinquior Deo per sanctitatem, quàm sancti viri non habentes hanc potestatem, tamē est propinquior per autoritatem & potestatem, & hoc sufficit. Nam concedere Indulgentias non est concedere de suis meritis, sed de communi thesauro Ecclesiæ ex potestate sibi & non aliis etiam sanctis ad hoc collata, vt dictum est. Itē licèt concedere Indulgentias sit minus quò ad vtilitatem propriam concedentis in mortali, quàm sit eas accipere & lucrari in statu gratiæ, tamen quò ad potestatē cōcedendi est maius dare quàm accipere ex genere suo, ergo patet tota quæstio.

Thom.
Bonauēt.
Palud.
Hostiē.
Gerson.
Quest. 11 proposi. 1.

Quæstio vndecima.

Quibus possunt concedi Indulgentiæ: & qui possunt eas lucrari, & à quibus.

REspōdeo p hāc vnicā ppositionē. Illi qui possūt cōcedere Indulgētias, solū possunt eas concedere sibi tunc subditis simpliciter aut secundum quid, & non aliis. Ratio, quia est actus iurisdictionis: ergo non potest nisi in tunc subditū exerceri, sicut & absolutio sacramentalis, neq; potest Indulgentiam lucrari nisi talis subditus, sicut neque sacramentaliter absolui. Item idem petet ex capit. Quod autem. de pœnitent. & remissio.

Quest. 1. Propo. 1.

¶Et notanter dictum est ꝙ requiritur ꝙ sit tunc subditus concedentis quando conceditur Indulgentia, quia prælatus Episcopus excommunicatus non potest suo subdito concedere Indulgentiã quia ex quo est excommunicatus & denunciatus iam priuatꝰ est pro tunc vsu iurisdictionis suæ & per consequens pro tunc nõ habet sibi subditum directè, vt suprà propositione vndecima. q. 10, habetur. Quàmuis benè potest talis Episcopus excõmunicatus subijcere suos subditos alteri potenti concedere Indulgentias, & sic concedere licentiã eis, vt possint ab alijs Episcopis seu potentibus concedere Indulgẽtias eas lucrari sicut & possunt alij lucrari ab illis sicut & curatus excommunicatus dat licentiam suo subdito parrochiano, vt possit ab alio absolui, vt hoc habetur etiam apertè in dicto ca. Quod autẽ. ¶Item nota secundò ꝙ sufficit ꝙ

Nota. sit subditus tunc simpliciter, id est, quò ad omnia, aut secundum quid, id est, quò ad lucrandum Indulgentias tantùm. Sicut & sufficit esse subditum ad absolutionem sacramentalẽ, vt patet ex ca. Quod autem de pœ. & re. Ideò habentes cõmissionẽ concedendi aliquibus Indulgentias benè possunt concedere & illi possunt eas lucrari: quia pro tũc sunt eis subditi quò ad id tantũ. ¶Ex quo patet ꝙ Indulgentias Papales scilicet ab eo vel ab eius commissarijs specialibus habentibus autoritatem generalem concedendi Indulgentias omnibus Christianis quilibet potest eas lucrari. Ratio, quia quilibet est subditꝰ Papæ simpliciter & pro tunc: & etiã pro tunc est subditus prædictorum commissariorum secundum quid, id est, ad lucrandum Indulgentias, nisi fortè talis concessio

Panorm. esset restricta ad tales vel tales personas seu habitatores &c. quod secundum Panor. raró aut nunquàm fit. Similiter omnes existentes de prouincia Archiepiscopi habentes ibi domicilia possunt lucrari Indulgentias ipsius Archiepiscopi cõcedentis eas per totã prouinciam, vt habetur in ca. Nostro. de pæ. & re. Et similiter omnes existentes de diœcesi etiam si sint exempti & religiosi possunt lucrari Indulgentias concessas a diœcesanis Episcopis in quorum terminis morantur, vt de hoc scilicet de religiosis latiùs infrà du-

Supplementum. bio secundo habetur, & cũ prędictis omnibꝰ concordat Supplementum Gabrielis in. 4. dist. 45. art. 2. propo. 7. corol. 4. & Silue-

Siluest. ster. titu. Indulgentia. q. 5. & communiter doctores & Summistę.

Dubiũ. 1. Et ratio horum omnium est, quia quò ad hoc pro tunc efficiũtur subditi talium concedentium Indulgentias. ¶Dubitatur primò

quis intelligatur nomine proprij iudicis, cuius licentia requiritur ad hoc ꝙ quis posſit lucrari Indulgentias aliorum iudicum ſeu prælatorum, vt dictum eſt, ꝙ requiritur ſecundum cap. Quod autem de pœni. & remiſs. ¶ Reſpondeo in hoc eſt duplex opinio. *Reſpon.* Prima dicit ꝙ ſimplex ſacerdos qui poteſt abſoluere à peccatis, poteſt prefatam licentiam concedere, & etiam curatus propri⁹ licèt non ſit ſacerdos. Ratio, quia ſicut poteſt licentiare vt ſubditus ſuus confiteatur alteri ſacerdoti, ergo ſimiliter poteſt licentiare vt lucretur Indulgentias ab alijs potentibus concedere, & poteſt facere eum eſſe ſubditum illorum pro tunc ad id, licèt ipſe non poſſit abſoluere & concedere Indulgentias. Licentia autem prædicta dicunt ipſi ꝙ conceditur non ſolùm ſpecialiter, ſed & generaliter, quando ſacerdos in abſolutione ſacramentali dicit, Omnia bona quæ feceris ſint tibi in remiſſionem peccatorum. Hanc opinionem tenent expreſsè Palud. in. 4. diſtinct. 20. quæſtione. 4. arti. 3. & refert etiam ſupplementum Gabrielis vbi ſuprà, & de Canoniſtis Hoſtienſis, & ad hanc videtur licèt non finaliter accedere Gloſſa in cap. Quod autem. cum Panorm. ibidem, & Ioannes Dominicus in cap. Indulgentiæ. de pœnit. & remiſs. lib. 6. & Felinus in tractatu de Indulgentijs. Summiſtæ autem recitant ſed non ſe determinant. *Palud.* *Hoſtien.* *Ioan. Dominicus.* *Felinus.* ¶ Sed certè hæc opinio non videtur vera neq; eius ratio ſufficiens. Quòd non ſit vera patet. Quia ca. Quod autem. videtur contra eam, vt patebit infrà in ſecunda opinione. Ratio autem præfata non valet. Quia ideò curat⁹ licentiat ſubditum ſuum ad cõfitendum alteri, quia ex officio habet iuriſdictionem ſacramentalem ſimpliciter: quamuis non quò ad vſum propter defectum poteſtatis ordinis ſacerdotalis. At verò quò ad Indulgentias nullam iuriſdictionem aut poteſtatem habet, vt ſuprà q. 10. propo 5. 6. & 7. latè habetur, ergo non poteſt dare licentiã ad id, quia nemo dat quod non habet, & ideò non eſt ſimile.

¶ Ideò eſt alia opinio verior, ꝙ ſcilicet nomine ꝓprij iudicis intelligitur proprius Epiſcopus qui ſolus poteſt dare præfatam licentiam Indulgentiarũ. Ratio eſt triplex. Prima quia propriè loquendo, vt verba Iuris debent accipi in ſua propria ſignificatione niſi aliud conſtet ſufficienter, nomine iudicis intelligitur is qui habet poteſtatem cũ iuriſdictione ordinaria, cũ materia Indulgentiarũ ſit ſtricti Iuris ad hunc ſenſum ꝙ valent non niſi vt ſonant ſecundum proprietatem verborum, vt ſuprà. quæ. 7. in reſponſione ad

primum argumentum contra quartam propositionem habetur. Ille autem qui habet talem iurisdictionem est & dicitur propriè & strictè prælatus secundum communiter doctores, & talis est solus Episcopus, & non curatus nec simplex sacerdos secundum Glossam in capite secundo de Iudici, & Innocen. in cap. Firmiter. de sum. tri. & fide catholi. & Panormitan. in cap. Ne pro dilatione, & cap. Omnis. de pœniten. & remiss. vt etiam latè referunt Summistæ, titul. Prælatus, titu. Iudex. titul. Episcopus, ergo.

Glossa. *Innocen.* *Panorm.*

Ratio. 2. ¶ Secunda ratio, quia eodem modo vniuocè debet accipi ly Iudex à quo debet peti seu haberi præfata licentia Indulgentiarum, sicut accipitur ly Iudex cuius Indulgentias vult quis lucrari secundum dictum cap. Quod autem. Quod patet. Quia eodem modo loquitur de vtroq; iudice ꝓprio à quo & ad quē licentiatur vt absoluatur, & vt lucretur Indulgētias ꝓportionabiliter. Sed sicut iudex qui sacramentaliter absoluere habet est sacerdos, & sic sufficit à suo sacerdote habere prædictam licentiam: ita iudex qui habet concedere Indulgentias de Iure communi est Episcopus vel eo superior, non autem alius eo inferior, vt patet suprà quæstione decima, propositione. 4. 5. 6. & septima, ergo Episcopus & non eo inferior potest licentiare ad hoc, & quidem dictum ca. Quod autem. innuit quod dictum est, vt patet ex argumento seu relaxatione seu causa illius decretalis aut responsionis.

Tertia. ¶ Tertia ratio, quia licentia curati non requiritur ad hoc quòd per Indulgentias ritè collatas possit quis se redimere ab iniuncta pœnitentia, vt patet ex dictis suprà quæstione octaua, coroll. primo: & si alicubi Hostiensis dicit quòd requiritur, loquitur de consilio: & similiter alij doctores: vel non satis rectè loquuntur si oppositum sentiant, vt patet ex suprà dictis, & infrà dicetur. Nec requiritur prædicta licentia curati aut sacerdotis, nec sufficit ad subijciendum talem subditum iurisdictioni alterius Episcopi concedentis Indulgentias, quàmuis sufficiat ad hoc quòd ab alieno sacerdote possit sacramentaliter absolui de peccatis, vt dictum est. Quia & non videtur quòd sacerdos autoritate sua possit licentiando eximere subditum à iurisdictione sui superioris Episcopi, subijciendo illum pro tunc alteri Episcopo aut superiori.

Glossa. ¶ Et cum hac opinione est Glossa in dicto capite. Quod autem. tandem dicens quòd inferiores prælati Episcopis carentes dignitate Episcopali non possunt huiusmodi remisionem facere, vt innuitur

nuitur in capit. Accedens. de excesibus prælatorum: & communiter id tenent Canonistæ, vt refert Innocentius in dicto capite, Quod autem: & Bonauentura in quarto, distincti. 20. articulo 2. quæstione tertia, in fine dicens, proprij iudices, id est, Episcopi & communiter Theologi ibidem, & secundum Guillelmum in specul. vt etiam referunt Summistæ sufficit consensus metropolitani, vt innuitur in capit. Nostro. de pœnitentijs & remisionibus, & per rationes præfatas. ¶Secundò dubitatur, an religiosi & alij exempti posint lucrari Indulgentias concessas communiter Christianis, à Papa, legatis, seu à diœcesanis in quorum terminis seu diœcesi morantur. ¶Respondeo secundum sanctum Thomam in additione tertiæ partis Summæ, quæstione vigesima septima, articulo secundo: & in quarto, distinctione vigesima, & Palud. eadem distinctione, quæstione quarta, articulo tertio quòd sic, quodque non solùm possunt eas lucrari de licentia suorum superiorum, sed & sine eorum speciali licentia: quia de Iure communi hoc eis concessum est. Quia quò ad hoc non videntur exempti, quia noluerunt impetrare exemptionem in damnum, sed in vtilitatem suam: esset autẽ sibi damnosum si eis non possent prodesse Indulgentiæ suorum diœcesanorum, cum sint homines egentes fauore spirituali, licèt sint in statu perfectionis, ergo nec ipsi exempti aut religiosi in sua exemptione hoc intenderunt, neque Papa concedens exemptionem, sed potiùs eorum voluntati virtuali se conformauit in sua exemptionis concesione, sicut in alijs indultis intentio concedentis intelligitur conformari intentioni petentis. ¶Item quia licèt non posint ligari vel absolui à peccatis in foro conscientiæ & sacramentali per Episcopum suæ diœcesis, tamen lucrari possunt Indulgentias & per viam Indulgentiæ absolui à peccatis quò ad pœnam. Ratio quorundam est, quia concedens Indulgentias non absoluit propriè, sed secundum quid, scilicet dispensando de thesauro Ecclesiæ, quæ dispensatio potest fieri etiam non subdito, dum modò in terminis suæ diœcesis existat, vt dicit Palud. vbi suprà. Sed certè hæc ratio nil valet. Quia videtur præsupponere quòd ratio Indulgentiæ non stat principaliter in absolutione vel remisione, quæ; nõ est actus iurisdictionis, quod est falsum, vt suprà q. 1. probatum est, ideò prima ratio videtur sufficiens & efficax. Quòd si contra hoc arguatur, quod ergo religiosus posset etiã

Innocen. *Bonauen.* *Guillel.* *Dubiũ. 2* *Respons.* *Thom.* *Palud.*

contra voluntatem ſui prelati exire clauſtrum & dare quid ad lucrandum Indulgentias ſecundum tenorem earum, & ſic religio periret, reſpondeo negando conſequentiam ſecundum Thomã vbi ſuprà. Quia non poteſt religioſus facere aliquid prædictorũ neq; aliud eiuſmodi quod eſſet contra regularẽ diſciplinam, aut contra promiſſam ſeu profeſſam obſeruantiam regularem, quia non dantur Indulgentiæ ad diſſolutionem regularis obſeruantię. Et licèt Indulgentiæ plus valeant quò ad remiſsionem pœnarum non tamen quò ad meritum & præmium: quò ad hoc enim plus valet religioſis ſua religionis obſeruantia quàm lucrari Indulgentias. Nunc autem maius bonum eſt meritum & præmium glorię quàm remiſsio pœnarum, ergo dicatur ꝙ de licentia tantùm ſui ſuperioris poteſt religioſus exire clauſtrum & viſitare loca ad lucrandum Indulgentias, aut dare aliquid ſecundum tenorem earum. Quòd ſi ad eas lucrandum requiritur aliquid ꝙ non ſit contra regularem diſciplinam aut obſeruantiam, ſed quòd ſalua obedientia & regulari obſeruantia poteſt à ſubdito fieri, putà recitare, orare, aut ieiunare, quando per ſuperiorẽ non prohibetur, tũc benè poteſt religioſus etiam ſine licentia, non tamen contra prohibitionem rationabilem ſuperioris id facere ad lucrandum Indulgentias. Quia Papa intendit cõcedere Indulgentias ſalua ſemper diſciplina & obſeruantia regulari & non aliter & concordat Summa Angelica titul. Indulgentia. §. 22. ¶ Quomodo autem frater Minor, qui ex regula non poteſt accipere pecuniam per ſe vel per interpoſitam perſonam, poſsit procurare pecuniam requiſitam ad lucrandum Indulgentias, latiùs infrà. quæſtione. 23. in primo dubio ibi habetur de hoc. ¶ Dubitatur tertiò vtrùm ipſimet prælati concedentes Indulgentias poſsint eas lucrari, ſicut & illi eorum ſubditi quibus conceduntur ab eis. ¶ Reſpondeo præſuppoſito ꝙ poſſunt eas lucrari, nec in hoc eſt dubium inter doctores. Poteſt enim eis ſubueniri per Indulgentias de theſauro Eccleſiæ ſibi commiſſo, ex quo & ſunt membra Eccleſiæ indigentia vt alij homines. & non ſunt peioris conditionis quò ad hoc ex hoc ꝙ ſunt capita ſicut alia membra Eccleſiæ. Iam Punctum difficultatis eſt in modo: quomodo ſcilicet poſſunt lucrari Indulgentias à ſe conceſſas cõmuniter omnibus ſubditis ſuis. Nam circa hoc eſt duplex opinio. ¶ Prima opinio tenet ꝙ poteſt prælat⁹ cõcedens Indulgentias alijs, eas lucrari ſibi, nõ quidẽ dando aut

Reſpon.

Nota quò ad religioſos.

Sum. Angelica.

Dubiũ. 3.

Reſponſ.

Opinio. 1.

diſ-

dispensando sibi de thesauro Indulgentiarum, vt alijs dispensat,
neq; recipiendo vt alij recipiunt à concedente seu dispēsante the
saurum præfatum, sed participando & vtendo Indulgentia com-
muniter data, aut de thesauro cōmuniter dispensato. Potest etiam
committere alij vt sibi cōcedat talem Indulgentiam, licèt ad hoc
non teneatur. ¶Probatur primò ꝙ non potest dādo aut recipiē Rati
do lucrari Indulgentiam vt alij, idq; tripliciter probatur. Primò
secundum Thomam in additione tertiæ partis Sum. q. 27. art. 4. *Thom.*
& in. 4. dist. 20. art. 5. q. 4. quia Indulgentia debet ex aliqua causa
pia dari ad hoc scilicet ꝙ quis per Indulgētiam prouocetur ad ali
quem actum, qui vergat in Dei honorem & vtilitatem Ecclesiæ.
Sed prælatus ex quo ex officio habet curam Ecclesiæ & Dei ho-
noris, iam non habet causam vt se ipsum prouocet ad hoc, ergo
non potest facere sibi Indulgentiam vt alijs dispensando. Sed cer
tè hæc ratio non concludit. Quia stat ꝙ ex officio & insuper ex
alia causa & motiuo seipsum prouocet prælat⁹ ad actum bonum
quo lucretur Indulgentiam, & sic potest negari minor, etiam si
teneatur ꝙ Indulgentia principaliter est dispensatio thesauri, vt
videtur supponere hæc ratio, vt suprà quæstione prima habetur.
¶Secunda ratio, secundū Palud. in. 4. dist. 20. q. 4. art. 3. quia inter
dantem & recipientem requiritur differentia personalis, sed præ *Ratio. 2.*
latus dans Indulgentiam non distinguitur personaliter à seipso, *Palud.*
ergo non potest dare sibi sicut alijs de thesauro Indulgentiarum,
& per consequens nec recipere Indulgentiam datam à se vt alij,
propriè loquendo. Ista ratio non cōcludit, quia videtur nimis ni-
ti proprietati & rigori vocabuli dare & accipere, etiam si suppo-
natur ꝙ Indulgentia principaliter est dispensatio seu communi-
catio thesauri alijs facta, quod impugnatum est suprà quæstione
prima. ¶Tertia ratio secundum eum. Palud. quia qui potest cū
alio dispensare, putà in irregularitate & huiusmodi, certè non po *Ratio. 3.*
test ex hoc secum etiam dispensare, nisi quatenùs Ius ei permittit,
& sic propriè nullus secum dispensat autoritate sua, sed autoritate
Iuris aut superioris vtitur tali dispensatione. Sed concedere In-
dulgentiam est dispēsare thesaurum, ergo eo ipso quò potest quis
alijs concedere Indulgentiam non potest propriè loquendo sibi
eam concedere aut dispensare præfatum thesaurū. Sed certè nec
hęc ratio concludit. Quia æquiuocat in ly dispensare in maiore
& minore. Nam in maiore accipitur dispensatio pro Iuris relaxa-

tione, in minore aũt pro bonorũ cõmunium seu thesauri cõmunis distributiõe seu cõmunicatione. Quod si vtrobiq; accipiatur vniuocè pro thesauri cõmunis cõmunicatione iã ista tertia ratio coincidit cũ scđa pręcedẽte, ideò nõ valet, vt ibi dictũ est. ¶ Alia pars hm⁹ opinionis ꝙ prælat⁹ potest lucrari Indulgentiã à se concessã alijs participãdo & vtẽdo ea, aut thesauro cõmuniter dispẽsato aut cõmunicato: probatur. Quia cuilibet habẽti autoritatẽ super bonũ cõmune cõcessum est, & nullo Iure ꝓhibetur, vt autoritate sua possit vti & participare sibi de bonis cõmunib⁹, vt alij, ne sit peioris cõditionis, q̃ alij, vt suprà dictũ est. Sed cõcedere Indulgentiã est cõmunicare de cõmuni thesauro, ergo eo ipso & ratione suę autoritatis præfatę potest inde participare, vt alij, & vti Indulgentijs à se concessis. Facit ad hoc quod notatur cõmuniter à doctorib⁹ in ca. Per venerabilẽ. qui filij sint legitimi, vbi Princeps potest legitimare filios suos nõ tãq̃ pater sed tanq̃ Princeps, sicq; gaudet priuilegio, & autoritate sua vtitur pro se, sicut & cæteri. Sic ad propositũ, prælatus dat Indulgentias vt caput, seu vt prælatus Ecclesiæ seu vt habens autoritatem dispensandi thesaurũ: vtitur autem & participat de eis pro se, vt membrũ Ecclesiæ, & etiã hoc modo vt membrum Ecclesiæ potest dici ꝙ recipit pro se.

Obiectio. ¶ Et si contra hoc arguatur ꝙ nullus potest in se ipsum exercere actum iurisdictionis qualis est concessio Indulgentiæ, vt suprà. q. 1. ergo non potest vti Indulgentijs neq; de eis participare. Itẽ nemo potest vti seu participare de excõmunione seu absolutiõe peccatorũ facta à seipso in se vel in alios, ergo similiter nõ potest vti Indulgentijs &c.

Respons. Respõdeo scđm præfatã opinionẽ ad primũ cõcesso antecedente ad sẽsum suprà dictũ. q. 1 in respõsione ad secũdũ argumẽtũ, & vt infrà dicetur hic in secũda opinione, negatur cõsequẽtia. Quia exercere actũ iurisdictionis absoluẽdo aut cõcedendo sibi directè Indulgẽtiã, nõ est vti ea aut participare de ea, quia hoc nõ est act⁹ iurisdictiõis, sed autoritatis sibi cõcessæ, vt dictũ est. Ad aliud respõdeo negãdo cõsequẽtiã. Quia illud est act⁹ iurisdictionis aut sentẽtia iudicialis, quã nemo põt in se exercere neq; vti pro se. Vti aũt Indulgẽtia seu eã cõcedere nõ est per viã iurisdictionis aut sentẽtiæ principaliter, sed per viã dispensationis quò ad alios, aut participationis quò ad se, vt dictũ est. ¶ Quod autem prælatus possit lucrari Indulgentias cõmittẽdo alijs autoritatem, vt concedat ei talem Indulgentiam, patet ex rationib⁹ infrà

ponen

ponendis in secũda opinione. Et in hoc cõcordant omnes docto res. Quòd aũt nõ sit necessariũ hoc modo eas lucrari patet. Quia potest lucrari alio modo suprà dicto scilicet vtẽdo aut participando de Indulgẽtijs cõmuniter alijs à se cõcessis, vt dictũ est. ¶ Hãc opinionẽ quò ad oẽs tres ei⁹ partes prædicto modo declaratã & probatã tenent Thom. & Palud, vbi suprà & doct. cõmuniter ea. dist. 20 & Supplemẽtũ Gabrielis in. 4. dist. 45. q. 3. concl 7. & de Canonistis Gaspar in ca. Nostro. de pœ. & re. & Gemini. in ca. Indulgentiæ, de pœ. & re. li. 6. & multi alij. Et videtur supponere ꝙ Indulgentia principaliter & essentialiter est potiùs dispẽsatio thesauri q̃ remissio pœnarũ: id quod suprà. q. 1. improbatũ est. *Thom. Supple. Gaspar. Gemini. Opinio secunda.*

¶ Secũda opinio est ꝙ põt eã lucrari eo modo in specie, licèt nõ eo modo in numero quo alij, quia scilicet potest per viam absolutionis seu remissionis iudiciariæ: & ideò est necessariũ ꝙ autoritatẽ suã cõmittat cõfessori seu alteri, se quò ad hoc illi subijciẽs in sacramẽto aut extra, vt sic ei concedat tales Indulgẽtias quas ipse alijs concessit, aliàs eas nõ lucrabitur talis prælatus. Itaq; licèt prælatus non possit lucrari Indulgẽtias per viã suæ cõcessionis, sicut nec potest absolui à peccatis per viam suæ absolutionis, qua alios absoluit potest tamen eas lucrari per viã concessionis, seu absolutionis factæ ei ab alio, cui ipse suam autoritatẽ ad hoc cõmiserit, sicut & cõmittit alteri autoritatẽ, vt ipsum absoluat sacramẽtaliter à peccatis sicut ipse alios absoluit. Sicq; nõ est peioris cõditionis prælat⁹ in hoc quàm alij ex quo habet viam ad lucrandũ Indulgẽtias vt alij, vt dictũ est. ¶ Et ratio huius opinionis est, quia actum iurisdictionis præsertim per viam sententiæ seu absolutionis, nemo potest in seipsum exercere, vt patet ex suprà dictis, & secundũ communiter doctores. Quia nemo seipsum absoluere iudicialiter vel ligare potest. Nemo enim potest esse iudex & reus, quia & sic Christus instituit, sicut & nemo seipsum baptizare potest de lege communi, vt patet ex ritu & practica Ecclesiæ: sed concedere Indulgentias est actus iurisdictionis per viam sententiæ seu absolutionis iudiciariæ, vt patet ex suprà dictis quæst. prima, ergo.

¶ Hanc opinionem tenent Vincentius in ca. Cum ex eo, de pę. & remissi. & Guillelm. in specu & Archidyaco. in cap. Indulgentiæ. de pœniten. & remiss. li, 6 l. Vnica. C. Ne quis in cau. & l In quisitio, C. de solu. & Caietanus in quodlibetis vt patuit suprà. quæstione prima in responsione ad secundum argumentum, & *Vincent. Guillel. Archyd.*

Duran. ad idem videtur Durandus in. 4. dist. 20. q. Et alij doctores, & hęc opinio præsupponit q Indulgentia est essentialiter & principaliter absolutio, seu remissio pœnarum, & est actus iurisdictionis vt suprà. q. 1. habetur. & dictum est esse pbabiliùs & veriùs. ¶ Quæ autē istarum opinionum sit verior, nostro non stat arbitrio iudicare. Nam hæc secunda opinio videtur verior, sed prima est communior & communiter practicatur à Papa & prælatis Ecclesiæ, sed vt (saluo meliori iudicio) dicam quod sentio: videtur dicendum q est triplex Indulgentia. Prima absolutè sumpta, de qua in hoc tractatu specialiter agitur, & hæc est propriè Indulgentia, & stat essentialiter & principaliter in absolutione seu remissione pęnarum, vt suprà quęstione prima dictum est, & hæc principaliter conuenit viuis, & hanc Indulgentiam concedit prælatus aut alius habens autoritatem ad id suis subditis pro tunc, & hæc dicitur Indulgentia propriè per viam iudiciariæ absolutionis. ¶ Secundus modus Indulgentię est per viam seu per modum suffragij, & hęc conuenit solùm defunctis, & eius ratio stat principaliter in cōmunicatione seu dispensatione thesauri Indulgentiarū vt infrà quæstione. 13. latiùs de hoc habetur. ¶ Tertius modus Indulgētiæ est per viam participationis de communi thesauro cōmisso autoritati concedentis Indulgentiam seu pręlati. Et ratio huius Indulgentię stat principaliter & essentialiter in participatione seu vsu thesauri cōmunis sibi cōmissi & alijs cōmunicati, minùs aūt principaliter stat in remissione seu absolutione pęnarū & in dispensatione seu cōmunicatione præfati thesauri. Et hic modus Indulgentiæ per viam participationis seu vsus conuenit solùm prælatis aut alijs habentibus autoritatem concedendi Indulgentias. Cōuenit (inquā) eis pro se, vt scilicet eas possint sibi ipsis lucrari per hanc viam participationis seu vsus absq; hoc q committant suam autoritatem alij, vt cōcedat ipsis præfatas Indulgētias, vt benè dicebat prima opinio quò ad hoc. ¶ Et sic videntur doct. primæ opinionis suprà positæ nobiscū cōcordare in hoc, quādo dicūt q cōcedens Indulgentiā potest eā lucrari, nō quidē dādo aut dispensando sibi aut recipiendo, sed participando, seu vtendo Indulgentia alijs cōcessa &c. Doctores aūt tenētes q Indulgētia est principaliter absolutio intelligūtur de Indulgētia concessa alijs per ipsum prælatum aut per habentē autoritatem ad concedendū alijs, seu loquuntur de Indulgentia respectu aliorū viuorū ab ipso cōceden

Indulgentia absolutè sumpta.

Indulgētia per modum suffragij.

Indulgētia per viam pticipationis.

dente,& ſic fortè omnia cõcordãtur.Et de hac triplici Indulgẽtia latiùs habetur infrà.q.13.art.1.in reſolutione, corol. 1.vbi habetur quomodo conueniant & differãt inter ſe iſti tres modi Indulgentiarum,ibi videatur. ¶Et ſi quæratur vtrùm ipſe prælatus aut concedens Indulgentias alijs volẽs eas ſibi etiam lucrari hoc vel illo modo teneatur implere aut facere ſicut alij id quod ipſe alijs taxauit ad lucrandum talem Indulgentiam, reſponſio patet ex infrà dicendis.q.28.propo.2. ibi videatur, quia illuc hoc pertinet. Replica.

Quæſtio duodecima.

Quam quantitatem Indulgentiarum poſſunt prælati putà Epiſcopi & Archiepiſcopi in ſuis & aliorum diœceſibus ſeorsùm aut ſimul cum alijs de licentia ipſorum concedere ſuis & aliorum ſubditis. Quæſt.12.

REſpondeo per ſex propoſitiones. Prima eſt, Epiſcopi & Archiepiſcopi de Iure Communi poſſunt cõcedere in ſua diœceſi & in tota ſua prouincia in anniuerſario dedicationis Eccleſiæ,& in omnibus alijs caſibus, quadraginta dies tantùm de iniunctis pœnitentijs.Sed in die conſecrationis baſilicæ vnum annum,vt habetur in ca.Noſtro,& cap.Cum ex eo. de pœ.& re.& eo.titu ca.Indulgentiæ.lib.6.& hoc eſt verùm etiam in foro pœnitentiali,licèt antiqui doctores teneant oppoſitum, vt ſuprà.q.10.propo.2.dictum eſt. Et hoc eſt verum,etiam ſi plures Epiſcopi ſimul concurrãt in dictis caſibus.Quia omnes illi ſimul non poſſunt de Iure concedere niſi ac ſi vnus tantùm eſſet,vt dictum eſt,vt habetur vbi ſuprà in eo.ca.Cum ex eo.& no.Cardinalis in Clementina ſecunda de pœ. & re. ¶Secunda propoſitio. Propo.1. Cardina.

Propo. 2. Si in largitione Indulgẽtiæ cõcurrunt Episcopus & Archiepiscopus metropolytanus, quorum quilibet concedit quod potest de Iure, putà quadraginta dies Indulgentiæ suis subditis: tunc subditi Episcopi habebũt vtráq;. s. octoginta dies, ex quo quò ad hoc sunt subditi Episcopi & metropolytani, quorum quilibet concessit suis subditis quadraginta dies. Subditi autem Archiepiscopi tantùm habebunt quadraginta dies dumtaxat concessos à suo Archiepiscopo, non autem ab Episcopo, qui non est prelatus eorum. Qui etiam si sint in Episcopi dioecesi non possunt plus lucrari vt patet ex propositione prima præcedente secũdum Host. Hostien. titu. de pœ. & remiss. §. Posit quis fa. &c. & Directo. lib. 1. & communiter Summistas. ¶Propo. 3. Si Episcopus dedit quadraginta dies Indulgentiæ, & eius successor totidem non valet nisi pro Propo. 3. vnica Indulgentia quadraginta dierum, vt ait Gemini. in ca. Fina. de pœ. & re. li. 6. ex mẽte Ioãnis And. in addi. specu. quia ꝑ talẽ multiplicationẽ veniri potest contra intẽtũ decreti, ca. Cũ ex eo. de pœ. & re. Hoc ego limitarem, quando in eodẽ casu seu pro eadem vice vterq; prædictorum concederet: secùs si in diuersis quia sic videtur de mente dicti capituli Cum ex eo. ¶Propositio Quarta. Quilibet Episcopus potest concedere suo subdito quadraginta dies secundum Ius commune visitanti talem Ecclesiam, modò illa Ecclesia sit in sua, modò in alia dioecesi. Ratio est Quia talis Indulgentia non acquiritur directè loco illi sed subdito existenti intra limites suæ iurisdictionis sui Episcopi, licèt expleturus sit opus faciendum in alio loco alterius iurisdictiõis pro lucranda Indulgentia, vt ait Supplementum Gabrielis in. 4. dist. 45 quæst. 3. propo. 8. corol. 3. ¶Propositio quinta, secundum aliquos Episcopus licèt posit statuens in sua dioecesi concedere vt Indulgentiæ suæ prosint venientibus de dioecesi aliena cum consensu sui proprij Episcopi, secundum cap. Quod autem. de pœniten & re. tamen non potest concedere quòd Indulgentiæ ab alijs Episcopis in eius dioecesi concessæ omnibus illis valeant. Ratio, quia in primo casu illuc accedentes quodammodo forũ consequuntur, de foro competenti. ca Romana. §. Contrahentes. li. 6. & sic pro tunc efficiuntur de iurisdictione illius Episcopi, illius dioecesis vbi sunt. In secundo autem casu ingreditur Episcopus alienam dioecesim vt ibi iudicet seu actum iurisdictiõis exerceat, quod facere non potest. Non enim potest ligare aut soluere suum

Gemini.
Ioã. An.
Propo. 4.
Supple.
Propo. 5.

parrochianum in aliena diœcesi, alioqui vnus Episcopus posset centum annos indirectè concedere. Et sic tenet Guillel. in specu. & concordat Bonauentura in. 4. dist. 20. arti. 2. q. 3. in fine. *Guillel.* *Bonauē.*

¶ Sed certè hæc ratio quò ad secundam partē non valet vt paulò inferiùs dicetur ꝙ ea quæ sunt volūtariæ iurisdictionis sine strepitu iudicij vbi alterius iurisdictio non læditur, possunt vbicunq; exerceri. Ideò melior ratio est. Quia illi de aliorum Episcoporū diœcesi venientes non sunt subditi huius Episcopi in cuius diœcesi sunt, vt posit ei dare licentiam, vt Indulgentias ab alio consequantur, quàmuis sint subditi eius pro tunc ad hoc ꝙ Indulgētias concessas ab eo consequantur de licentia sui proprij Episcopi, neque tales habent licentiam à suo Episcopo ad lucrādum Indulgentias nisi illius Episcopi in cuius diœcesi sunt, vt dictum est & supponitur. Potest tamen Episcopus concedere ꝙ Indulgētiæ ab alijs Episcopis concessæ subditis ipsius Episcopi in diœcesi ipsius Episcopi valeant eis. Ratio, quia sic videtur elici ex ca. Cum ex eo. de pœ. & re. vbi dicitur ꝙ possunt plures Episcopi concurrere ad concedendum Indulgentias in dedicatione vnius basilicæ & in alijs casibus, ergo de licentia Episcopi potest alius Episcopus in alterius diœcesi subditis illius concedere Iudulgentias. Imò & videtur dicendū quòd Episcopus existens in alterius diœcesi potest sine vlla illius diœcesani licentia in cuius diœcesi est suis subditis ibi venientibus concedere Indulgentias sine strepitu iudicij sicut & absoluere & dispensare cum eis secretè, & in foro pœnitentiali à casibus & censuris &c. huiusmodi. Quia ea quæ sunt voluntarię iurisdictionis, quando scilicet nemo se opponit, possunt omni tempore & loco sine strepitu iudicij exerceri, quando nullius iurisdictio læditur. ff. de Adop. l. Emancipari. ff. de offi. Pro consul. l. 2. & ca. Nouit. de officio legati, & in glossa.

¶ Ex quo patet, vt ait Siluester titul. Indulgentiæ. quæstio. quinta. particul. quarta. quòd literæ habitæ à diuersis Episcopis dantibus Indulgentias ijs qui aliquibus faciunt eleemosynas, non valent, nisi subsint Episcopo danti prædictas literas, aut nisi habeant licentiam seu consensum sui proprij Episcopi ad hoc de foro competen. ca. Significasti. & de pœ. & re. ca. Quod aūt. Vbi etiā dicit Panor. ꝙ tutū & valde expediens est vt volēs peregrinari & pia loca visitare licentiā habeat à suo Episcopo vel etiā à ꝓprio sacerdote secundū alios, qđ nō credo verū, vt suprà. q. 11. dubio. 1. *Siluest.* *Panorm.*

dictum

dictum est, ad lucrandum Indulgentias aliorum Episcoporum. Nam ad lucrandum Indulgentias Papales non oportet, vt suprà dictum est, & cũ prædictis concordat Summa Angelica titu. Indulgentia. ¶ Propo. 6. Prædicti Episcopi aut alij simul vel particulariter per se concedentes Indulgentias si excedunt summã eis taxatam, non valent tales Indulgentiæ. Ratio prima, quia sic expressè habetur in ca. Romana. & ca. Indulgentiæ. de pœni. & re. li. 6. & ca. Nostro. extra. eo. titu. Vbi dicitur ꝙ Indulgentia vires non obtinet si statutum concilij generalis (scilicet ca. Cum ex eo. eo. ti.) excesserint, & cõcordant communiter doctores in. 4. dis. 20. Alia ratio est, quia conferre Indulgentias pertinet ad iurisdictionẽ: sed hæc potest restringi ꝑ Papam. Quia licèt Episcopi habeant potestatem ordinariam, tamen sunt subditi Papæ, & talis potestas potest limitari sicut Papa potest limitare potestatẽ Episcoporum, reseruando casus & censuras à quibus non possunt Episcopi absoluere, & si tentent absoluere, absolutio est nulla, ergo similiter quò ad remissionem pœnarum per viam Indulgentiæ facere potest: & de facto facit, vt patet in cap. Prædictis. ¶ Si contra hoc arguatur ꝙ quando in mandato non apponitur hęc clausula, ꝙ si secùs factum fuerit decernimus irritum aut inane, licèt fiat contra mandatum, & sic peccet faciens contra mandatum, tamen tenet factum. Constat autem ꝙ in dicto ca. Cum ex eo. vbi ponitur mandatum taxans potestatem Episcoporum, non apponitur illa clausula, ergo licèt concedens Indulgentias vltra summam sibi taxatam peccet: tamen Indulgentia valet. Item sicut Episcopi prohibiti si consecrarent esset valida consecratio licèt peccarent, ergo similiter in concessione Indulgentiarum vltra taxationem, vt dictum est. ¶ Respondeo, propter has rationes Host. titu. de pœ. & re. §. Posset quis fa. &c. & Gloss. in cap. Cum ex eo. de pœ. & re. & Panor. ibidem tenuerunt cum quibusdam alijs doctoribus contra propositionem sextam, ꝙ valet Indulgentia concessa vltra taxationem. Sed certè eorum opinio est falsa. Quia Ecclesia sic determinauit in ca. Indulgentiæ li. 6. & ca. Romana. vt suprà probatum est. Et ad rationes eorum. Respondeo ad primã, ad antecedens, ꝙ sufficit ꝙ in ipso mandato vel alibi irritetur factum contra mandatum, vt fit in præsenti proposito: Quia licèt in ca. Cum ex eo. non irritetur, irritatur tamen in ca. Indulgẽtiæ, & in ca. Romana &c. vt suprà probatum est. Ad aliud de conse-

Propo. 6. *Prima ratio.* *Altera ratio.* *Obiectio.* *Respõsio Hostien. Glossa.*

cra-

cratione, respondeo negando consequentiam. Quia non est simile: est enim differentia in hoc, ꝙ consecratio non pertinet ad potestatem iurisdictionis supra corpus Christi mysticum. Sed ad potestatem characteris seu ordinis quò ad corpus Christi verum: ideò non potest irritari, sicut nec character potest deleri. Concessio autem Indulgentiæ pertinet ad potestatem iurisdictionis, vt suprà.q.1.ideò potest deleri, tolli, & irritari, sicut & ipsa potestas iurisdictionis. ¶ Et si quæratur vtrùm prædictæ Indulgentiæ excedentes summam taxatam per Papam vel per Ecclesiam & irritatæ, vt dictum est, intelligantur esse irritæ simpliciter quò ad totam summam dierum seu annorum concessorum, an solùm quò ad excessum, ita ꝙ Episcopus potens cõcedere quadraginta dies tantùm sic concedat septuaginta dies, an solùm quò ad illos triginta super excedentes. Respondeo, hic est duplex opinio. Prima ꝙ solùm quò ad illum excessum est irrita Indulgentia, nisi expressè apponeretur clausula irritans totam summam concessam, quæ clausula in præsenti materia nullo loco Iuris apponitur, vt patet. Et ratio est, quia in donationibus liberalitatis, & fauorabilibus qualis est concessio Indulgentiæ, valent concessa pro parte ad modum legitimum, licèt non in residuo. Quia odia restringi fauores conuenit ampliari de re.iur. & quia in fauorabilibus vtile per inutile non viciatur. de re.iur. quando vtile potest separari ab inutili, vt in proposito contingit, ergo & hanc opinionẽ tenent Ioã. Andr. & Panor. in dicto ca. Cum ex eo, & in simili de quinquagesima aut centesima Episcopi, vt latè de hoc Siluest. titul. Donatio. 1. q. 17. & Summistæ & ad hanc opinionem magis declinat glossa in dict cap. Indulgentiæ. lib. 6. de pœ. & re. & extra. eo. tit. ca. Cum ex eo. & Gerson in regulis moralibus videtur etiam ad hoc declinare, & communiter Canonistæ & Summistæ. ¶ Alia opinio tenet ꝙ talis Indulgentia est omnino nulla seu irrita quò ad totam summam. Ratio est, quia in ca. Nostro. de pœ. & re. & ca. Romana. & ca. Indulgentiæ, eo. ti. lib. 6. habetur ꝙ potest Archiepiscopus concedere Indulgentias per suam prouinciam, ita tamen q̃ statutum Concilij generalis non excedat. Et in cap. Indulgentiæ, de pœ. & re lib. 6 habetur, ꝙ Indulgentiæ vires non obtinent, si statutũ Concilij generalis excesserint. Ex quibus verbis videtur potestas eorum sic limitata q̃ si excesserint summam taxatam iam pro illa vice talis potestas vacat, ex quo conditio nõ

Consecratio.

Concessio Indulgẽtiæ.

Obiectio

Prima opinio.

Ioã. An. Panormi. Siluest.

Altera opinio.

ex-

extat sub qua potestas talis relicta est, sicque videtur pro tunc priuatus Episcopus sua potestate omnino quò ad Indulgentias concedendum contra statutum Concilij, & per cõsequens illæ Indulgentiæ omnes non obtinent vires tanquam concessæ à non habente potestatem tunc ad id, quia transgressus est statutũ concilij. Et ad regulam Vtile per inutile &c. respondet hæc opinio, quòd hic nullum est vtile concessum ex quo tota illa concessio fuit ipso iure nulla tanquam à non habente potestatem pro tunc, vt dictum est. Hanc opinionem tenent Gemini. in dict. ca. Indulgentiæ, secundum Ioan. monal. & Supplemẽtum Gabrielis in. 4. distinct. 45. quæst. 3. articul. 2. Propo. 8. corollario. 3. cum quibusdam alijs doctoribus. ¶ Mihi autẽ videtur quòd hæc secunda opinio apparet verior stando in rigore textuum, sed prima est mitior, & stando in bona Intelligentia textuum videtur rationabilior & probabilior. Sed quia totum hoc pendet ex voluntate Papæ, ideò ab ipso esset petenda declaratio, vt dicit etiam Supplementum Gabrielis vbi suprà, sicque faciliùs solueretur omnis quæstio. Sed & interim primæ opinioni ego tutus starem.

Gemini.
Ioan. Monal.
Supplem.

Quæstio

Quæstio tertiadecima.

Vtrùm in Ecclesia sit potestas ad concedẽdum Indulgentias animabus purgatorij, & quomodo, & quid importat Indulgẽtia per modum suffragij. *Quæst. 13*

RESPONDEO præsupposita fide catholica de purgatorio secundum Chrysost. homili. 69. & Dionys. in lib. de Ecclesiasti. hierar. cap. 7. & August. in lib. de cura agẽ. pro mortu. & Athana. lib. de varijs. q. ad Antiochum. q. 34. & Concilium Carthaginen. 4. cap. 4. & Valẽ. ca. 4. & Agatheñ. cap. 4. & Toleta. ca. 22. & August. lib. de hæresibus cap. 55. vbi damnantur quidam hæretici recedentes à doctrina Ecclesiæ de purgatorio & suffragijs pro defunctis. In hac quæstiõe sunt duo articuli. Primus quid sit Indulgentia per modum suffragij. Secundus vtrùm in Ecclesia sit potestas concedendi Indulgentias animabus purgatorij & quomodo.

Chrysost. Dionysi⁹ Athana. Conciliũ. Cartagiñ Valent. Agathẽ. Toleta.

QVo ad primum articulum. s. quid sit Indulgentia per modum suffragij, respõdeo ꝙ in hoc sunt quatuor opiniones solemnes. Prima opinio est, ꝙ Indulgẽtia per modum suffragij dicitur, quia est Indulgentia cõcessa pro aliquo bono opere facto pro defunctis, quod quidem bonum opus non valet ipsis defunctis plus aut minus propter præfatam Indulgentiam quàm si nullæ Indulgentiæ essent concessæ. Sicque Indulgentia per modum suffragij est idem quod suffragium boni operis, pro quo conceditur Indulgentia, applicatum defunctis. Et hæc opinio præsupponit ꝙ Indulgẽtiæ ex vi Indulgentiæ non valent defunctis sed ex vi suffragij boni operis pro eis facti, vt dictum est, ideò dicitur per modum suffragij. Hęc opinio est Hostiensis. vt refert Gabriel in Cano. lectione quinquagesima septima. H. L. ¶Ratio huius opinionis est: quia

Articu. 1
1. Opinio.
Indulgẽtia p modum suffragij.
Hostien.

quia Ecclesia non potest soluere aut ligare, neque dispensare thesaurum Ecclesiæ, nisi in eos qui sunt super terram de foro Ecclesiæ. Matth. 16. Quodcunque solueris super terram &c. cuiusmodi non sũt animæ purgatorij. Item quia alioqui posset si vellet euacuare purgatorium per Indulgentias, si eis plus valerent, quàm suffragium boni operis, pro quo conceduntur Indulgentiæ, ergo. ¶ Sed certe hæc opinio est erronea in se, & multò magis in suo fundamento seu supposito suprà dicto. Sic enim nil eis valerent Indulgentiæ, & Ecclesia deciperet fideles per tales Indulgẽtias defunctorum: & rationes eius nil concludunt, vt patebit infrà in responsione ad primum argumentum &. q. 17. in responsione ad secundum argumentum.

Hæc opinio erronea.

2. Opinio

¶ Secunda opinio est q̃ Indulgẽtia per modum suffragij est & dicitur ad differentiam Indulgentiæ absolutè seu propriè sumptæ, quæ est per modum iudiciariæ potestatis, qui modus dicit iudicialem absolutionem, & pœnæ debitæ, in aliam pœnam voluntariè ac deuotè assumptam commutationem. Et ille modus iudiciariæ autoritatis habet locum solùm in viuis, qui iudicialiter absoluuntur, & quibus pœna debita in aliam voluntariè ab eis ac deuotè assumptam commutatur. Indulgentia autem per modũ suffragij habet locũ in defunctis, & etiam in viuis. In defunctis quidem quia cum defuncti non possint per se adimplere opus bonũ putà eleemosynam peregrinationem & huiusmodi pro quo conceduntur Indulgentiæ, dum illud ex Papæ concessione fit ab alio pro eis ad lucrandam Indulgentiam: iam opus alterius suffragatur eis vt possint consequi Indulgentias non minùs q̃ si ipsi per se opus illud impleuissent. Et sic Indulgentiæ prosunt eis per modũ aut per viam suffragij. i. propter aliquod bonum opus ab alio factum, & eis per modum suffragij applicatum. Habet etiam locũ in viuis, sicut cum Papa concedit Indulgentias omnibus contra infideles pugnantibus, aut pugnatorem pro se mittentibus, quia tunc pugnantes assequuntur Indulgentias per modum autoritatis iudiciariæ: mittentes autem per modum suffragij, maximè si essent pauperes non potentes mittere suis expensis & alius suus amicus pro illis pauperibus aut eorum nomine mitteret, iam illis pauperibus proficerent Indulgentiæ per modum suffragij, pro quantò opus pro quo Indulgentiæ concessæ sunt, sibi per modũ suffragij applicatum est. Aliud exemplum Supplementi ad idem.

Si

Si claudus non poteſt facere peregrinationem pro qua concedun tur Indulgentiæ,& Papa cõcedit ꝙ per ſe vel per alium id faciat, aut ſi pauper non poteſt dare decem ſolidos, & diues dat pro eo ex conceſsione Papæ,tunc tales Indulgentiæ conceſſæ illi claudo aut pauperi ſunt & dicuntur per modum ſuffragij. Et ſic reſoluto riè ſecundum hanc opinionem Indulgentia per modum ſuffragij eſt & dicitur,quando Indulgentia conceditur alicui defuncto aut viuo non potenti facere id propter quod conceditur Indulgẽtia,pro quo alius id fecerit. ¶Hanc opinionem tenent Gabriel in Cano.lecti.57. L. & Supplementum eius in.4.diſt.45.q.3.arti.1.not.2.& quidam alij.¶Sed certè hæc opinio licèt ſit vera quó ad primum eius dictum,quòd.ſ. dicitur ad differentiam Indulgẽtiæ abſolutę quæ eſt per modum iudiciariæ poteſtatis,vt ſuprà.q.1.habetur:& etiam quò ad ſecundum dictum, ꝙ ſcilicet ille modus iudiciariæ autoritatis habet locum in viuis tantùm: tamẽ nõ videtur vera opinio quò ad tertium eius dictum principale,ꝙ.ſ. Indulgentia per modum ſuffragij eſt,vt ſuprà reſolutoriè diffinita eſt.Deficit enim in duobus. Primò pro quanto ſupponit ꝙ ad lucrandum Indulgentiam aliquam & ad eam cõcedendum neceſſariò requiritur aliquod opus facere.Quod tamen non eſt certum & fortè nec verum,vt infrà.q.18.habetur. ¶Deficit ſecũdò & præcipuè pro quanto dicit,ꝙ Indulgentia per modum ſuffragij habet locum in viuis, quod eſt falſum,ſed ſolùm habet locum in defunctis.Quod patet tripliciter.Primò quia ex quo ex primo dicto vero ipſius opinionis, Indulgentia per modum ſuffragij dicitur ad differentiam Indulgentiæ abſolutæ, quæ eſt per modum iudiciariæ poteſtatis:ergo Indulgentia per modum ſuffragij non eſt actus iuriſdictionis,vt ſuprà.q.1.habetur. Nunc autem omnis Indulgentia conceſſa viuis eſt actus iuriſdictionis, modò teneatur quòd Indulgentia principaliter eſt abſolutio ſeu remiſsio,modò quòd principaliter eſt diſpenſatio ſeu communicatio theſauri,quod patet. Quia alioqui Epiſcopus Bononienſis poſſet cõcedere Indulgentias ſubdito alterius Epiſcopi,ſine eius licentia, cõcedendo quòd ſi ipſe vel alius pro eo paupere fecerit eleemoſynã conſequatur talem Indulgentiam,quòd tamen eſt falſum, vt patet ex cap.Quod autem.de pœniten.& re.vt ſuprà. q. 1.habetur, ergo Indulgentia per modum ſuffragij non habet locum in viuis. ¶Item ſecundò quàmuis enim viuis poſsit fieri ab aliquo

Gabriel.

Hęc opinio deficit.

Primò.

Secundò.

Prima ratio.

Epũs Bononienſis.

aliquod suffragium vel auxilium spirituale & corporale ad lucrã-
Secunda ratio. dum Indulgentiam aliquam, non tamen ideò illa Indulgentia est nec dicitur per modum suffragij. Patet, quia ei fit remissio pœnarum eo modo quo per concedentem Indulgentiam fit alijs viuis, quibus nullus alius impendit suffragium aliquod, scilicet per viã aut per modum iudiciariæ potestatis.

Tertia. ¶ Item tertiò, nam etiam si concedatur quòd ad concedẽdum & lucrandum Indulgentiam est necessarium facere aliquod bonum opus, tamen hæc conditio quòd scilicet quis per se aut per alium aut alius pro eo potente aut non potente facere aut se iuuare, faciat tale opus requisitum ad lucrandum talem Indulgentiam non est conditio necessariò pertinens ad quidditatem talis vel talis Indulgentiæ absolutæ aut per modum suffragij, sed est per accidens & impertinenter consequitur aut se habet ad eius naturã seu quidditatem, quàmuis sit necessaria & valde pertinens ad Indulgentiam esse validam & ad eam lucrandam, vt patet.

Alexan. Bonauen. ¶ Et fortè Gabriel & alij eiusmodi decepti sunt ex verbis Alexand. Hallensis parte quarta, quæstione octuagesi. tertia, membro quinto, & Bonauentura in quarto, distinct. 20. articulo secundo, quæst. quinta, dicentium quòd relaxatio seu Indulgentia propriè dicta non tantùm dicit iudiciariam absolutionem, verùm etiam dicit aliquam commutationem in pœnam aliquam voluntariè assumptam & cum deuotione, & hoc videmus in omnibus Indulgentijs, hoc autem non potest esse quantùm ad eos qui sunt in purgatorio, quia sunt extra statum illum in quo posset eis persuaderi alicuius pœnæ deuota & voluntaria assumptio. Et ideò non competit eis relaxatio propriè nisi fortè per medium siue per accidens. Hæc illi. Item Innocent. diffiniens Indulgentiam per
Innocen. modum suffragij, dicit ꝙ est non gratis concedere Indulgentias, neque directè: sed pro aliquo opere pio facto per alios pro illis, vt porè pro defunctis non potentibus se iuuare aut facere quod requiritur ad lucrandum Indulgentiam. Hæc ille. Ex quibus omnibus verbis præfatis non elicitur quòd Indulgentia per modum suffragij habeat locum in viuis, neque quòd prædicta sit diffinitio explicans totam quidditatem Indulgentiæ per modum suffragij eiusq́ue differentiam ab Indulgentia absolutè & propriè sumpta, sed solùm elicitur ex dictis verbis præfactorum doctorum quòd supposito quòd ad lucrandum Indulgentiam requiritur

tur necessariò aliquod opus pium, vt tenere videntur præfacti doctores cum multis alijs, quòd ergo ex quo defunctus id facere nō potest per se neque ei potest propriè & directè fieri Indulgentia propriè sumpta seu absolutè, sed solùm per modum suffragij seu mediante alio, iam est necessè quòd alij ex concessione Papæ faciant illud opus pium pro eo ad lucrandum ei talem Indulgentiam per modum suffragij. Cum quo stat quòd in aliquo alio stat natura & essentia Indulgentiæ per modum suffragij. Aliud est enim quod requiritur ad naturam seu quidditatem Indulgentiæ huius vel illius, aliud quod requiritur ad eam lucrandam huic vel illi. Nos autem in hac quæstione agimus de quidditate & differē tia Indulgentiæ per modum suffragij ab Indulgentia absolutè & propriè sumpta, quæ est per modum iudiciariæ potestatis seu absolutionis, & infrà quæsti. decima quarta, quæstione vigesima, & quęstione vigesima septima agitur de requisitis ad eam lucrandam.

¶Tertia opinio est quòd Indulgentia per modum suffragij est dispensatio seu communicatio thesauri Indulgentiarum, autoritatiuè facta per prælatos Ecclesiæ ijs qui sunt de foro alterius mundi, qui non possunt se iuuare sed ab alijs adiuuari, pro quibus opus pium ad lucrandum Indulgentiam fuerit per alios factum & applicatum. *Tertia opinio.* ¶Prima particula patet. Quia in hoc essentialiter differt ab Indulgentia simpliciter quæ est absolutio seu remissio pœnarum per viam iudiciariæ potestatis. *Prima particula* ¶Et similiter secunda particula patet, tum ex dictis in suprà dicta secunda opinione, tū etiam ex dicendis in quarta opinione sequente. *Secunda.* ¶Tertia particula, ijs qui sunt de foro alterius mundi qui non possunt se iuuare, sed iuuari, id est, animabus purgatorij tantùm, quia illæ solæ habent tales conditiones. *Tertia.* Quia de ratione Indulgentiæ per modum suffragij est quòd fiat talibus & non alijs. Quod manifestissimè patet. Quia communicatio thesauri Indulgentiarum quæ fit per Episcopum Bononiensem, non suo subdito viuenti, super quem non habet iurisdictionem, non est Indulgentia vllo modo, vt patet. Quia non est Indulgentia absolutè aut propriè per modum iudiciariæ potestatis, vt patet ex cap. Quod autem, de pœniten. & re. neque est Indulgentia per modū suffragij vt suprà in reprobatione secundæ opinionis probatum est. Indulgentia autem seu cōmunicatio thesauri, quę fit suo subdito viuēti

non est per modum suffragij, sed Indulgentia propriè per modū iudiciariæ potestatis, vt dictum est latiùs suprà. quæst. 1. & dicetur in quarta opinione sequente, ergo talis Indulgentia per modum suffragij solùm habet locum in animabus purgatorij, & hoc est de ratione prædictæ tertiæ particulæ.

Quarta. ¶ Quarta particula, pro quibus opus pium &c. ponitur secundùm doctores tenentes quòd vt Indulgentia maximè pro defunctis valeat hoc vel illo modo, requiritur aliquod opus pium, quo supposito cum tale opus non posset fieri per animas purgatorij, quibus conceditur Indulgentia, iam sequitur necessariò quòd debeat misericorditer fieri per alios, vt sic per viam & per medium talis suffragij facti per alios talis communicatio thesauri validè perueniat ad animas purgatorij, & inde dicitur & habetur ratio, seu natura Indulgentiæ per modum suffragij. Secundum autem tenentes quòd ad concedendum validam Indulgētiam viuis aut defunctis non requiritur opus pium sed causa pia, vt de hoc latiùs habetur infrà. q. 18. tunc ista quarta particula superfluit: sed ideò dicitur per modum suffragij, quia talibus defunctis misericorditer suffragatur concedens talem Indulgentiam seu communicationem thesauri.

¶ Et secundum hanc opinionem Indulgentia per modum suffragij differt ab omni alio suffragio Ecclesiastico in tribus, præcipuè quò ad eius effectum. *Prima differentia.* Primò quia alia suffragia valent solùm secundum valorem operis: Indulgentiæ autem per modum suffragij valent secundum quantitatem cōcessam seu taxatam, quātum est de se. *Secunda.* Secundò, quia aliorum suffragiorum fructus est nobis incertus & indeterminatus: fructus autem Indulgentiæ per modum suffragij est nobis certus & determinatus per concedentem vnum vel duos annos Indulgentiæ vel Indulgentiam plenariam &c. *Tertia.* Tertiò quia fructus aliorum suffragiorum non valet animæ cui applicatur ex iustitia legis & infallibiliter quò ad totum suum fructum satisfactorium, sed solùm ex misericordia & liberalitate acceptantis Dei valet in toto vel in parte, prout sibi visum fuerit decere suam liberalitatem talia acceptare, attenta dignitate, meritis, & idoneitate animæ cui applicatur. Indulgentia autē per modum suffragij valet ei cui conceditur, quò ad totum suum fructum concessum, idq; infallibiliter ex iustitia legis seu promissione Christi, sicut & aliæ Indulgentiæ viuis concessæ.

Hæc

¶Hæc tertia opinio est satis communis apud doctores, sed videtur deficere in tribus. Primò, quia tertia particula non videtur esse de ratione Indulgentiæ per modum suffragij, licèt sit conditio consequens naturam talis Indulgentiæ. Similiter secundò deficit. Quia quarta particula non est de ratione talis Indulgẽtię, sed est conditio requisita ad concessionem Indulgentię esse validam aut debitè factam, seu ad eius fructum consequẽdum. Tertiò deficit in eo quod vltimò dicit, ꝙ s. Indulgentia per modum suffragij valet quò ad totum suum fructum infallibiliter ex iustitia legis sicut aliæ Indulgentiæ viuis concessæ. Vt de his tribus defectibus seu inconuenientibus latiùs patebit in quarta opinione sequente. *Primò.* *Secundò.* *Tertiò.*

¶Quarta & vltima opinio est, ꝙ Indulgentia per modum suffragij, est dispensatio seu communicatio thesauri Indulgentiarũ autoritatiuè facta per prælatum Ecclesiæ, pendens quò ad suum fructum seu effectum remissionis pœnarum à sola liberali & gratuita Dei acceptatione. *Quarta. opinio.*

¶Prima particula ꝙ scilicet est dispensatio vel communicatio thesauri Indulgentiarum, patet. Quia hæc Indulgentia per modum suffragij essentialiter non est remissio neque absolutio pœnarum, ex quo non est actus iurisdictiõis, in quo differt ab Indulgentia propriè & absolutè sumpta quæ est per modum iudiciarię potestatis, & est actus iurisdictionis, ideò eius natura & essentia stat principaliter in absolutione seu remissione pœnarum. Hæc autem Indulgentia per modum suffragij, non est per modum iudiciariæ potestatis, neque est actus iurisdictionis, ideò eius natura non stat in remissione seu absolutione pœnarum quæ pertinet ad iurisdictionem, vt de hoc latiùs suprà. q. 1. & infra in responsione ad primum argumentum habetur, ergo. ¶Item hæc Indulgentia per modum suffragij non est participatio thesauri. Patet. Quia ille cui conceditur talis Indulgentia nõ habet autoritatem super tali thesauro distribuendo, vt patet, alioqui non esset ei necessarium suffragium alterius ad eam lucrandam. Item quia Indulgentia per viam participationis solùm conuenit ipsis prælatis concedentibus Indulgentias, vt ipsi eas lucrari possent, vt suprà. q. 11. dubio tertio & infrà in hac quæstione in Corollarijs habetur, ergo restat ꝙ Indulgentia per modum suffragij essentialiter sit communicatio seu dispensatio thesauri: quia non est alius modus Indulgentiæ, nec est dare medium. *Prima particula*

Secunda. ¶Secunda particula scilicet autoritatiuè facta per prælatum Ecclesiæ, quia scilicet talis communicatio thesauri Indulgentiarum quæ fit in Indulgentia per modum suffragij necessariò habet fieri ab habente autoritatem super communi thesauro Indulgentiarum ad ipsum communicandum per viam Indulgentiæ huiusmodi. Alioqui nõ erit Indulgentia vllo modo, sed erit communicatio alia bonorum aut receptio ad participãdum, vt de his latiùs suprà. quæsti. prima, & quæsti. tertia, per totum & infrà. quæsti. trigesima nona habetur. ¶Hi autem qui habent autoritatem super tali thesauro Indulgentiarum communicando sunt Papa, aut alij habentes commissionem seu autoritatem ab eo ad id, vt suprà, quæsti. quarta, quæsti. quinta, quæsti. vndecima, per totum habetur. Ex quo patet quòd remissio pœnarum quæ habetur per sacramenta, per contritionem aut per quæcunque merita de cõgruo, aut per satisfactiones aliorum aut per communicationes bonorum quorumcunque, non sunt vllo modo Indulgentiæ per modum suffragij, nec alio modo, vt dictum est, propter defectum huius particulæ. *Tertia.* ¶Tertia particula scilicet pendens quòad suum fructum &c. ita scilicet quòd Deus (stante lege loquor semper) non necessariò quò ad totum suum fructũ ex iustitia legis acceptat sem per prædictam communicationem thesauri pro eo cui conceditur: sed partim ex iustitia legis, partim ex liberalitate & gratia, sicut & omnia alia suffragia pro defunctis, & omnia bona meritoria de congruo. Nam ex iustitia legis certum est quòd acceptantur & valent coram Deo pro eo pro quo fiunt. Quòad quantitatẽ autem fructus & quando & quomodo talis fructus concedatur, id pendet ex gratia & liberalitate, ita quòd licèt certò & infallibiliter Deus liberaliter acceptet suprà dictam communicationem thesauri pro eo cui conceditur Indulgentia sicut & alia suffragia Ecclesiæ, non tamen absoluit semper infallibiliter talem à tanto debito pœnarum, sed aliquando in toto, aliquando in parte, prout sibi placuerit & visum fuerit decens suæ misericordiæ & liberalitati, attenta dignitate aut meritis eius pro quo debet acceptari.

¶Quòd ergo sit de essentia Indulgentiæ per modum suffragij prædicta quarta particula sic declarata probatur vnicè. Quia omne suffragium Ecclesiasticum omnisque satisfactio quomodocunque & pro quocunque maximè si pro alio fiat, habet apud

Deum suum valorem, speraturque eius acceptatio non quidem necessariò & infallibiliter per solam viam iustitiæ legis, sed simul etiam, vt declaratum est, per viam gratiæ & misericordiæ liberalis. Indulgentia autem per modum suffragij est de numero suffragiorum Ecclesiæ pro alio factorum, ergo ipsius valor & acceptatio quoad quantitatem fructus speratur à Deo per viam liberalitatis, vt suprà declaratum est. Consequentia est bona, & minor patet ex ipso nomine. Nam eo ipso quò est Indulgentia, est communicatio thesauri satisfactorij, & eo ipso quò talis Indulgentia & communicatio est aut fit per modum suffragij, constat quòd ingreditur numerum suffragiorum Ecclesiæ quò ad suam vim seu valorem satisfactorium. Ad quod facit Bonauentura in quarto. distincti. vigesima dicens, quòd Indulgentiæ defunctorum sunt de nobilissimis suffragijs Ecclesiæ, & cum eo in hoc concordant communiter doctores, ergo patet minor præfata, quòd scilicet Indulgentia per modum suffragij est communicatio de thesauro satisfactorio Ecclesiæ facta, & valens per modum suffragij, id est, per eum modum quò alia Ecclesiastica suffragia satisfactoria, pro alijs facta valent apud Deum. *Bonauēt.*

¶Maior autem in qua est difficultas, quòd scilicet suffragia valent quidem sed ad sensum supràdictum per viam liberalitatis acceptantis Dei, probatur quadrupliciter. Tum primò ex suprà dictis in quæsti. tertia, in responsione ad tertium argumentum, vbi hoc latiùs probatum est, quòd scilicet Deus nullibi legitur promisisse se acceptaturũ satisfactoria suffragia pro alio quocunque, sed ea fieri suasit & iussit in spe suæ misericordiæ & liberalitatis. Tum secundò quia ex ritu & modo loquendi Ecclesiastico cui standum est, constat omnia quæ suffragia viuorum vel mortuorum appellantur, in officio diuino fieri per Ecclesiam solùm, aut saltem præcipuè ad merendum de congruo seu impetrandum à diuina liberalitate & misericordia pro his pro quibus fiunt, fructum ipsorum suffragiorum, putà collationem alicuius boni, aut liberationem alicuius mali culpæ aut pœnæ. Quod patet ex eo quòd siue pro viuis siue pro defunctis talia suffragia fiant semper per viã deprecationis offeruntur, vt à Deo misericorditer acceptetur. Tum tertiò probatur prædicta maior simul & confirmatur ratio præcedens. Quia ratio suffragij pro- *Prima ratio.* *Secunda.* *Tertia.*

priè ſumpti in vſu Eccleſiaſtico hoc quidem innuit. Nam tunc tantùm propriè fit ſuffragium ſeu auxilium alicui ſuper aliqua re, quando eſt ſic omnino egens ꝙ exiſtens in tali diſpoſitione nihil omnino iuris habet apud ſuum creditorem ſeu iudicem aut dominum cui debitor eſt, vt per ſe vel per alium per viam iuſtitiæ poſſit pro ſuo debito ſatisfacere, aut ſe liberare aliquid agendo, ſed ſolùm poteſt ex liberalitate & miſericordia acceptare volentis adiuuari per alium, & tale auxilium huic impenſum ab aliquo dicitur plenam propriamq́ue rationem auxilij ſeu ſuffragij Eccleſiaſtici habere, alioqui non poſſet dici omnino indigens auxilio ſuffragantis, & miſericordia & liberalitate acceptantis Dei ſi aliquo modo per viam iuſtitiæ ſtante lege per ſe vel per alium aliquid agendo ſe poſſet liberare à debito pœnarum, ergo. Tum quartò probatur dicta maior per Auguſtinum in Enchyridió capitu. nonageſimo nono. & in lib. de cura pro mortuis habenda, & habetur. 13. quæſti. 2. cap. Tempus, & Gregorius libro quarto dialogo. capitul. trigeſimo nono, dicentem. Illic ſcilicet in purgatorio de quo loquitur, nihil quiſque purgationis obtinet niſi hoc bonis actibus in hac vita poſitus, vt illic obtineat promereatur & cap. 57. 58. iterum alijs verbis idem replicat, vt etiá habetur infrà quæſti. decima quarta. dubio primo, ibi vide latiùs. ¶ Et cum his videtur concordare beatus Thom. in quarto diſtinctio. quadrageſima quinta. quæſti. 6. articulo ſecundo. & Richar. ea diſtinct. articu. vltimo. quæſti. 3. dicens. quòd impetrare per modum ſuffragij inititur liberalitati eius qui oratur, & ad idem videntur communiter doctores ea diſtinct. præter Duran. qui ea diſt. quæſti. 1. videtur aliqualiter diſſonare.

Quarta. *Aug.* *Gregor.* *Thom.* *Richar.*

Caiet. ¶ Et ſic patet quarta opinio cum qua concordat Caietanus in quodlibeto ſecundo in tractatu de Indulgentijs. quæſti. 5. & ca. 5. in alio tractatu de eo. ibidem exceptis pauculis in quibus diſſonat, vt patebit infrà in hac. q. & q. 14. & in alijs ſequentibus opportunè. ¶ Ex ſuprà dictis in hac quarta opinione in qua probabiliter, ſaluo meliore iudicio, ſtandum cenſeo, corollariè patet.

1. Corolla. Primò quòd Indulgentia per modum ſuffragij differt ab Indulgentia abſolutè ſumpta. Quia Indulgentia per modum ſuffragij eſt eſſentialiter communicatio theſauri, & non eſt actus iuriſdictionis, & eius fructus ſcilicet, remiſsio pœnarum purgatorij ſperatur à liberalitate acceptantis Dei in toto vel in parte.

Indul-

Indulgẽtia autem absolutè & propriè sumpta est essentialiter absolutio seu remissio aut relaxatio pœnarũ,& est actus iurisdictionis,& totus eius effectus scilicet remissio pœnarũ speratur à Deo ex iustitia legis scilicet infallibiliter ex eius promissione, Matth. 16. Quodcunq; solueris super terram &c. & Ioan. 20. Quorũ remiseritis peccata &c. & Matth. 18. Quæcunq; solueritis &c. *Matth.*

¶ Differt etiam ab Indulgentia per modum participationis, seu vsus thesauri quæ conuenit solùm ipsis prælatis concedentibus Indulgentias pro seipsis in duobus. Primò quia hæc Indulgentia per modum participationis est essentialiter participatio seu vsus thesauri commissi. Et secũdò, quia eius fructus speratur & innititur iustitiæ legis sicut & Indulgentię viuorum per modum iudiciarię potestatis, ut de hoc habetur latiùs suprà. q. 11. dubio tertio. Indulgentia autem per modum suffragij nihil tale habet, vt patet ex dictis. ¶ Et nota ꝙ Indulgentia per modum suffragij non dicitur propriè & absolutè Indulgẽtia, sed cum addito, scilicet Indulgentia per modũ suffragij, quia essentialiter non est remissio pœnarum per modum iudiciariæ potestatis nec est actus iurisdictionis, vt ait Bonauentura & Alexander Hall. vbi suprà &. q. 1. dictũ est latiùs. ¶ Sequitur secundò corollariè, quia ideò dicitur Indulgentia per modum suffragij, quia communicatio thesauri fit per modum suffragij, ita ꝙ ly per modum suffragij determinat Indulgentiam seu cõmunicationem thesauri, constituitq; eam in sua specie distincta ab Indulgentia simpliciter, quæ est remissio pœnarum, per modum iudiciariæ potestatis, sicut differẽtia contrahit suum genus efficitq; cum eo speciem suam & naturam talis Indulgentiæ. Ideò quoties Indulgentia conceditur defunctis, semper ferè dicit Papa & Ecclesia ꝙ eis concedit talem Indulgẽtiam per modum suffragij, in quo innuitur eius distinctio ab Indulgentia simpliciter, vt dictum est. ¶ Et inde patet ampliùs ꝙ natura & nomen Indulgentię per modum suffragij non prouenit ex parte conditionum concedentis Indulgentiam misericorditer, aut necessariò aliàs ad id obligat, nec ex parte suffragãtis seu facientis aliquod opus pium pro defunctis pro alijs ad lucrãdum Indulgentiam, nec ex parte aliarum conditionum quarumcunq; vndecunq; se tenentium necessariò aut cõtingenter aut quomodocũq; requisitarum ad lucrandum talem Indulgentiam pro tali anima purgatorij aut ꝓ alio. Hæc enim omnia sunt extrinseca ad *Coroll. 2.*

naturam Indulgentiæ. Sed natura & nomẽ Indulgentiæ per modum suffragij prouenit & sumitur à tali modo communicationis thesauri Indulgentiarum, quia scilicet talis communicatio thesauri fit per modum suffragij, id est, eo modo quo alia suffragia Ecclesiastica fiunt pro alijs, vt scilicet à Deo liberaliter acceptetur, quia innituntur liberalitati diuinæ quo ad suum fructum in toto vel in parte, vt suprà declaratum est. ¶Et hinc ampliùs patet ꝙ non oportet ponere illam particulam quartam quæ in tertia opinione suprà posita est, scilicet pro quibus opus pium ad lucrandũ Indulgentiam &c. Quia licèt sit conditio requisita ad lucrãdum Indulgentiam hanc pro defunctis, non tamen ad constituendum

Caietan. naturam huiusmodi Indulgentiæ. ¶Similiter superfluit quædã alia particula quam ponit Caietanus vbi suprà, diffiniens Indulgentiam per modum suffragij, dicendo ꝙ talis remissio pœnarum, quæ à Dei liberalitate speratur efficienda animabus purgatorij à solo Deo efficitur. Hæc (inquam) particula licèt sit vera, non tamen est necessaria, neq; cõstituit naturam huiusmodi Indulgentiæ. Nam ex quo talis Indulgẽtia consistit essentialiter nõ in remissione pœnarum, sed in communicatione thesauri &c. vt suprà diffinita est, iam consequitur, ꝙ à solo Deo talis remissio efficienda est liberaliter. ¶Similiter superfluit quædam alia particula suprà posita in tertia opinione, in tertia particula, vbi dicitur ꝙ hæc Indulgentia debeat fieri his qui sunt de foro alterius mundi. Nam licèt verum sit ꝙ Indulgentia per modũ suffragij habet locum solùm in animab⁹ purgatorij, vt patet ex suprà dictis: hoc tamen non constituit naturam talis Indulgentiæ, sed consequitur ex ea sicut risibile aut beatificabile cõsequitur naturam hominis.

Coroll. 3. ¶Tertiò corollariè sequitur ꝙ nõ valet dictũ Durandi in. 4. dist.
Durand. 20. q. 4. dicentis ꝙ defunctis possunt valere Indulgentiæ per modum suffragij, pro quãto qui Indulgentiã recipit faciendo id pro quo datur Indulgentia ex intentione transfert eam in satisfactionem eius qui est in purgatorio. Hæc ille. Ex quibus verbis videtur sentire Duran. ꝙ qui facit opus piũ ad lucrãdum Indulgentiã lucratur eam, & ipsi conceditur directè talis Indulgentia, & pòst ipse eam transfert & applicat in satisfactionẽ animæ purgatorij, & quia iste sic suffragatur tali animæ purgatorij, ideò dicitur &
Alexan. est Indulgentia per modũ suffragij. Et fortè idem senserunt Alex.
Bonauẽ. & Bonauentura vbi suprà in fine secundæ opinionis dicentes ꝙ

ani-

animab⁹ purgatorij non competit relaxatio propriè nisi fortè per medium siue per accidens. ¶Sed certè si sic esset vt prædicta verba Durandi sonare videntur, iam potiùs diceretur Indulgentia per medium suffragij. Nunc autem nõ nisi per modum suffragij, & est & dicitur talis Indulgentia seu cõmunicatio thesauri facta per prælatũ Ecclesiæ tali animæ purgatorij, ergo inde patet ꝙ talis cõmunicatio thesauri sicut & concessio Indulgentiæ facta animæ purgatorij, potiùs fit per ipsum concedentẽ Indulgentiam, & directè fit ipsi animæ purgatorij, potiùs q̃ facienti opus piũ pro anima purgatorij. Sicut si viuenti Papa concederet Indulgentiã propriè sumptã pro quo quis talem eleemosynam daret: certè ille qui dat talem eleemosynã non acquirit nec transfert illã Indulgẽtiam in eum pro quo dat illam eleemosynã, sicut nec ipsi cõceditur illa Indulgẽtia directè aut immediatè, sed illi pro quo ipse dat illam eleemosynã. Sic in proposito dico ꝙ qui facit eleemosynã pro defuncto ad lucrandũ illi Indulgentiã sic à Papa concessam, non lucratur vllo modo sibi ipsi Indulgentiam illam, neq́; ipsi cõceditur, neq́; ipse concedit eam, aut transfert in animam purgatorij propriè loquendo, sed solus concedens Indulgentiã eã concedit immediatè & directè ipsi animæ purgatorij, cõmunicãdo thesaurũ Indulgentiarum, pro quã tale opus pium fit per alium ad lucrãdũ talẽ Indulgẽtiã, ita ꝙ Indulgẽtia nõ trãsit per mediũ alteri⁹ ad aĩam purgatorij. ¶Sed pro tanto dicitur ꝙ qui facit opus piũ pro anima purgatorij transfert talem Indulgentiam in eam, ꝙq́; Indulgentia hæc indirectè & per accidens tali animæ conceditur aut ad eam peruenit. Quia scilicet iste viuus facit opus pium, applicans illud pro tali anima, vt ipsa anima lucretur talem Indulgentiam sic illi concessam. Et ideò ad talem bonum sensum intelligitur, ꝙ iste lucratur Indulgentiam tali animæ, & omnia alia prædicta verba Durandi & Alexand. & Bonauentu. & aliorum doctorum, & concordat expresè Gabriel in Cano. lectione. 57. M. Si similiter omnia ad dictum bonum sensum intelligantur. *Gabriel.*

¶Quòd si contra prædictam quartam opinionem maximè contra vltimam eius particulam, arguatur dupliciter. Primò, quia secundum doctrinam Ecclesiæ hæreticum est dicere quòd Indulgentiæ non valent, vt habetur in Concilio Constantiensi, contra Vuicleff. vt habetur infrà in secundo articulo huius quæstionis, quia & ibi Concilium dicit erroneum esse negare *Argu. 1.* *Cõcilium Constan.*

valo-

valorem Indulgentiarum, quarum nomine comprehenduntur Indulgentiæ omnes per modum iudiciariæ potestatis & per modum suffragij per eandem rationem. Sed non esset error in fide, neq; hæresis, nisi esset aliquo modo sufficienter reuelatum à Deo generaliter vel specialiter, ꝙ scilicet valent omnibus quibus ritè conceduntur Indulgentiæ tam viuis quàm defunctis, ergo tales Indulgentiæ valent defunctis, sicut & Indulgentiæ viuis concessę ex promissione legis seu pacto diuino reuelato, ergo ex iustitia legis infallibiliter valent & acceptantur à Deo pro defunctis, sicut & pro viuētibus, licèt talis promissio & lex ex Dei liberalitate posita sit, & ergo non est differentia inter Indulgentias viuorũ & defunctorum quò ad hoc, ꝙ ex iusticia legis aut ex liberalitate accep-

Argu. 2. tentur. Item secundò, quia si valor Indulgentiæ per modum suffragij penderet à sola liberalitate acceptantis Dei ad sensum suprà declaratum, ergo non est certum, ꝙ talis Indulgẽtia valet defuncto saltem quantùm sonat, sicut est certum de alijs Indulgentijs viuentibus concessis. Hoc autem concedere est contra communem doctrinam Ecclesiæ & doctorum, vt patet. Et ꝙ hoc sequatur patet. Quia cum non acceptetur valor talis Indulgentiæ nisi vt Deo placuerit, & visum fuerit decens suæ liberalitati acceptare in toto vel in parte secundum dignitatem maiorem vel minorem talis animæ purgatorij: & cum sit nobis incerta Dei volũtas, eiusq; iudicium dignitasq; talis animæ ad totum valorem Indulgentię vel ad eius tantam vel tantam partem, ergo incert⁹ est valor talis Indulgentiæ.

Respons. ad.1.arg. ¶Respondeo ad primum argumentum concesso antecedentè, negatur consequētia prima & omnes aliæ sequelæ. Et ratio est quia licèt certum sit ꝙ Indulgentiæ per modum suffragij valent defunctis, sicut & omnia alia suffragia Ecclesię pro defunctis facta valent eis & sunt vtilia, sicut & omnia bona opera facta pro alio existente in gratia vel etiam in peccato mortali sunt ei vtilia apud Deum, & id habemus de fide, ꝙ scilicet omnia prædicta suffragia valebunt scilicet ex Dei liberalitate, vt dictum est. Et hoc solùm probat, sicut & conceditur argumentum. Non tamen inde sequitur neq; conceditur ꝙ ergo talis Indulgentia aut suffragium factum animabus purgatorij valet eodem modo, aut ex iusticia legis sicut Indulgentia viuorũ infallibiliter valet eis ad totũ suũ fructũ. Quia licèt promiserit Deus acceptare omnia suffragia de-

defunctorum, non promisit ea acceptare regulariter & infallibiliter ad totum suum valorem pro quacũq; anima offerantur seu concedantur, sed solùm promisit acceptare secũdum quod ei placuerit, & visum fuerit decens suæ liberalitati, quæ attendit non solùm id quod decet ipsum liberaliter agentem, sed & alias circunstantias, & præcipuè dignitatẽ aut merita talis animæ ad maiorẽ vel minorẽ liberalitatis effectũ participãdũ, vt dictũ est, vt patet ex suprà dictis, & suprà.q.3.in resp.ad.8.arg. Indulgẽtias aũt propriè & absolutè sumptas pro viuentibus ritè concessas promisit Deus absolutè acceptare quò ad totum suum fructum seu valorem: sicut & remissionem peccatorum in sacramento, vt patet Matth. 16.18. Quodcũq; solueris & solueritis &c., & Ioã.20. Quorũ remiseritis. ¶ Quod patet exẽplo humano. Quia sicut si dominus temporalis diceret quibusdam vasallis suis, quod si vellẽt ipsi de suis facultatibus soluere pro debito delicti quorundam aliorum amicorum incarceratorum, atq; ad pœnam corporalem damnatorũ ipse dominus acceptabit eorum pecuniariam solutionem aut redemptionem pœnæ corporalis pro illis, secundum quod sibi placuerit, & visum fuerit decens vti misericordia maiori vel minori, acceptando in toto vel in parte pro hoc vel illo, attẽta cuiuslibet dignitate, aut meritis ad talem misericordiam & liberalitatẽ. Certè talis dominus licèt ex promissione acceptare teneatur, tamen non nisi liberaliter & gratis acceptabit illam solutionem in toto vel in parte vt promisit. Sic in proposito dico quod Deus solùm promisit ea suffragia acceptare pro ea parte seu quantitate fruct⁹ pro qua & quomodo suæ liberalitati decens fuerit & sibi placuerit, contra quod nullo modo aget Deus, sicq; constat nobis certitudinaliter, stante lege, quod liberaliter agit acceptando suffragia omnia pro dignis dignè & ritè oblata, de quorum numero sunt Indulgẽtiæ per modum suffragij pro animab⁹ purgatorij, & hoc nõ, nisi secundum quod suę liberalitati fuerit decens, vt suprà declaratum est, sicut & suffragia quæcunq; pro viuentibus facta (vt habetur suprà) quæ eodem modo liberaliter tantùm acceptantur & valent apud Deum, non ideò dicuntur inualida aut inutilia, quia nõ nisi liberaliter acceptantur à Deo, sic etiã de Indulgentijs per modum suffragij dicẽdum est. Sicut etiam idem suffragium orationis, ieiunij, aut eleemosynæ ab eadẽ persona in statu gratię suffragante factum eodem modo pro diuersis animab⁹ purgatorij, certum

Resp. ad 3. argum.

Matth.
Ioan.

tum est ꝙ eis aliquid valet, & tñ non pariformiter, neq; equaliter pro omnib⁹ acceptatur à Deo in eadem quãtitate fructus, sed alicui plus, alicui minùs scdm maiorẽ vel minorẽ cuiusq; dignitatẽ ad id, vt patet ex suprà dictis scdm Greg. & Aug. sic de Indulgentia per modũ suffragij plenaria, aut nõ plenaria dictũ est, ꝙ non acceptatur à Deo, nisi secũdũ ꝙ suæ liberalitati videtur decẽs pl⁹ vel minus secundũ dignitatẽ animæ cui conceditur talis Indulgẽtia, ita ꝙ nõ cõsideratur iustitia distributiua respectu maioris vel minoris dignitatis vnius animæ ad alteram, sed proportio dignitatis animæ ad misericordiam & liberalitatem Dei participandã in toto vel in parte, vt sæpe declaratum est. ¶ Et si queratur vnde constat ꝙ Deus non nisi cũ tali differẽtia & cõditione aut modificatione acceptat Indulgentias per modũ suffragij, aliter q̃ Indulgentias viuorũ, cùm de vtrisq; Indulgẽtijs absolutè dicatur in Cõcilio Constan. ꝙ sunt validę coram Deo, vt suprà in argumento primo tactum est, sine vlla restrictione quó ad Indulgẽtias per modũ suffragij? Respõdeo ꝙ prędicta differẽtia inter has & illas Indulgẽtias constat ex ipso nomine & natura Indulgentiæ per modũ suffragij, quæ essentialiter in hoc differt ab Indulgentia absolutè sumpta, quę est per modũ iudiciariæ potestatis, vt suprà probatũ est. Ideó vbicunq; Ecclesia dicit absolutè Indulgentias esse validas & vtiles corã Deo pro viuis & defunctis, debet intelligi suo modo & accõmodè iuxta suã cui⁹q; naturã, sic. s. ꝙ Indulgentiæ viuorũ per viam iudiciariæ potestatis valẽt ex iustitia legis infallibiliter quantũ sonant, si sunt ritè concessæ. Quia sic promisit Domin⁹, Matth. 16. & 18. & Ioan. 20. vt dictum est. Pro defunctis autem non valent nisi per modum suffragij, & per consequẽs non nisi per eum modum quo alia suffragia defunctorum valent eisdem, scilicet ex Dei liberalitate, quia in hoc stat ratio suffragij vt sæpe dictum est. Ecce vnde constat differentia prædicta inter valorẽ huius & illius Indulgentiæ: quia scilicet ab vtriusq; sua natura talis distinctio trahitur. ¶ Ad secundum argumentum respondeo negando consequentiam simpliciter. Et ad eius probationem dico ꝙ licèt nec ex parte causæ pro qua cõceditur talis Indulgẽtia, similiter nec ex parte dispositionis subiecti seu dignitatis eius, cui conceditur Indulgentia ad totalem seu ad tantũ vel tãtũ fructũ Indulgentiæ, & per consequẽs nec ex parte acceptationis diuinæ liberalitatis sit certitudo nobis, & consequenter nec

Grego. *Obiectio* *Respons.* *Resp. ad 2. argum.*

Ex parte applicationis & efficaciæ, seu valoris Indulgentiæ sit nobis certitudo aliqua propter incertitudinem trium prędictarum causarum: hoc tamen totum est per accidens. At verò ex parte ipsius Indulgētię benè est certitudo ꝙ valet defunctis sicut & viuis quantum sonat, quantum est de se. Quia scilicet si adsit causa sufficiens ad tantam Indulgentiam, & sufficiens dispositio & dignitas subiecti seu animæ cui conceditur, vt à Dei liberalitate percipiat fructum talis Indulgentiæ totalem & adsint omnia requisita ad fructum totalem Indulgentiæ participandum: certè ipsum totaliter participabit talis anima, valebitque ei ipsa Indulgentia sine dubio totaliter, licèt ex diuina liberalitate: sicut certum est ꝙ totaliter valet Indulgentia concessa viuis dispositis ad eam lucrandum suo modo per viam iustitiæ legis. Sicut etiam verè & absolutè dicitur certitudinaliter quòd sacramenta conferunt gratiam suscipientibus ex iustitia legis. Quia scilicet quantum est de se gratiam præstant suscipientibus, si sint sufficienter dispositi ad eam, etiam si propter indispositionem subiecti aliter sæpe contingat, quia id est per accidens & non obstat regulæ aut dicto generali & absoluto. Sicut etiam absolutè certum est quòd suffragia quæcunque pro defunctis, quæ etiam diuinæ liberalitati innituntur sicut Indulgentiæ per modum suffragij, sunt eis vtilia & valida quantum possunt valere cuique, scilicet si sint sufficienter digni secundum Dei liberalem acceptationem. Sic in proposito dicendum est absolutè quòd certitudinaliter Indulgentię per modum suffragij valent quantum sonant, scilicet quantum est de se, vt dictum est. Cum quo stat ꝙ non est certum, quòd tales Indulgentię semper quibuscunque conceduntur, aut his vel illis defunctis, aut etiam viuentibus in particulari valeant quantum sonant propter rationes præfatas. Et quia in defunctis plura requiruntur quàm in viuentibus, vt Indulgentiæ eis valeant quantum sonant infallibiliter, tũ ex parte ipsorũ, tũ ex parte modi quo eis valēt, seu ex parte liberalis bñplaciti Dei acceptãtis, vt patet ex dictis. Ideò est maior incertitudo ꝙ tales Indulgentiæ eis semper & infallibiliter valeant quantum sonant, vt dictum est. Et ad hoc expresè facit censura Parisien. contra Erasmum, vt habetur infrà. q. 14. in respõsione ad primum argumētum, ibi vide. Et ad hoc faciũt ea quę suprà habentur. q. 3. in responsione ad primũ argumentũ, & infrà in hac quęstione, in secundo ariculo principali sequente. *Censura Parisien.*

Et

Nota. Et tādē nota ꝙ cōcessio Indulgētiæ plenariæ aut nō plenariȩ in aliqua signata quātitate pro aliquo specialiter facta plus valet illi per modum suffragij, q̃ si generaliter, aut indeterminatè. aut non plenariè concederetur, sicut & secundum communiter doctores suffragia quæcunq; specialia taxata plus valent q̃ generalia indeterminata. Quia nullus consequitur Indulgentias non concessas ei, quantuncunq; sit aliàs dignus siue viuus siue defunctus, quas consequitur si sint cōcessæ illi, si sufficienter sit dispositus.

Argu. 3. ¶Tertiò contra eandem quartam opinionem & maximè contra primam & vltimam eius particulas simul, sic arguitur. Quia omnis potestas Ecclesiastica Ecclesiæ à Christo concessa est tantùm ordinis aut iurisdictionis. Prædicta autem potestas conferendi Indulgentias per modum suffragij est potestas Ecclesiastica, & non ordinis, ergo est potestas iurisdictionis, & per cōsequens vniuocè & eodem modo conceduntur Indulgentiæ defunctis sicut & viuis, & eodem modo infallibiliter acceptatur à Deo. ¶Et cōfirmatur. Quia per eandem potestatem concedit Papa vel Ecclesia Indulgētias defunctis sicut & viuis, vt patet: quia non nisi quia Dominus concessit ei talem potestatem, Matth. 16. 18. Quodcūq; solueris & solueritis super terram, & Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata &c. & Pasce oues meas &c. Talis autem potestas est iurisdictionis ibi concessa, vt patet secundum cōmuniter doctores, vt suprà. q. 1. ergo & per eandem potestatem iurisdictionis conceduntur Indulgentiæ viuis & defunctis, & eodem modo potestas concedendi Indulgētias per modum suffragij defunctis est potestas iurisdictionis, sicut & potestas concedens Indulgentiam viuis.

Respons. ad. 3. arg. ¶Respondeo ad tertium argumentum concedendo ꝙ omnes Indulgentiæ viuorum & defunctorum tam per modum suffragij quàm per viam seu per modum iudiciariæ potestatis seu iurisdictionis sunt ab eadem potestate & per eandem potestatē iurisdictionis, vt concludunt argumenta, non tamen per eundem modum. Nam per modum iurisdictionis sunt tantùm in viuos, qui sunt subditi & de foro Ecclesiæ: per modum autem suffragij sunt tantùm Indulgentiæ defunctorum. Pro cuius declaratione nota ꝙ potestas iurisdictiōis Ecclesiasticæ distinguitur in multa aut continet multa scilicet claues scientiæ & potestatis, seu potestatem cognoscendi & sententiandi, ligando & soluendo & pascen

Nota.

do

do gregem seu oues Christi, modò tales potestates sint distinctæ materialiter, seu quó ad substantiam ipsarum potestatum simul & quó ad officia seu exercitia earum secundum Scotũ: modò quó ad officia earum tantùm secundum Tho. in. 4. distin. 18. de quo nunc non curo, quia & parum refert ad propositum nostrum. Sic dico ꝙ hæc potestas iurisdictionis sacramentalis ad pascendum oues Christi per Indulgentias habet duplicem potestatẽ seu duo officia & extenditur ad duo. Dicit enim potestatem super distributione & communicatione thesauri Ecclesiæ: dicit etiam potestatem in subditos, modò alterum sit principalius altero, modo non. Quatenùs ergo dicit prædicta duo simul dicitur & est propriè Indulgentia per modum seu per viam iudiciariæ potestatis, seu iurisdictionis, quia & sic est solùm respectu viuorum, qui sunt subditi & de foro militantis Ecclesiæ. Quatenùs verò dicit solũ potestatem super thesauro Ecclesiæ dispensando seu communicando dicitur Indulgentia non quidem per viam iurisdictionis, sed per viam seu per modum dispensatiuæ communicationis de thesauro Ecclesiæ, vt suprà. q. 1. latiùs habetur. Et cum talis communicatio & Indulgentia possit concedi non subditis aut ijs qui non sunt de iurisdictione & foro militantis Ecclesiæ, quales sunt defuncti, qui & non possunt se iuuare, possunt autem aliorum auxilium recipere, & talis effectus seu fructus committitur liberalitati diuinæ, tunc dicitur Indulgentia per modum suffragij, vt dictum est. Et sic patet responsio ad formam tertij argumenti, quia concessa tota prima consequentia negatur illa subsequela, vbi dicitur, & per consequens vniuocè & eodem modo &c. Nam licèt potestas & causa Indulgentiæ viuorum & defunctorum. s. tam Indulgẽtiæ per viã iurisdictionis quò ad viuos, quàm per modũ suffragij quò ad defunctos sit eadem & sit vniuoca Indulgẽtia viuorum & defunctorum quó ad causam & potestatem, non tamẽ quó ad modum, vt dictum est. ¶ Et similiter respondeo ad confirmationem, concedendo vt ibi concluditur, quòd per eandem potestatem iurisdictionis Papa vel Ecclesia concedit Indulgẽtias viuis & defunctis, quia scilicet eadem est causa & potestas ad cõcedendum omnes Indulgentias viuis & defunctis, non tamen sequitur quód ergo per eundem modum. Nam concedendo Indulgentias viuis subditis vtitur Ecclesia modo iurisdictionis super eos absoluendo aut remittendo pœnas eorum. Concedendo

Scotus.
Thom.

autem defunctis non nisi modo communicatiuæ dispensationis de thesauro sibi commisso &c. quæ est Indulgentia per modum suffragij, vt dictum est. Et sic patet primus articulus huius.13.quęstionis.

Artic.2. ARticulus secũdus. ¶Quò ad secundũ articulũ, s. vtrũ Ecclesia possit cõcedere Indulgẽtias animabus purgatorij per hãc vel illã viã seu per modũ suffragij: respõdeo ꝙ per modũ suffragij tantũ potest illis cõcedere: & dicere ꝙ id nõ potest, est hęreticũ. *Propo.* ¶Probatur dupliciter. Primò quia Papa potest autoritatiuè illis cõmunicare de thesauro cõmuni Indulgentiarũ ad liberalem & gratuitã remissionem pœnarum à Deo obtinendam, ergo potest illis concedere Indulgentias per modum suffragij. Patet consequentia à diffinitione ad diffinitum: & antecedens probatur, quò ad omnes suas particulas.

Ratio prima. Bonauen. Alexan. ¶Et primò probatur quòd Ecclesia seu Papa potest communicare animabus purgatorij de thesauro Indulgentiarum sibi commisso. Quia secundum Bonauenturam & Alexand. Hal. & communiter doctores, vt suprà quæst. prima habetur, ad efficaciter communicandum alicui aliqua bona sufficit quòd talis communicator habeat autoritatem super talia bona communicabilia, aut super communicationem eorum, & quòd is cui communicatur sit idoneus & non prohibitus ad talem communicationem recipiendam, vt patet. Quia nil aliud videtur requiri, neq; quòd sit subditus communicatoris, vt patet ex. quæst. 1. Sed Papa & Ecclesia habet autoritatem ad dispensandum de communi thesauro Indulgentiarum, qui est communicabilis omnibus indigẽtibus idoneis, vt suprà quæst. quinta & tertia, & animæ purgatorij ratione egestatis & charitatis sunt idoneæ ad recipiendum auxilium & communicationem beneficiorum spiritualium, vt patet. Quia si possunt recipere auxilia particularia personarum, & etiã communia auxilia & suffragia Ecclesiæ orantis pro eis, quare nõ possunt recipere auxilia Ecclesiæ de suo thesauro satisfactorio tã per viam sacrificij, quàm per aliam viam communicationis? Prçsertim cum de hoc nulla habeatur prohibitio diuina vel naturalis Nam detur illa, certè non dabitur, ergo.

Secunda ratio. ¶Item secundò probatur illa alia particula, quòd scilicet talis communicatio thesauri fit eis auctoritatiuè à prælato Ecclesiæ, id est,

est, auctoritate quam prælatus habet ad id. Quia secundum Bonauenturam vbi suprà omnis communicatio de communi thesauro Ecclesiæ ad remisionem pœnarum fit eadem autoritate seu potestate Ecclesiastica super tali thesauro, vt manifestissimè patet. Quia aliàs non posset fieri talis communicatio nisi potestas aliqua ad id haberetur, & eadem potestate fieret, ergo & communicatio de prædicto thesauro Indulgentiarum, quæ fit animabus purgatorij fit autoritate ipsa Ecclesiastica concessa à Christo ad id, modò sit aut appelletur potestas clauium, modò potestas curæ pastoralis, aut dispēsatiua, aut quouis alio nomine appelletur: modò dispensetur alio modo viuis & alio defunctis: modò non. Sufficit enim ad nostrum propositum quòd talis dispensatio thesauri Indulgentiarum viuis & defunctis fit eadem potestate Ecclesiastica à Christo concessa. Quod & in ipsis literis Papalibus sæpe exprimitur, cum dicitur quòd Apostolica autoritate à Christo concessa, concedit Papa defunctis Indulgentiam per modum suffragij, ergo.

¶Item tertiò probatur illa tertia particula, scilicet ad liberalem & gratuitam &c. id est, quòd eius fructus speretur à Dei liberali misericordia acceptante talem communicationem thesauri ad sensum suprà declaratum in primo articulo in quarta opinione. *Tertia.* Quia secundum Caietanum, vbi suprà & beatus Tho. in quarto distincti. quadragesima quinta, quæst. sexta, articulo secundo & communiter doctores, omnia suffragia satisfactoria Ecclesiæ pro defunctis solùm & præcipuè offeruntur Deo acceptanda ab eo liberaliter per viam misericordiæ, vt ieiunia, orationes eleemosynæ &c alia huiusmodi quæ pro defunctis offerri solent. Sed istæ Indulgentiæ per modum suffragij, sunt communicationes satisfactorij thesauri factæ eis, per modum suffragij. Ergo innituntur Dei acceptationi liberali & misericordi quò ad suum fructum. Consequentia patet. Quia tales Indulgentiæ aut communicationes thesauri ex quo fiunt per modum suffragij Ecclesiastici, eodem modo habent suam efficaciam, & ad naturam suffragiorum pertinent quò ad hoc, vt suprà in primo articulo in tertia & quarta opinione probatum est, & multis in locis sæpè dictum est. Antecedens autem pro minore patet secundum omnes. Pro maiore autem suprà probatum est in articu. primo, in tertia & in quarta opinione, quāuis Durandus illam neget

Caietan.
S. Thom.

vt suprà in fine quartæ opinionis habetur. ¶Et confirmatur probatio huius tertiæ particulæ, quia secundum Thomam, & Bonauentu. in. 4. distinct. 20. quæst. 1. & distinct. 45. & Caietan. vbi suprà, pœnæ huius vitæ in se sunt alterius rationis deficiētis à pœnis animarum separatarum, sicut pœna pecuniaria est alterius rationis ac deficientis à pœna corporali seu à pœna seruitutis. Ideò sicut seruitus non redimitur pecunia, secundum iustitię rigorem, sed secundum domini acceptationem, ita pœnæ animarum purgatorij nostris pœnis aut satisfactionibus non redimuntur secundum rationem iustitiæ, sed secundum diuinæ misericordiæ dispensationem, seu acceptationem. Item quia aliter est forus noster in quo nos patimur per voluntariam assumptionem seu acceptationem pœnarum, & alter & altior forus in quo animæ separatæ puniuntur, vbi non est voluntaria assumptio vel satisfactio, sed satispassio pœnarum. Et sic noster forus est mitis quasi canonicus vel ciuilis, ille autem rigurosus quasi sanguinis & criminalis. Ideò si quis propter debitam pecuniam in seruitutem iam redactus esset, vt olim fiebat, aut si clericus in forum sanguinis ex enormitate delicti cecidisset, sicut non sufficeret ampliùs pecunia ad redimendum illum à seruitute, nec pœnæ Canonicæ sufficerent ad redimendum vitam clerici, ita non sufficiunt nostræ passiones aut satisfactiones ad satisfaciendum secundum iustitiã pro pœnis animarum purgatorij: quæ tamen satisfactiones suffecissent ad proportionabiliter satisfaciendum secundum iustitiam pro prædictis earum pœnis in hac vita soluendis, antequàm in pœnas alterius rationis essent translatæ, & in forum iræ & rigoris diuinæ iustitiæ, qualis est forus Purgatorij. Spectant enim illæ pœnę aliquo modo, scilicet quò ad modum, licèt non quò ad durationem punitionis ad statum & conditionem pœnarum inferni, vt hoc etiã innuit Gerson exponens illud Psal. 6. Domine ne in furore tuo arguas me, scilicet in inferno vbi nulla est redemptio. Neque in ira tua corripias me, scilicet in purgatorio, vbi rigor iustitiæ seruatur, licèt ibi sit redemptio, sed potiùs miserere mei &c. scilicet in hac vita vbi est punitio filialis & misericors, hic vre, hic seca &c. secundum Augustinum, ergo non est nobis via aliqua Iuris ad adeundum forum illum purgatorij ad alicuius redemptionem, sed gratia & misericordia acceptantis Dei opus est. Et sic patet prima probatio.

Confirmatio. *Bonauēt.* *Simile.* *Gerson.*

¶Secundò

¶Secūdò principaliter probatur propositio suprà posita. Quia iam sic declarauit Sixtus Quartus ꝙ scilicet Indulgētiæ prosunt defunctis per modum suffragij, dum ad ipsas animas purgatorij per Papam expresse extenduntur, vt hoc etiam refert Gabriel in Cano. lect. 57. K. & eius Supplementum in. 4. dist. 45. q. 3. arti. 2. propo. 5. & iam ex ipso ritu & practica Ecclesiæ id constat. Quia tempore antiquo plurimi pontifices concesserunt defunctis Indulgentias etiam plenarias per modum suffragij, de quorum numero fuit etiam beat⁹ Gregor. vt habetur in multis scripturis antiquis & veris Romæ & alibi repertis. Et in. 4. libro dialogorum cap. 57. & lib. 2. ca. 22. videtur beatus Gregorius ꝙ pro defunctis dedit Indulgentias per certas missas, vt hoc etiam refert Supplementum vbi suprà. Et licèt ipse non fecerit, potuit tamen ipse & eius successores omnes id facere (sicut & iam copiosè fit & fortè vberiùs aliquando & crebriùs debito faciunt) cum omnes sint eiusdem potestatis Papalis cum beato Petro & alijs sanctis pontificibus qui id fecerunt & facere potuerunt. Et in Concilio Constant. contra Vuicleff condemnatur vt hæreticum dicere ꝙ fatuū est credere Indulgentias Papæ & Episcoporum. Ideò hæreticum est dicere ꝙ Indulgentiæ per modum suffragij non possunt concedi à Papa & Ecclesia defunctis, ex quo Papa & Ecclesia eas sic concedit, vt dictum est. Et idem expresiùs contra Lutherum de hæresi condemnatum est, ergo.

Secunda principalis probatio.

Gabriel.

B. Greg.

Conciliū Constan.

¶Cōtra prefatā propositionem articuli. 2. arguitur tripliciter. Primò quia potestas data est Petro solùm super terram, vt patet. Matth. 16. Quodcunque solueris super terram &c. ergo eius autoritas non se extendit ad eos qui sunt infra terram, seu qui sunt alterius mundi, quales sunt animæ purgatorij, ergo non potest per viam Indulgentiæ, quæ dicit autoritatē quomodocunq; animabus purgatorij suffragari. ¶Secundò arguitur. Quia ipse stilus literarum Indulgentiæ pro defunctis expresè & limitatè habet quòd per modum suffragij Indulgentia cōceditur animabus purgatorij. Constat autem suffragium non spectare ad autoritatē clauium, sed ad misericordem voluntatem quorumlibet suffragari, seu auxiliari volētium, ergo Indulgentia per modum suffragij nihil addit ad ipsum bonū opus pium eleemosynæ & eiusmodi factum pro defunctis ad lucrandum Indulgentiam. ¶Tertiò arguitur. Quia hæc potestas concedendi Indulgentias per modū

Argu. 1.

Secundū.

Tertium

suffragij defunctis non habetur ex sacra scriptura, nec ex sacris Canonibus, ergo.

Respõsio ad 1. arg. ¶ Respondeo ad primum argumentum tripliciter. Primò negando antecedens ad sensum quem prætendit. Et ratio est, quia sicut ratione delicti efficitur quis secundum Iura de iurisdictione & foro alterius cuius non erat, ita in purgatorio existẽtes licèt absolutè non sint de foro & iurisdictione huius mundi, tamen ratione delictorum in hac vita commissorum fiunt de foro & iurisdictione Ecclesiæ & Papæ, vt patet. Quia mortuus potest excommunicari & absolui ab excõmunione, vt habetur. 24. q. 2. ca. Fina. & alijs ca. p̄cedẽtibus, vt de hoc latiùs *Siluest.* Siluest. titu. excõmunicatio primo in not. 3. & *Abulen.* Abulen. super Matth. 16. ca. q. 89. & illud Matth. 16. Quodcũq; solueris sup terrã &c. intelligitur sic. Quodcũq;, vbicunq; fuerit solubile solueris tu super terrã existẽs dũ viuis in mũdo &c. ¶ Sed certè ista respõsio nõ valet. Tũ primò quia illud nõ habet verum secundũ cõmuniter doctores quò ad iudicialiter ligandũ & soluendũ à peccatis quò ad culpam, & eadem ratione quò ad pœnam propter culpam in foro Dei & conscientiæ, vt patet. Quia de peccato commisso Romæ, potest quis absolui à suo prælato seu curato in Hispania & habere ibi Indulgentias, & sic iudicialiter ligari & absolui ab eo ibi in foro conscientiæ. Tum secundò, quia quo ad viuos tantùm est verum quòd sortiuntur forum ratione delicti, non autem quò ad defunctos, vt patet. Quia sicut mortui nõ possunt ligari iudicialiter in foro cõsciẽtiæ ad culpã seu pœnas alteri⁹ mũdi, ita nec ab eis absolui. Nõ eñ possũt exiſtẽtes in purgatorio, sacramẽtaliter vel quasi sacramẽtaliter absolui vel ligari iudicialiter ad pœnas alterius mũdi, neq; ad sui status mutationẽ neque excõmunicari modo prædicto, q̃uis benè possunt absolui ab excõmunione in hac vita cõtracta, & similiter excõmunicari, sed hoc tantũ potest fieri in foro Ecclesiæ seu cõtẽtioso, non quò ad pœnas alterius sed huius vitæ tantum, vt scilicet oretur vel non oretur pro eo, specialiter & publicè, & vt posit vel non posit in loco sacro sepeliri, & huiusmodi, etiam si sint in inferno possunt hoc modo ligari excommunicari & absolui, vt habetur latiùs de his vbi suprà. 24. q. 2. ca. Fi. &c. Siluest. & Abulen. Tum tertiò, quia glossa illa Quodcũq; solueris super terrã &c. est extorta & dissona textui, vt proximè patebit. ¶ Ideo secundò secundum alios doctores respondeo concesso antecedẽ

te ad sensum prætentum negatur consequentia:pro quãto ibi includitur minor subsumenda,scilicet quòd animę purgatorij non sunt super terram,quæ minor est falsa. Nã animæ purgatorij sunt super terram quò ad statum & quò ad suam causam aliquo mõdo licèt quò ad suum esse sint infra terram,quò ad statum quidem & quò ad causam non sunt omnino in termino , neq; in via ex quo nec sunt beatæ,aut finaliter præmiatæ,neque in via merendi, aut demerẽdi,sed sunt in medio statu,scilicet in termino quò ad meritum & demeritum,& in via quó ad præmium finale dum detinentur purgandæ in pœnis : & ideó quò ad hoc sunt & aliquo modo sup terrã , & per consequens de foro Ecclesiæ & de iurisdictione eius & Papæ,sicut & nos viatores,ita.s.vt sicut quò ad punitionẽ ad hoc sunt in viatorũ statu indigentes,ita & quò ad reuelationem à pœna adhuc subsunt iudici viatorum, vt sic possent sicut & viui iuuari & absolui per Papã iudiciariè à pœnis per Indulgentias. Et isti doctores hoc modo respõdentes glossant illud Matth.16. Quodcũq; solueris super terrã sic. Quodcũq; existens sup terrã quò ad esse aut quo ad statũ seu quò ad causam suã, solueris,illud erit solutũ in cœlis &c.& sic possunt solui animæ purgatorij,quia sunt super terrã quò ad statũ & causam , vt dictũ est.

¶Sed certè nec ista ratio nec expositio textus est vera . Non ratio, quia inde sequeretur ꝙ Indulgẽtiæ conceduntur animabus purgatorij nõ ꝑ modũ suffragij,sed ꝑ modũ iudiciarię absolutiõis, vt viuis,qđ est cõtra ꝓdicta & cõtra cõmuniter doct. ¶Nec expositio textus est bona nec cõsona,qđ patet tripliciter . Primò quia sic superfluè poneretur ly super terrã, ex quo omne ligabile & solubile quó ad statũ seu quò ad causam est super terrã,vt declarant ꝓdicti doctores ꝓdicto modo respõdentes,& glossantes præfactã autoritatẽ.Cõstat eñ ꝙ de existẽtibus in inferno , & in cælo non potest intelligi prædicta autoritas, ex quo nõ sunt solubiles aut ligabiles ampliùs vllo modo.s. quò ad esse,aut quò ad status mutationẽ aut quó ad causam,& per consequẽs nullo modo sunt super terrã. Viui aũt sunt super terrã quò ad esse & quò ad statũ & quò ad causam. Animæ verò purgatorij sunt super terrã, quò ad statũ seu causam, & per cõsequens quò ad id quod est ligabile & solubile. Ergo secũdũ præfatã expositionẽ sufficiebat dicere. Quodcunq; solueris & ligaueris erit solutũ & ligatum in cælo , & non oportebat addere ly super terram , ex quo omne solubile & liga- *Prima ratio.*

bile est super terram aliquo modo, vt dictum est. Dicere autem ꝙ in tam paucis verbis Christus superfluè addiderit verbũ, nõ quadrat. Ergo per illa verba Quodcunque solueris super terrã, Christus voluit sub potestate clauium iudiciaria absolutiua, seu ligatiua subijcere non solùm existentes super terram quò ad statum seu causam, sed & quò ad suum esse, quales sunt solùm viui, non autẽ animæ purgatorij, vt patet. ¶Secundò patet idem. Quia secundum Caieta. in. 2. quodlibet. tracta. de Indul. q. 5. & in alio tracta. de eo. ca. 5. plus requiritur ad esse subditum iurisdictioni viatorũ quàm esse participem, aut quã esse in statu viatorum quó ad aliquid. Requiritur enim quód sua causa, quò ad id quod sapit viæ possit cognosci à tali iudice viatorum: nullus enim potest esse iudex causæ omnino incognoscibilis ab ipso. Nũc autem causę existẽtium in purgatorio sunt omnino incognoscibiles à Papa vel Ecclesia militante, ergo existentes in purgatorio non sunt de iudicio aut iurisdictione Ecclesiæ militantis, neque de eius foro, neq; ei subiectæ, & per consequens non possunt per Papam ligari vel absolui à peccatis vllo modo. Hæc ratio potest solui dupliciter. Vno modo concedendo maiorem simpliciter, non tamen quò ad aliquam causam non requirentem causæ cognitionem, qualis est concesio Indulgentiæ, vt suprà. q. 5. in probatione secundæ particulæ dictum est, & hæc est melior instantia. Alio modo negando maiorem simpliciter, tenendo opinionem doctorum dicentium, ꝙ potest Ecclesia iudicare sententiando super omnino occulta, & licèt non posit ea cognoscere, potest punire & absoluere ab eis, quia ad hoc habet à Deo potestatem nõ ad illud. Aut dicendo ꝙ Ecclesia non potest super omnino occulta in corde latentia, quæ nullo sensu exteriori percipi possunt: benè autem potest super sic occulta ꝙ sensu exteriori percipi possunt, quàmuis per accidens ea non posit cognoscere propter defectum probationis, nunc autem cognitio causæ animarum purgatorij licèt nõ posit haberi ab Ecclesia per accidens propter distantiam loci & status &c. benè tamen potest ei competere ex potestate ei à Christo collata. Sed prima instantia videtur melior ad propo. ¶Tertiò patet idem ꝙ scilicet præfata expositio textus non est bona, quia ex ipsa litera Matth. 16. Quodcunque solueris super terram &c. apertè innuitur ꝙ licèt effectus potestatis penetret cęlos, quia dicitur Erit ligatum & solutum in cælis, vt benè dicit Chrysosto-

Secunda ratio. *Tertia ratio.*

mus super ipsa verba, & refert Alexan. Hall. tamen iurisdictionis actus ligans aut soluens terminatur ad hoc ꝙ sit & exerceatur super terram, quia dicitur, Quodcunq; solueris & ligaueris super terram, ita ꝙ ly super terram determinat ly Quod solueris & ligaueris, id est, quodcunq; solubile fuerit tu solueris aut ligaueris super terram, illud quoq; erit solutum & ligatum in cœlis. Quod patet. Quia ipsa correspondentia verborum & sententiarum textus, vbi dicitur, Erit solutum & ligatum & in cœlis innuit apertè verba præmissa, scilicet Quodcunq; solueris & ligaueris super terram debere eodem modo correspondenter intelligi, scilicet quodcunq; fuerit à te solutum aut ligatum super terram, illud etiã erit solutum & ligatum in cœlo à me, vt dictum est. Item iste sensus habetur expresè per Ecclesiam in. 24. q. 2. in omnibus ferè capitulis, ibi videatur. Quia & sic communiter glossatur à doctoribus, vt patet in Bonauent. in. 4. dist. 20. q. penultima, & Alexan. Hall. 4. par. q. 83. membro. 5. & Duran. in. 4. dist. 20. q. 4. & beatus Thom. & Richar. ea. dist. art. 3. q. 3. & Abulen. super Matth. 16. q. 89. 90. super illud Quodcunq; solueris super terram &c. & Gabriel in Cano. lectione. 57. M. & Caietan. vbi suprà, quãuis alij doct. pauci aliter & aliter glossent, vt refert Gabriel vbi suprà. *Bonauẽt. Richar. Abulen.*

¶ Ideò tertiò aliter & meliùs ad primum argumentum secũdum præfatos doctores vbi suprà, & communiter alios doctores prædicto modo benè glossantes illud Matth. 16. respondeo concedẽdo antecedens ad sensum quem prætendit, ꝙ scilicet potestas iudiciaria seu absolutiua non est data Petro vel Ecclesiæ nisi super existentes super terram aut in hoc mundo, quò ad personam & statum, non autem super purgatorium, ex quo secundum Gene. 42, mortui non dicuntur esse super terram, quia ibi dicitur ꝙ Ioseph non erat super terram &c. & patet purgatorium non esse super terram ex eo ꝙ Christus descendit ad inferos, vbi est limbus patrum & purgatorium secundum communitur doctores, licèt Gabriel super Cano. lect. 57. L. ex Bonauent. dicat, ꝙ si quis contendat vicarium Christi habere iudiciariam potestatem super existentes in purgatorio, non est illi multum resistendum, dum modo hoc dictet ratio vel auctoritas manifiesta. Tu dic ꝙ nulla ratio nec auctoritas sufficienter id dictare potest, ex quo auctoritas Euãgelij, Matth. 16. prædicto modo secundũ communiter doctores, vel rectè intellecta, dicit ꝙ solùm super terram habet iudiciariam *Genes.*

potestatem. Et sic conceditur prima consequentia ad illum sensum ꝙ scilicet Papa non habet auctoritatem iudicialem & absolutiuam super purgatorium, neq; hoc modo potest concedere Indulgẽtias propriè sumptas per modum iudiciariæ potestatis seu absolutionis. Sed tunc negatur secũda consequẽtia, quę loquitur de Indulgentia per modum suffragij. Si autem antecedens intelligatur & similiter consequẽs ꝙ nõ est data Petro & Ecclesiæ potestas dispẽsatiua & cõmunicatiua thesauri Indulgẽtiarũ nisi solũ pro existentibus in hoc mũdo, tunc negatur antecedens. Dico enim ꝙ Papa & Ecclesia habet auctoritatem hanc super præfato thesauro ad communicandum auctoritatiuè de eo omnibus indigentibus idoneis vbilibet, tam in hoc mundo q̃ in purgatorio existentibus, vt sic à suis pœnis soluantur, ꝙ est concedere Indulgẽtiam per modum suffragij ipsis, vt suprà probatum est, quàmuis non possit animas purgatorij iudicialiter absoluere. Cõmunicare enim auctoritatiuè de thesauro Ecclesiæ, non est actus iurisdictionis, sed auctoritatis eam consequentis vel cõcomitantis seu clauis solùm dispensatiuè seu cõmunicatiuè, vt suprà per totam hanc quæstionẽ &. q. 1. dictum est. ¶ Quód si contra hoc replicetur, ꝙ in dictis auctoritatibus Matth. 16. &. 18. & Ioan. 20. Quorũ remiseritis peccata &c. fundatur potestas concedendi Indulgentias, vt suprà probatum est, &. q. 4. &. 5. habetur. Talis autem potestas in prædictis auctoritatibus collata est potestas iurisdictionis, vt patet ex locis pręallegatis, ergo si Papa vel Ecclesia potest animabus purgatorij concedere Indulgentias vllo modo, non nisi per modũ iudiciariæ potestatis sicut & viuis id potest. Sed hoc modo non potest, vt suprà responsum est: ergo nullo modo neq; per modum suffragij id potest. ¶ Respondeo negando primam consequẽtiam, & per consequens alia sequentia. Et ratio est, quia diuersimodè exit in actum pędicta potestas. Nunc quidem per modũ iurisdictionis in subditos, nũc aũt per modũ tãtùm cõmunicatiuæ dispẽsationis cõcomitãtis, vt in Indulgẽtia per modũ suffragij, vt suprà art. 1. in responsione ad tertiũ argumentũ dictũ est latiùs, ibi videatur. Et sic patet responsio ad primũ argumentum.

Ioan. *Matth.*

Resp. ad 2. argum.

¶ Ad secundum argumentũ respondeo, ꝙ stilus literarum apostolicarum continet quidem modum suffragij sed non præcisè. Nam cũ hoc etiam continet auctoritatiuam cõcessionem Indulgentiæ, & per vtrunq; simul ostendit & auctoritatẽ cõmunicandi

candi

eandi seu dispensandi & modũ suffragij in perueniendo ad animas purgatorij. ¶ Ad tertiũ argumẽtũ respondeo ꝙ præfata potestas satis habetur ex sacra scriptura & ratione ibi fundata , quia Ioan.20.Pasce agnos & oues meas,habetur pastoralis cura nõ solùm docẽdi,sed & pascendi pastu beneficij spiritualis ad omnes Christi oues,seu ad omnia mẽbra Ecclesiæ vbicunq; existentia indigentia & idonea ad recipiẽdũ suffragia,quales sunt animę purgatorij vt suprà dictũ est,& in responsione ad replicam & ex conditrice Canonũ Rom.Ecclesia explicatũ est ꝙ diuersis modis clauis seu potestas Ecclesiastica aperit regnũ cœlorũ mẽbris Christi viuis & defunctis , vt patet ex omnibus suprà dictis in hac quæst. &.q.3.vbi habetur extrauagans Clem.6.Vnigenitus de pœ.& re. & suprà.q.5.vbi latiùs de ijs dictum est.

Respon. ad.3.arg.

Quæstio quartadecima.

Ques.14.

Vtrùm si Indulgentia plenaria concedatur vni animæ purgatorij talis anima omnino & infallibiliter liberetur à purgatorio.

Respondeo per vnicam propositionẽ. ¶Propositio.1. Anima purgatorij cui cõceditur Indulgẽtia plenaria , totaliter & infallibiliter liberatur à purgatorio si talẽ Indulgẽtiã lucratur seu acquirit,aliàs nõ:nisi scdm ꝙ ipsa anima est idonea & digna vt talis Indul. sicut & alia suffragia Ecclesię plꝰ vel minꝰ ipsi valeant ex diuina &liberali acceptatione.¶Probatur prima pars.s.ꝙ si talẽ Indul.lucratur seu acquirit ꝙ omnino liberatur.Patet.Quia sicut quò ad viuos Indulg.plenaria valet eis qui eã lucratur &acquirũt quãtũ sonat,& omnino remittitur eis tota pęna scdm cõmunẽ doctrinã Ecclesiæ,alioqui deciperentur fideles, ergo similiter eadẽ ratione Indulg.per modũ suffragij plenaria cõcessa defunctis,quia nõ est ratio differẽtię. Dico notanter si eã lucratur & acquirit,quia sicut viuꝰ qui Indulgentiã plenariã ei cõcessam nõ totaliter lucratur,nec acquirit propter defectũ alicuiꝰ cõditiõis seu circũstãtię requisitę nõ liberatur à suo debito pęnarũ omnino,ita

Propo.1.

& a

& anima purgatorij si nõ totaliter lucratur nec acquirit talem Indulgentiam plenariam & concessam propter defectum alicuius conditionis requisitæ, non liberatur omnino à suis pœnis, sed secundum quòd ipsa idonea & digna est, vt ait propositionis secunda pars. ¶Si dubitetur primò, quæ requiruntur vt anima purgatorij lucretur & acquirat omnino Indulgentiam plenariam ei cõcessam, respondeo ꝙ tria. Primò ꝙ sit sufficiens causa ad tantam Indulgentiam concedendam & lucrandam, defectu cuius viuus & defunctus potest non lucrari totam illam quantitatem, etiam si fiant omnia requisita, vt de hoc latiùs infrà. q. 17. habetur. ¶Secundò requiritur specialiter quò ad defunctos ꝙ per aliquem viuum fiat debitè id quod & quomodo imponitur per concedentem ad talem Indulgentiam pro tali anima lucranda, & in hoc nõ est dubium, sicut nec in suprà dictis in hac quæstione. ¶Tertiò (in quo est dubium & diuersitas opinionũ) requiritur ꝙ talis anima sit omnino idonea & digna, vt tale suffragium Indulgentiæ plenariæ ei concessę à Deo liberaliter pro ea acceptetur ad totalem & plenarium effectum ipsius Indulgẽtiæ vt sonat, aliàs nõ nisi secundum ꝙ ipsa anima est idonea &c. vt dicit secunda pars propositionis. ¶Quod ergo hoc tertium, vt declaratum est, requiratur secundum opinionem quartam & vltimam in resolutione suprà posita, in. q. 13. art. 1. probatur dupliciter. Primò, quia secundum Aug. in Enchyridion. cap. 99. & in li. de cura pro mortuis habenda, vt habetur. 13. q. 2. ca. Tempus. specialia suffragia facta pro aliquibus (de quibus loquitur Augusti.) illis tantùm prosunt, qui cùm viuerent hæc sibi vt posteà possent prodesse meruerunt. Hæc August. Item Grego. lib. 4. dialogo. ca. 39. dicit illic scilicet in purgatorio nihil quisq; purgationis obtinebit nisi hoc bonis actibus in hac vita positus, vt illic obtineat promereatur. & ca, 57. 58. iterum replicans dicit ꝙ illis sacræ victimæ prosunt, qui hic viuendo obtinuerunt, vt eos etiã post mortem bona adiuuent, quæ hic pro ipsis ab alijs fiunt. Hęc ibi. Ex quibus expressè patet ꝙ loquuntur de specialibus suffragijs, & cùm de animabus purgatorij loquantur ꝙ non omnino prodest speciale suffragium ei pro quo fit quantum prodesse poterat, vt sonat, sed secundum idoneitatem & dignitatem animæ recipientis, aut pro qua fit. Alioqui non esset necessarium dicere ꝙ illis tantum prosunt qui cũ viuerent &c. si anima purgatorij, de quo ibi agitur, totum fructũ suffragij

Dubiũ. 1.

August.

Grego.

ſuffragij ſpecialiter pro ea facti reciperet infallibiliter. Indulgentia autem per modum ſuffragij habet naturam & modum ſuffragij Eccleſiaſtici quò ad hoc, vt ſuprà. q. 13. art. 1. Tandem vt probabiliùs reſolutoriè dictum eſt, & proximè dicetur. ¶ Igitur ex dictis auctoritatibus duo expreſsè eliciuntur. Primò ꝙ omnis anima purgatorij poteſt iuuari ſuffragijs Eccleſiæ & Indulgentijs per modum ſuffragij. Quia eodem merito quo meruerunt præmiũ eſſentiale finale, meruerunt etiam ratione charitatis & communionis ſanctorum, vt poſsint interim iuuari cõmunione ſanctorũ in quo nullus catholicus dubitat. ¶ Secũdò elicitur ꝙ de facto per ſpecialia ſuffragia Eccleſiæ, ſeu per ſpeciales Indulgẽtias per modum ſuffragij pro aliqua anima conceſſas ipſa anima ſpecialibus quidẽ præ cæteris iuuatur, ſed nõ niſi quãtùm hic meruit, vt de facto ipſi prodeſſent ex liberali acceptatione diuina, vt dictũ eſt. ¶ Secundò probatur idem ratione. Quia cùm talis acceptatio ſuffragij, aut Indulgentiæ per modum ſuffragij præcipuè pẽdeat ex diuina liberalitate, vt ſuprà. q. 13. art. 1. in reſolutione dictum eſt, ergo non infallibiter ex pacto quod non eſt, Deus acceptat quò ad totum effectum Indulgentiæ pro quacunq; anima fiat, ſed ſolùm ſecundum quod decet ſuam liberalitatem & miſericordiã circa talem animam. Decentia autem liberalitatis Dei ſtat in hoc ꝙ ſecundum idoneitatem & dignitatem, & merita cuiuſq; reſpectu talis effectus ſeu doni acceptet plus vel minus ſuffragia quæcũq; & Indulgentias pro illo factas. Non autem habẽdo reſpectum ad meritum proportionalem vnius animæ ad alteram, vel ad debitum iuſtitiæ diſtributiuæ vllo modo, ex quo ibi nullum eſt debitum iuſtitiæ ex parte Dei, neq; vlla proportio conſideratur huius & illius animæ inter ſe ipſas, ſed eſt pura liberalitas aut debitũ decentiæ ex parte Dei, quò ad plus vel minus de fructu ſuffragij ſeu Indulgentiæ largiendum animæ pro qua fit, & eſt meritũ de congruo, quò ad hoc ex parte ipſius animæ purgatorij, vt patet ex ſuprà dictis, ergo. Et ad hoc facit Matth. 7. Qua menſura menſi fueritis &c. & Mar. 4. & videntur expreſsè concordare Bonauen. in. 4. diſt. 20. q. penultima & b. Thomas tertia part. q. 52. art. 8. ad primum, vt infrà proximè citantur ij doctores. ¶ Et ſic patet probarum intentum ſecundum probabiliorem opinionem ſuprà reſolutoriè recitatam & probatam. q. 13. artic. 1. ex qua ſequitur hoc quod hic dictum eſt. Nam ſecundum alios doctores aliarum opinio-

Primum. *Secundũ.* *Matth.* *Marc.* *Bonauẽ.* *Thom.*

nionũ tenentes ꝙ Indulgentia per modũ suffragij non innititur liberalitati Dei acceptãtis, sed iustitiæ, stante lege, & eius pacto, iã consequẽter esset dicendũ ꝙ omnis anima purgatorij pro qua fit opus requisitum ad lucrandũ Indulgẽtiam plena. ei concessam, lucratur & acquirit eã, & omnino liberatur à purgatorio. Quia secũdũ eos nõ requiritur alia dignitas & idoneitas in defunctis, sicut nec in viuis ad eã lucrandã infallibiliter nisi ꝙ sint in statu gratiæ quales sunt animę purgatorij. Sed, vt dixi, sicut horũ doctorũ opinio præsupposita quò ad quidditatem Indulgẽtiæ per modũ suffragij, non videtur vera, vt suprà. q.13.ar.1. visum est: ita nec id quod inde consequenter infertur, & dicunt ad propositum præfati dubij. Ideò probabiliùs, saluo semper meliori iudicio, standum

Dubiũ.2. censeo ijs quæ suprà dicta sunt. ¶Sed dubitatur secundò, quod aut quale meritũ, dignitas aut idoneitas est ista, qua quis fit dign⁹ & meretur in vita vt pòst in purgatorio illi prosint omnino, aut plurimùm suffragia & Indulgentiæ? Nunquid non sufficit decessisse in gratia? Respondeo vno modo secũdum Caieta. vbi suprà,

Caietan. ꝙ est meritum non essentiale sed accidentale. Ratio, quia cũ fructus quẽ ex suffragijs & Indulgentijs animę purgatorij percipiũt spectet ad præmiũ accidentale, scilicet ad remissionẽ pœnarum tẽporalium: ergo & meritum prædicti præmij est accidentale, putà deuotio specialis ad claues Ecclesiæ donatiuas Indulgentiarũ, solicitudo ad satisfaciendum pro peccatis proprijs, misericordia ad alios studiũq; ad suffragandũ defunctis, & alia huiusmodi accidentalia merita. Constat aũt ꝙ omnes qui in gratia decesserunt existentes in purgatorio non habuerunt ex æquo talia merita accidentalia in hac vita: ergo neq; omnes illæ sunt æquè idoneæ aut dignæ ad tale præmium accidentale, scilicet ad remissionẽ pęnarũ participandũ ex æquo in toto vel in parte ex suffragijs, aut in Indulgentijs per modũ suffragij pro ipsis specialiter applicatis. Hęc Caietan⁹ vbi suprà. ¶Sed certè videtur ꝙ etiam sit meritũ essentiale maximè supererogatoriũ. Quia per hoc fit dign⁹ homo præ

Nota. mio etiã accidentali in cœlo iam beatus. Quia secundũ doctores communiter, qui habuit maiorẽ charitatem in vita, maiorẽ gloriã essentialem habet in cœlo & etiam accidentale gaudiũ maius habet de gloria aliorũ, & de alijs spectantibus ad præmium accidentale cæteris paribus. Quare ergo nõ sic erit in purgatorio suo modo? Ratio autem Caietani non concludit ꝙ solùm meritum

accidentale sit, patet. Quia negatur ei⁹ prima consequētia. Dico enim ꝙ præmiū accidētale mereri possum⁹ per meritū essentiale, & per accidentale, id est, per quodlibet op⁹ meritoriū gloriæ essentialis, & per op⁹ specialiter meritoriū glorię accidētalis. De accidentali patet. De essentiali iā probatum est. Quia & per opus meritoriū gloriæ, & per feruorē charitatis homo fit dign⁹ nō solùm gloria essētiali, sed & accidētali: maximè quia vix est aliquod opus meritoriū gloriæ essentialis, quin sit aliqualiter satisfactoriū & supererogatoriū saltē quó ad aliquē gradū gloriæ, ꝓpter aliquē gradū conat⁹ seu volitionis meritorię supererogatoriū, vt cōmuniter tenetur à doctorib⁹, quantò magis ꝙ potest negari etiam antecedens. Nā remissio pœnarū purgatorij nō solùm est eis præmiū accidētale, sed & aliquo modo essentiale pro quāto tollit impedimentū præmij essentialis, & aperit viā ad id. ¶Ideò meliùs videtur dicēdū ꝙ etiā per feruorē charitatis & per alia opera meritoria glorię essentialis in quantū sunt supererogatoria, & accidētaliter meritoria & satisfactoria, potest quisq; in hac vita mereri, vt pòst in purgatorio sit dign⁹, vt ei ex diuina liberalitate prosint suffragia aut Indulgentiæ specialiter ipsi applicatæ ex integro aut in parte secundū quantitatē suæ dignitatis aut meriti ad id, vt dictū est. Et ex consequenti dicendum videtur ꝙ omnis anima purgatorij, ex quo est in gratia habet idoneitatē aut dignitatē maiorē vel minorē, vt ei magis vel minùs prosit Indulgētia specialiter ei concessa: similiter & alia suffragia specialia & generalia generaliter aut specialiter ei applicata, secundum quod est in maiori gratia seu charitate & meritis, propter plura aut meliora sua opera bona quæcunq; in hac vita. Sicq; nullus existens in purgatorio est qui se abscondat à calore huius gratiæ & fructus Indulgentiarum & suffragiorum ei applicatorum magis vel minùs, vt dictū est. ¶Et ad hoc facit August. sermone. 32. de verbis Apostoli, Vt non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent: dicēs dispositionem debitam defunctorū ad fructum suffragiorū percipiendū esse fidē & charitatē, & cætera bona opera, vt dictum est. *August.* Et sic etiam tenere videtur cōmunis opinio doct. & pręcipuè Bonauē. in. 4. dist. 20. q. penultima dicēs. Cùm in omni opere sit misericordia Dei & iustitia, duo sunt quę faciūt suffragia valere defunctis. s. dignitas & necessitas. Iustitia Dei considerat dignitatē: digni aūt sunt qui in charitate decesserūt, & ab alijs mēbris Eccle- *Bonauē.*

siæ

siæ iuuari meruerunt, maximè si & ipsi alios adiuuarunt. Miseri-
cordia verò considerat necessitatem. Hęc ille. Et nota, ꝙ in hac
auctoritate Bonauenturæ misericordia sumitur pro benignitate
in supererogatione bonorum. Iusticia autem largè pro iustitia de
centiæ, id est, pro liberalitate & æquitate in retributione pręmio-
S.Thom. rum, vt ipse ait in.4.dist.46.art.2.q.2. Item beat⁹ Tho. in.3.par.
Caietan. Sum.q.52.art.8.ad primum loquens de descensu Christi ad infe-
ros, & quas animas sanctorum liberauit, magis videtur ad nostrũ
propositum: licèt Caieta. vbi suprà ad suum propositum & ad suã
opinionẽ reflectat, de quo tamen nunc non multùm curo, vbi cõ
muniter doctores sunt pro nobis cum ipsa recta ratione, vt supra
probatum est. ¶ Ex omnibus suprà dictis etiam sequitur secun-
dum August. & Grego & cõmuniter doctores ꝙ communibus
suffragijs quibuscunq; omnes animæ purgatorij iuuantur pl⁹ aut
minùs scd̃m prædictã cuiusq; dignitatẽ, & scd̃m grãm & liberali
tatẽ diuinæ dispensationis. Ratio patet ex dictis, & scd̃m docto-
Coroll. 1. ctores in.4.dist.45. ¶ Ex omnibus suprà dictis etiam infertur v-
num valde notandum, ꝙ scilicet is qui in hac vita dat obliuioni
defunctos, & negligit satisfacere pro suis proprijs peccatis, & sic
Nota. vult viuere vt vix cum gratia decedat, iste talis licèt non sit omni-
no alienus in purgatorio à fructo suffragiorum & Indulgentiarũ,
tamẽ parum seu minimam partem fructus eorum participat q̃-
uis pro eo etiam specialiter suffragia & Indulgentiæ plenariæ fiãt
& concedantur. Ratio, quia est parum dignus, & per consequẽs
non est dignus totali aut magna parte fructus eorum, & ideo à di
uina liberalitate & misericordia & iustitia non acceptantur nisi
pro parua parte, secundum paruam eorum dignitatem. Quia di-
uina iustitia, quæ omnia pondere, numero, & mensura constituit
& iudicat in æquitate, iustè & decenter in illo foro iustitiæ & rigo
re iræ suę, quã exercet in purgatorio, vicíscitur duritiam cordis &
incuriam hanc, qua talis homo licèt dignus gloria essentiali, parũ
tamen dignus est ad totalem seu magnam partem fructus suffra-
giorum aut Indulgentiarum ei applicatarum ex diuina liberalita
te percipiendam, facit Matth. 7. Qua mensura mẽsi fueritis &c.
Matth. Et hæc est vna & præcipua ratio, quare iterata suffragia & Indul-
gentiæ plenarię pro anima purgatorij fiunt & requiruntur, vt la-
tiùs habetur in tertio dubio sequente. ¶ Tertiò dubitatur, quare
post vnam Indulgentiam plenariam pro vna anima purgatorij
con

conceſſam, poſteà acquiruntur aliæ bullæ, & Indulgentiæ plenariæ: & quare fiunt exequiæ, miſſæ, orationes & eleemoſynę, aut alia eiuſmodi pro illa anima? Nam ſi vera fuit Indulgentia plenaria & Papa potuit illam concedere, iam ſuperfluũt alia prædicta, & ſic illæ Indulgentiæ pro defunctis videntur eſſe in diminutionem cultus diuini & aliorum bonorum operum. ¶ Item ſecũdò, quare Eccleſia multo tempore ante tempus beati Gregorij, nõ eſt vſa talibus Indulgentijs per modum ſuffragij pro defunctis? Nam ſi potuit & neglexit, certè crudeliter pia mater videtur ſubtraxiſſe talia ſuffragia, ſi aliquid eis valerent.

¶ Reſpondeo ad primũ. Patet ex dictis ꝙ (ſtando in opinione ſuprà poſita ꝙ Indulgẽtiæ per modũ ſuffragij innitũtur liberalitati acceptãtis Dei) potiſsima cauſa eſt quia cum quãtitas fructus Indulgẽtiæ pẽdeat à liberalitate acceptãtis Dei, vt dictũ & ſuppoſitũ eſt: & Dei liberalitas nõ acceptat fructũ ſuffragij vel Indulgẽtię p modũ ſuffragij, niſi ſecundũ dignitatẽ & idoneitatẽ aĩæ pro qua fit: & de dignitate & meritis talis aĩę ad totũ fructũ talis Indulgẽtiæ ſeu ſuffragij ſecũdũ Dei iudiciũ nobis nõ cõſtat, quæ tamẽ dignitas requiritur neceſſariò, vt patet ex ſuprà dictis in tota hac quæſtione, ergo nõ cõſtat nobis, vtrùm talis anima lucrata ſit aut acquiſierit talem Indulgentiam plenariam quò ad totum ſuũ fructum. Ideò accipiuntur aliæ bullæ, & fiunt cautè & neceſſariò alia ſuffragia pro tali anima, vt dictum eſt. Et hæc eſt potiſsima cauſa. ¶ Aliæ cauſæ dantur ab alijs doctoribus tenentibus ꝙ Indulgentia per modum ſuffragij innititur Dei iuſtitiæ, & ꝙ infallibiliter acceptatur à Deo quò ad totũ ſuũ fructũ pro quacunq; anima fiat, quo ſuppoſito dicunt, ꝙ ratio quare accipiuntur alię bullæ & fiunt alia ſuffragia, eſt ſecundum Gabriel. in Cano. lect. 57. *Gabriel.* quia potuit eſſe defectus ex parte cauſæ Indulgentiæ, putà, quia non ex rationabili & ſufficiente cauſa pia forte conceſſa eſt talis Indulgentia plenaria. ¶ Secunda ex parte facientium quod requiritur ad talem Indulgentiã lucrandã pro defunctis, quorũ altero deficiente non acquiritur Indulgentia, vt de hoc latiùs infrà. q. 21. & q. 36. habetur, & quia propter prædicta eſt nobis incertũ vtrũ anima purgatorij ſit lucrata talẽ Indulgentiã ſibi conceſſam, ideò acquiruntur alię, & aliæ, vt dictũ eſt. ¶ Item ſecundũ communiter doctores alia ratio eſt, quia. ſ. dato ꝙ nobis eſſet certum ꝙ talis anima omnino idonea iam ex liberalitate diuina, aut

ex iustitia consequuta est talem Indulgentiam plenariam sibi rationabiliter concessam: tamen adhuc debent iterari decenter bona opera pro ea non quidem ad liberationem eius à pœnis, à quibus iam supponitur liberata per talem Indulgentiam, sed propter quatuor. Primò quia per alia suffragia & sacrificia magis quã per

Primùm. solas Indulgentias laus & honor redditur Deo. Secundò quia in-

Secundũ. de fructus amplior prouenit ipsis viuentibus facientibus ea pro defunctis quàm ex ipsa Indulgentia, quæ vt habet vim Indulgentiæ prodest solùm defunctis quibus conceditur vt etiam idem Ga

Tertiùm. briel lect. 58. dicit. Tertiò quia ipsi defuncto existenti in cælo, vel in Purgatorio pro quo fiunt talia bona, prouenit gaudium accidẽ talis gloriæ ex hoc ꝙ respectu ipsius fiunt in mundo aliqua bona ad Dei gloriam, & inde ipse defunctus vbicunque existens in purgatorio vel in cœlo prouocatur ex virtute gratitudinis ad orandũ

Richar. pro ipsis suffragantibus ei secundum Richar. in. 4. dist. 45. & sic non facit iniuriam martyri qui orat pro eo, si indigerit tali suffragio, & dum ignoratur ipsum esse in gloria, vt latè de hoc Gabriel. in Cano. lect. 56. I. M. & lect. 85. M. Quartò quia suffragia facta

Quartũ. pro vno, etiam proficiunt alijs animabus purgatorij. Quia minus principaliter fiunt pro omnibus, licèt principalius pro aliquo vel aliquibus fiant, vt patet ex ipso officio Ecclesiastico, de quo etiam gaudet ipsa anima pro qua principaliter fiunt. Tandem sicut pro paruulis baptizatis non indigentibus Ecclesia facit sua suffragia & oratiões, & missas, vt refert Gabriel lect. quinquagesima septima, ex Alexand. Hall. par. 4. quæst. quadragesima secunda, artic. vltimo, propter multa bona quę omnibus inde eueniũt, & ad gloriam Dei, sic in proposito pro anima purgatorij multæ Indulgentiæ & bona fiunt, etiam si sit in cœlo, vt dictum est. Quantò magis ꝙ propter multiplices defectus circa hoc contingentes, vt suprà dictum est, deberẽt homines ante mortem in statu gratiæ de hoc sibi prouidere in testamentis seu alias, quòd scilicet acciperẽtur omnes bullæ occurrentes pro defunctis & ipsis applicarẽtur, sicut & mandant alia suffragia & missas pro eis fieri, quia sic eis plus prodessent quàm si alij proprio motu pro eis fecissent, vt de his pulchrè agit Gabriel vbi suprà. & lect. 58. ¶ Et si quæratur v-

Obiectio. trùm sit necessè ꝙ sit in statu gratiæ is qui vult lucrari Indulgentiam pro defuncto vt talis Indulgentia illi defuncto prosit, respõdeo, de hoc habetur latiùs infrà. q. 22. q. 21. &. q. 23. ibi videatur.

Pro

Pro nunc autem dico breuiter quòd non, ficut neque id requiritur ad hoc quòd suffragia quæ sacerdos nomine Ecclesiæ facit, prosint defunctis, licèt Summa Ange. titul. Indulgentia. §. 21. secũdum aliquos doctores, teneat oppositũ. Et ratio est. Quia Indulgẽtia est opus priuilegiatum habens suum valorem ex opere operato seu ex thesauro Indulgentiarum, sicut ex meritis Ecclesiæ, nomine cuius offeruntur suffragia pro defunctis id habent. Et hoc est verum nisi Papa concedens Indulgentiam pro defunctis imponat opus pium, quodq́; id fiat in statu gratiæ, de quo infrà. q. 21. 22. 23. dicendum est. Et sic patet responsio ad primum. ¶ Ad aliud ibi inclusum, quare. s. Ecclesia tanto tẽpore neglexit Indulgentias pro defunctis, respondeo, quia Deo disponente à quo illuminatur, hoc reseruauit pro tẽpore maioris necessitatis, vt vbi abundat delictum, & negligẽtia satisfaciẽdi pro nostris & defunctorũ peccatis, ibi abundaret & gratia Indulgentiarũ, & aperirentur thesauri abscõditi reseruati ad tempus necessitatis, vt latè dictum est suprà. q. 5. in responsione ad septimum argumentum. Ideò & tunc quando non erat vsus sicut nec necessitas harũ Indulgentiarum per modum suffragij pro defunctis, doctores illorum tẽporũ non fecerunt mentionẽ de eis inter alia suffragia pro defunctis. Ideò & locus ab autoritate negatiuè non valet. Loquebantur enim doctores de suffragijs tunc vsitatis in Ecclesia. *Summa Ange.*

¶ Cõtra ꝓdicta, ꝓcipuè contra propositionẽ, & cõtra primũ dubium arguitur quadrupliciter. Primò quia sicut effectus sacramẽtorũ, ita & Indulgentiarũ est certus, & valent Indulgentiæ quantum sonant, alioqui deciperentur fideles. Nunc aũt Indulgentia plenaria sonat totalem remissionẽ pœnarum, ergo sicut viuus cui conceditur liberatur infallibiliter ab omni debito pœnarũ, ita ꝙ si statim moreretur euolaret ad cœlũ liber à purgatorio secundũ communiter doctores: sequitur ꝙ & similiter anima purgatorij cui cõceditur. ¶ Secũdò quia secundũ cõmuniter doctores Indulgẽtia valet per modũ solutiõis seu satisfactionis pro debito, & per cõsequẽs Indulgẽtia plenaria valet per modũ totalis satisfactionis pro totali debito pœnarũ, sed facta integra solutione debiti, iã debitor secundũ liberalitatẽ & iustitiã acceptãtis fit omnino liber à toto debito, ergo habita Indulgentia plenaria liberatur anima omnino à purgatorio. ¶ Tertiò quia secundum communiter doctores concurrentibus tribus, scilicet auctoritate in con- *Argu. 1.* *Secundũ* *Tertium*

cedēte & pietate in causa, & idoneitate seu gratia in recipiēte fructū Indulgētiæ, iā Indulgētia habet suum effectum infallibiliter quantum sonat. Nunc aūt in Indulgentia concessa animæ purgatorij à Papa ex causa sufficiente & rationabili hæc omnia concurrunt, vt patet, ergo. ¶ Quartò quia sic prædicat Ecclesia per suos prædicatores ꝙ. s. per talem Indulgentiam plenariam statim liberatur anima à purgatorio sine dubio.

Quartū.

Respōsio ad. 1. arg.

¶ Respondeo ad primum, ad maiorem concedendo illam absolutè, seu quantum est de se ex parte sacramentorū & Indulgentiæ, secùs per accidens ex parte impedimenti aut indispositionis subiecti, vt suprà. q. 13. art. 1. in responsione contra secundam obiectionem contra quartam opinionem habetur. & q. 3. in responsione ad secundum argumentum, & in hoc sensu in quo conceditur maior, negatur consequentia. Dico enim ꝙ non omnis viuus aut mortuus cui conceditur Indulgentia lucratur aut acquirit totaliter eam, & hoc propter defectum causæ insufficientis vel indispositionem subiecti, aut propter alium defectū, vt suprà visum est, & sic per accidens frustratur suo fructu. Et ita etiam per accidens ratione prædictę indispositionis aut defectus est incertum, vtrum eam lucretur & acquirat omnino, & vtrum ei valeat vt sonat & de eius fructu. Quia incertum nobis est de dispositione requisita & de alijs requisitis vtrùm adsint an nō, q̄uis sit nobis certū simpliciter, & quātum est ex parte sacramentorū & Indulgentiarū de fructu & valore earū, vt suprà dictum est. Et sic negatur illa consequentia. Quia arguit à certitudine simpliciter ex parte Indulgentiarum ad certitudinem per accidens ex parte causæ vel subiecti seu lucrātis. Cum quibus stat ꝙ omnis viuus seu mortuus acquirēs Indulgentiā habet fructū eius vt sonat, vt in prima propositione dictū est: quia si de facto efficaciter acquirit eam iā prępsupponitur omnis dispositio requisita & nullus defectus inesse ad eā acquirēdā. ¶ Et sic fuit expressè decisū in cēsura facultatis Theologicę Parisieñ. cōtra Erasmū, vbi in tit. 8. de quibusdā desiderijs Erasmi dicit cēsura sic. Nō est asserendū ꝙ semp per Indulgētias subitò à pœnis liberētur qui sūt in purgatorio, nec hoc in suis bullis Pōtifices prærēdunt, aut ex vi huiusmodi bullarū Pontificiarū sanè intellectarū id habetur. Nā cū nō in destructionē sed in ædificationē data sit potestas Ecclesię, nō pro quauis causa oēs quarū cūq; pœnarū debitores ꝑ huiusmodi Indulgētias ꝓtinùs à debito pœnarum

Censura Par. sieñ.

pœnarum eripiuntur, etiam si sint in charitate, vnde nulli mortalium certum est quantum per quasuis Indulgentias Deo satisfiat pro pœnis, quæ pro peccato debebantur: neq; tamen si certus Indulgentiarum valor fidelibus ignoratur, ideo contemnendę sunt Indulgentiæ &c. Hæc ibi. Et simile videtur de sacramentis & sacrificijs & alijs suffragijs pro animabus purgatorij, vt suprà dictū est. Et ratio ibi asignata. s. quia ignoratur an adsit sufficiens causa requisita, probat idem de Indulgentijs concessis pro viuis, & quò ad defunctos est alia causa peculiaris quare ignoratur, an Indulgentia ex sufficiente causa concessa valeat eis quantum sonat semper, quia scilicet ignoratur dispositio & dignitas eorū ad tantam Indulgentiam, vt dictum est.

¶ Ad secundum respondeo negando minorem, quando non proceditur secundum iustitiam, sed secundum liberalitatem acceptantis talem solutionem in toto vel in parte, & sic est Indulgētia per modum suffragij. Quia quò ad suum fructum pendet ex liberalitate Dei acceptantis talem solutionem, vt suprà sæpe dictum est, & supponitur. Quò ad viuos autem Indulgentia absolutè concessa innititur iustitiæ, id est, infallibili pacto Dei. Ideò facta solutione & concessa Indulgentia plenaria fit liber à debito is cui conceditur, si sit in gratia, & adsint alia requisita &c. Vel aliter & redit in idem, respondeo concedendo totum discursum, si anima purgatorij acquirit totaliter illam Indulgentiam, vt dicit prima propositio: secùs si non acquirit propter defectum suæ debitæ dispositionis, vt totaliter acceptetur à Deo pro ea. Si dicas Deus tenetur acceptare totaliter illam vel solutionē factā pro ea: respondeo id negando, Quia proceditur per viam liberalitatis, cui innititur talis acceptatio Indulgentiæ pro anima purgatorij, vt iam responsum est.

Respōsio ad. 2. argumētū.

Obiectio

¶ Ad tertium respondeo. Maior est solùm vera in Indulgentia absolutè sumpta quò ad viuos: secùs in Indulgentia per modum suffragij, quia eius effectus pendit à liberalitate Dei acceptantis, vt dictum est & supponitur. Vel si sit vis in nomine idoneitatis ꝑ quam non solum intelligatur status gratiæ, sed & dignitas talis animæ seu personæ ad talem Indulgentiam: tunc concessa maiore negatur minor. Dico enim ꝙ non quilibet existens in purgatorio, cui conceditur Indulgētia, est omnino idoneus aut dignus ad totalem effectum seu fructum Indulgentiæ percipiendum à Dei

Respōsio ad. 3. argumētū.

liberalitate,licèt sit in statu gratię. Plus enim requiritur in animabus purgatorij adesse idoneas & dignas tali Indulgētia quàm esse in statu gratiæ, quàmuis in viuentibus id sufficiat, vt suprà probatum est dubio primo & secundo.

Respōsio ad.4.argumentū ¶ Ad quartum respondeo quòd prædicatores Ecclesiæ tunc tátum personam Ecclesiæ gerunt dum prædicant veritatem secundum doctrinam Christi & Ecclesiæ. Ideò si eorum verba absolutè dicta quò ad hoc sunt recipienda, sicut & recipienda sunt & vera, certè debent ad suum rectum sensuum accipi, & interpretari, scilicet quantum est ex parte ipsius Indulgentiæ, scilicet præsupposita debita dispositiōe subiecti & alijs requisitis: secùs si per accidens ex impedimento seu in dispositione recipientis aliter contingat, vt in responsione ad primum dictum est. Et quidem ipsa verba absolutè dicta sic patiuntur & debent interpretari, & ipsi prædicatores sic debent cautè & sano modo loqui ad sensum catholicum iam dictum, & aliquando debent explicare suum sanū sensum prædictum verborum absolutè dictorū, vt simplices debitè doceantur & omnibus satisfiat. Alioqui si dicerent quę nesciunt aut non decet, aut quomodo non decet, quacunq; intētione id facerent: iam non ex persona Ecclesiæ loquerentur, neq; in hoc essent recipiēdi sed monendi & docendi quomodo & sentire & loqui deberent.

Caietan. ¶ Cum omnibus suprà dictis expresè concordat Caietanus vbi suprà, licèt alij doctores aliter teneant, vt suprà in fine primi dubij dictum est, & contra ipsorum opinionem non procederent argumenta præfata. Quia in rationibus ibi tactis ipsi fundantur ad oppositum opinādum, sed vt visum est, iā sufficiēter solutæ sunt, q̄uis Caietanus malè dixerit in ijs quæ suprà dubio secundo notata sunt contra eum.

Quæſtio quintadecima.

Quæritur vtrùm Papa poſsit per huiuſmodi Indulgentias per modum ſuffragij totũ purgatorium ſimul euacuare.

REſpondeo quòd ſic de potẽtia abſoluta: non autem moraliter neque de potentia morali: quia vix id fieri poteſt, idq́ue nunquam fiet neq; factum eſt. ¶Probatur prima pars. Quia etiam ſtante lege, non implicat contradictionem neq; eſt contra ſacram ſcripturam, aut Eccleſiæ determinationem, & conſtat potiùs ex ſcriptura, & Eccleſiæ decreto, ꝙ habet poteſtatem ad concedendum Indulgentias etiam plenarias animabus purgatorij, ergo in caſu poſsibili, abſolutè, quò ſcilicet in purgatorio ſint omnes animæ dignæ & idoneæ ad totalẽ fructum Indulgentiæ plenariæ ex liberalitate diuina percipiendum: & ſit cauſa rationabilis & ſufficiens pro tali Indulgentia plenaria concedenda cuicunque animæ purgatorij, pro qua quis viuus tale quid faceret, & viuus faceret quod & quomodo requiritur ad lucrandum Indulgentiã pro vna & alia anima, & alius pro alia & alijs &c. & ſic pro omnibus & ſingulis animabus ſimul viuentes lucrarentur ſuas Indulgentias plenarias, certè iſte caſus eſt logicè vel abſolutè poſsibilis. Ergo in hoc caſu ſpoliaretur purgatorium per Indulgentias plenarias conceſſas ſingulis. Quia qua ratione vna anima digna liberaretur omnino à purgatorio per Indulgentiam plenariam, eadem ratione & alia & alia, & ſic omnes ergo. Et in hoc omnes doctores concordant Tho. Bonauẽt. & Auguſt. de Ancona & alij antiqui, & Floren. 3. parte. Sum. tit. 22. ca. 5. §. 6. vt etiam refert Gabriel in Cano. lectio. 57. & Caieta. vbi ſuprà in ſecundo quodlibeto. quæſt 5. de Indulgent. & capitu. 5.

Quæſt. 15 — *Propo. 1.* — *Bonauẽt.* — *Ancona.* — *Florent.*

¶Secunda pars, ſcilicet quòd non eſt poſsibile moraliter & id nunquam fiet neque factum eſt. Ratio eſt ſecundum aliquos, quia nunquam continget cauſa rationabilis & ſufficiens ad id, quæ

tamen requiritur, vt infrà. q. 17. habetur latè. Item quia non continget omnes viuos sufficienter facere opera requisita pro omnibus & singulis animabus, vt lucrentur omnes animæ suas Indulgentias plenarias concessas: & has duas causas huius secundæ partis dant communiter doctores præfati præter Caieta. ¶ Sed certè istæ duæ causæ non sufficienter probant intentum. Quia tenendo secundum Thom. vt infrà. q. 17. quòd nõn requiritur quantitas causæ piæ ad quantitatem Indulgentiæ, iam quęlibet causa pia sufficit ad Indulgentiam plenariam pro quacunque anima purgatorij. Item etiam si teneatur secundum communiter doctores ꝙ requiritur quantitas causæ piæ ad quantitatem Indulgentiæ, certè facilè contingere potest casus quo ex tali causa pia concedatur Indulgentia plenaria tam viuis quàm defunctis. Imò & de facto sæpe contingit iste casus, & Papa concedit Indulgentiam plenariam tam viuis faciẽtibus tale quid, quàm etiam defunctis omnibus pro quibus id factum & applicatum fuerit. Dicere autem quòd licèt Papa concedat, nõ tamen est causa pia sufficiens ad talem Indulgentiam plenariam, est temerè dictũ, & sæpius falsum. Nam saltem aliquando erit aliqua causa pia & sufficiens: & tunc etiam facilè contingere potest quòd multi viuentes faciant pro omnibus & singulis animabus purgatorij id quod & quomodo requiritur ad lucrandum Indulgẽtiam plenariam pro singulis & omnibus ipsis: & qua ratione vna anima lucrabitur Indulgẽtiam eadem ratione alia & alia & sic omnes liberabũtur, ergo duæ causæ prædictæ non sufficienter probant intentum. ¶ Ideò præcipua ratio seu causa prædictæ secundæ partis est, quia sufficiens dispositio & dignitas requisita ad totalem fructum Indulgentiæ plenarię nunquam videtur contingere vnquam in animabus purgatorij, quod patet. Quia cum Indulgentia per modũ suffragij quò ad suum fructum totalem pendeat ex liberalitate acceptãtis Dei, vt suprà q. 13. articu. 1. secundum opinionem probabiliorem resolutoriè dictum est, & inde sequatur quòd præcipuum requisitum ad percipiendum totalem fructum Indulgentiæ seu suffragij facti pro animabus purgatorij ex liberalitate Dei acceptantis sit dignitas & idoneitas ipsarum ad id: & omnes non sint æquè sufficienter dignæ ad id, vt suprà quæsti. 14. dictum est, ergo per quascunque Indulgentias plenarias generales & particulares etiam rationabiliter & ex sufficientissima causa pia concessas, & quan-

tum

rumcunque sufficienter per viuos fiat, totum quod ad eas lucrandas requiritur pro omnibus & singulis animabus purgatorij, non sequitur quòd ergo omnes illæ lucrentur seu acquirant tales Indulgentias & à purgatorio liberentur. Quia vix aut nunquã contingere potest omnes illas animas esse æquè sufficienter dignas æqualibus gradibus gloriæ essentialis & accidentalis, & ad hoc munus Dei per has Indulgentias æqualiter percipiendum. ¶Igitur ista videtur potissima & melior ratio, quæ etiam præsupponit illam opinionem probabiliorem suprà positam in quæstione 13. quæstione.14. ad quam consequenter sic dicendum videtur, vt dictum est. Et concordat Caietanus vbi suprà. ¶Igitur resolutoriè dicamus quòd simpliciter de potentia Logica Papa id vtique potest: quia non repugnat legi positæ: non autem de potentia morali qua id dicitur impossibile, quód scilicet neque factum est neque fiet vnquàm, neque nisi vix fieri aut contingere potest. Ideòque cùm in hac materia moraliter loquamur & de potentia morali, dicendum est absolutè & simpliciter quòd Papa per Indulgentias totum purgatorium euacuare non potest. Aut si mauis quòd per Papæ Indulgentias purgatorium euacuari non potest, vt cauillis verborum obuiemus.

Quæstio sexta decima.

Ques.19.

Vtrùm Episcopi possint etiã cõcedere Indulgẽtias per modũ suffragij, quas vel in qua quãtitate possunt viuẽtibus cõcedere, secundũ Ius commune.

REspondeo, hic est vnũ certum & alterum dubium. Certũ quidem est & ab omnibus concessum ꝙ scilicet si per Papã vel per Ecclesiam nõ esset, quò ad hoc Episcoporum potestas restricta vtiq; id possent, ex quo vt prelati Ecclesię possunt de cõmuni thesauro Ecclesiastico Indulgentiarũ ex officio seu potestate suæ dignitatis dispensare, vt suprà q.10. propo.2.&.q.12. latè dictum est. ¶Dubium autem est, vtrùm de fa-

cto per Ius cõmune ipſorum Epiſcoporũ poteſtas quó ad defunctos ſit omnino limitata, ita ꝙ illis non poſſent vllas cõcedere Indulgentias, nã in hoc ſunt duæ opiniones. Prima opinio tenet ꝙ quibuſcunq; animabus purgatorij poſſunt Epi concedere eaſdẽ Indulgentias per modũ ſuffragij, quas ſuis ſubditis viuentibus cõcedere poſſunt ſecundũ Ius cõmune. Idq; etiã ſi dũ viuerent non fuiſſent ſibi ſubditi, dũ modo id faciant Epi per ſuos ſubditos viuos. ſ. imponendo illis ſuis ſubditis, quod fuerit faciendum pro tali Indulgẽtia lucranda pro illis defunctis. Ratio huius opinionis eſt. Quia cũ Epi id poſſint ex ſua dignitate ſeu prælatione Epiſcopali, & de facto nullibi habetur talis limitatio eis facta, ꝙ. ſ. defunctis nõ poſsint cõcedere Indulgẽtias quas poſſunt viuis, vt patet etiã ex practica Eccleſiæ, quæ eſt optima interpres Iuris cõmunis, quę habet ꝙ Epi id poſsint, quia & de facto id ita faciunt. Nã & archiepiſcop⁹ Toletanus, anno Dñi. 1551. in quadã ſua bulla cõceſsit quaſdã Indulgentias per modũ ſuffragij defunctis, ſicut & Papa concedere ſolet, & iſte Archiepiſcop⁹ eſt vir vtiq; doct⁹, & de conſilio etiã doctiſsimorũ virorũ credendũ eſt id feciſſe, dum aliud non cõſtiterit ſufficienter, ergo Epi id poſſunt. ¶ Hanc opinionem tenet Supplemẽtũ Cabrielis in. 4. diſt. 45. q. 3. art. 2. propo. 6. & ibidẽ dicit pro hac opinione eſſe. B. Tho. diſt. 20. q. 2. artic. 3. vbi indiſtinctè dicit ꝙ prælati Eccleſiæ poſſunt cõmunicare viuis & mortuis de cõmuni theſauro Eccleſiæ per Indulgẽtias. Hæc Tho. Nũc aũt nomine prælatorũ propriè intelligũtur etiã Epi, vt ſuprà q. 10. propo. 2. & c. ergo. Item Palud. ea. diſt. 20. q. 4. art. 3. concl. 6. vbi dicit ꝙ animæ defunctorũ liberantur per Indulgentias prelatorum, ſic enim prælatus poteſt diſpenſare theſaurũ Eccleſiæ ſibi cõmiſſum ſicut priuat⁹ ſua bona. Vnde ſicut bona mea poſſum indifferenter viuo & mortuo cõmunicare, ſic & prelatus theſaurũ Eccleſię, dũ tñ id pro quo datur mortuo fiat à viuo. Hæc Palud. Et ꝓpter hæc tenuit Supplemẽtũ vbi ſuprà vt dictũ eſt, dicitq; nõ eſſe curãdũ dẽ Inno. in ca. Quod aũt. de pę. & re. qui aliter ſine ſufficiente fundamẽto opinatus eſt.

Prima opinio. — *Ioannes M. Siliceus.* — *Supple.* — *Palud.*

¶ Secunda opinio eſt Inno. vbi ſuprà & eã cõmuniter ſequũtur Canoniſtę ꝙ ſcilicet Epi nullis defunctis vllas Indulgentias ſecundũ Ius cõmune cõcedere poſſunt vllo modo. Ratio, quia quó ad hoc eſt eorum poteſtas omnino reſtricta in ca. Quod aũt, & cap. Cũ ex eo. de pę. & re. quia ſic debent ꝑdicta ca. intelligi, vt etiã patet

Secunda opinio.

ret ex cõmuni practica Ecclesiæ, quę est optima interpres legũ humanarũ. Et facit ad id Six. 4. declarãs Indulgẽtias prodesse defunctis per modũ suffragij, dum ad ipsos per Papam expresse extenduntur, vt hoc refert Gabriel in Cano. lect. 57. K. ergo. ¶ Et ad beat. Thom. & Palu. vbi suprà potest responderi, ꝙ ipsi loquuntur de prælatis seu Episcopis pluraliter, qui quatenùs est ex suo officio seu potestate Episcopali non restricta per Ius commune vel per Papam id possunt, vt suprà secũdum omnes dictum est. Nos aũt loquimur nũc de facto ꝙ scilicet de facto per Ius cõmune restricta est secundum hanc opinionem Inno. & Canonistarum. ¶ Michi tandem videtur ex quo totum hoc pẽdet ex facto & practica Ecclesiæ, quæ est optima interpres legum, ꝙ ergo stetur practicæ Ecclesiæ pro tempore vigenti. Et si olim secundum hanc opinionem Inno. practica Ecclesiæ habebat quòd Episcopi non concederent vllas Indulgentias animabus purgatorij, tamẽ econtrà nunc practica habens quòd Episcopi id possunt: interp̃tatur consensum Papæ & Iuris communis ad id, vt suprà secundũ primam opinionem Supplementi dictum est, ꝙ scilicet semper id Episcopi potuerunt, tametsi non semper id practicauerunt.

Sixtus Quartus

¶ Articulus tertius in quo agitur de requisitis ad lucrandum Indulgẽtiam, vt valeat quantum sonat: & continet tredecim quæstiones, quarum prima & in ordine. 17. sequitur.

Quia secundum communiter doctores. in. 4. dist. 20. & Canonistas in ca. Quod autẽ. & ca. Cum ex eo. de pœniten. & re. & alibi, quatuor conditiones requirũtur ad lucrandũ Indulgentias quantum sonant, scilicet ꝙ concedens Indulgentiam habeat auctoritatem ad id. Secunda ꝙ adsit causa pia & rationabilis & sufficiẽs ad talem Indulgentiam. Tertia quòd lucraturus eam Indulgẽtiam sit capax eius & idoneus seu in statu gratiæ. Quarta quòd impleat id quod & quomodo taxatur per concedentem ad lucrandum illam Indulgentiam.

Quatuor cõditiões ad lucrãdũ Indulgẽtias requisitę.

¶ Prima

¶Prima conditio se tenet ex parte concedentis. Secũda ex parte ipsius Indulgentiæ seu concessionis eius. Tertia & quarta ex parte lucrantium Indulgentiam. ¶Omnes istæ quatuor conditiones simul requiruntur & sufficiunt vt Indulgẽtia verè & efficaciter lucrantibus valeat quãtum sonat: quarum aliqua deficiente non valet nisi aliquãdo minùs, aliquando nihil, vt patebit in omnibus sequentibus. Ideò de singulis conditionibus prædictis agẽdum est in hoc tertio articulo, & quia de prima iam satis dictum est in. q. 1. & q. 10. & 11. &c. Ideò hic omittitur & supponitur quòd lucraturus Indulgentiam propriè sumptam non per modum suffragij debet esse aliquo modo saltem pro tunc, & quò ad hoc subditus concedentis, vt suprà. quæst. vndecima habetur. Nunc de alijs tribus conditionibus restat agendum in. q. sequẽtibus, & ideò sequitur quæstio decima septima.

Ques. 17.

Quæstio decima septima.

Vtrùm requiratur causa pia ad valorem Indulgentiæ quantũ sonat, & tanta causa pia proportionata ad tantã quantitatẽ Indulgentiæ.

Proposi. 1.

RE spondeo per vnicam propositionem, quæ talis est. Ex parte causæ Indulgentiæ vt valeat quantum sonat, requiritur pia causa & sufficiens seu proportionata ad illam tantam Indulgentiam efficaciter consequendam, qua non existente solùm tenet & valet Indulgentia illa pro ea parte seu rata pro qua illa pia causa sufficiens existit secundum Dei iudiciũ. ¶Ista propositio habet tres partes. Prima est ꝙ requiritur pia causa: secunda ꝙ sit sufficiens ad tantam Indulgentiam: tertia ꝙ ea non existente solùm tenet pro rata &c. vsq; in finem. ¶Pro declaratione & probatione propositionis nota duo. Primò ꝙ stando in rigore & propriè loquendo, aliud est causa Indulgentiæ aliud causa concedentis Indulgentiam: sicut aliud est causa belli, aliud

Nota. 1.

aliud est causa bellantis, seu causa mouens bellantem ad bellum: vt patet. Quia potest esse causa iusta belli ex parte causæ: non aũt ex parte bellantis, vt quando rex malo animo se vindicãdi aut ex ambitione seu cupiditate mouet bellum ad recuperandum res suas, seu ad puniendum malefactores, vt cõmuniter dicitur à doctoribus ex August. in cap. Quid culpatur. 23. q. 1. Sic ad proposi- *August.* tum, potest esse causa iusta obiectiua ipsius Indulgentiæ: q̃uis sit iniusta causa finalis ex parte cõcedentis, putà quia concedens Indulgentiam iustam & rationabilem ex iusta causa, simul mouetur ex alia causa in suo corde dominante. Exempligratia. Cum conceditur Indulgentia dantibus talem eleemosynam ad bellum contra infideles, seu ad reparationem talis Ecclesiæ, tunc est pia causa Indulgentiæ, id est, pro qua conceditur Indulgentia, quãuis cõcedens Indulgentiam simul moueatur principaliter ex cupiditate: & quàmuis intendat conuertere & conuertat ipsam eleemosynam Indulgentię in alios vsus prophanos, tunc enim est causa iniusta & irrationabilis tantùm ex parte concedentis Indulgentiã præfatã. Hic ergo in tota hac quæst. & materia agitur de causa Indulgẽtiæ, nõ de causa cõcedentis Indulgentiã. Et ab alijs doctoribus causa Indulgẽtiæ dicitur causa obiectiua cõcessionis seu Indulgẽtiæ: causa aũt cõcedẽtis dicitur causa finalis cõcessiõis seu concedentis. Sed in verbis parum stemus dum modo constet de vero sensu, vt dictum est. Doctores autem non multum curantes de rigore & proprietate verborum, confundunt communiter vtrunq;, dicentes ꝙ causa Indulgentiæ, seu ex parte concedentis Indulgentiam debet esse pia & rationabilis, & intendunt loqui semper de causa Indulgentiæ, de qua est ad propositum, non de causa concedentis Indulgentiã, vt dictum est. ¶Intendimus ergo in hac propositione dicere ꝙ causa Indulgentiæ, seu pro qua conceditur Indulgentia requiritur ꝙ sit pia, quàmuis concedens Indulgentiam aliunde moueatur malo animo seu fine. Hoc enim non vitiat causam neq; valorem ipsius Indulgẽtiæ, quia & per accidens se habet ad eam: sicut neq; intentio praua Papæ dispẽsantis ministeria seu sacramenta diuina seu in votis, vbi est legitima causa dispensandi, vitiat iustam causam dispensationis vel dispensationem iustam ex parte causę. ¶Secundò nota ꝙ causam In- *Not. 2.* dulgentiæ esse piam, nihil aliud est quàm ꝙ id propter quod cõceditur Indulgentia sit ex se, seu ex relatione aliqua ad Dei hono-

rem

rem seu ad vtilitatem Ecclesiæ temporalem seu spiritualem, seu ad salutẽ animarũ (hoc em̃ est esse quid piũ) ideò omne opus bonum dicitur esse pium: quia aliquo modo saltem virtualiter de se aut ex genere suo ad Dei honorem ordinatur, seu ordinabile est, putà quando Indulgentia conceditur pro eleemosyna, ieiunio, oratione, visitatione Ecclesiæ, auditione prædicationis, pro labore vtili Ecclesiæ, pro societate, præsentia, honore, aut deuotione ad prælatos, seu actus ecclesiasticos, seu ad claues Ecclesiæ, habita seu habenda & alia huiusmodi, vt de hoc infrà. q. 18. 19. habetur. Ideò opera prophana aut indifferentia nullo modo ordinata nec ordinabilia ad Dei honorẽ, aut vtilitatem Ecclesiæ non sunt, nec dicuntur pia causa Indulgentiæ vllo modo, putà si Indulgentiæ concedantur solùm propter bibendum in fine mensæ aut prādij, vt aliqui idiotæ putant, aut propter eundum ad ludos seu spectacula prophana &c. huiusmodi. Secùs si vt post potationẽ charitatiuã agant gratias Deo, aut vt in ludis non prophanis audiant diuina & huiusmodi pia. Iam enim aliquo modo charitatiua potatio & ludorum sacrorum tantùm spectatio ordinatur rectè ad Dei honorem seu vtilitatem Ecclesiæ vel animarum & nõ aliter, & sic potest esse causa pia, vt patet ex dictis & infrà dicendis. q. 18 vbi agitur vtrùm potest esse causa pia Indulgentiæ, & sufficiens sine aliquo opere pio faciendo ad eam lucrandam. Ibi videatur.

1. pars ꝓpositionis ¶His notabilibus suppositis iam probatur prima pars propositionis ꝙ. s. requiritur necessariò pia causa Indulgentię, vt illa Indulgentia sit valida coram Deo, ita ꝙ aliter nihil omnino valebit coram Deo illa Indulgentia. Quæ probatur dupliciter. *Ratio prima.* ¶Primò quia conferre Indulgentias pertinet ad remissionem peccatorũ, quò ad pœnas. Hæc autem remissio non potest sine causa pia & rationabili fieri in sacramento, & multò minùs extra sacramentum, ergo patet consequentia cum maiore ex suprà dictis. q. 1. &. 3. &. 5. Minor autem probatur. Quia pertinet ad potestatem arbitrandi, quæ sine causa rationabili non potest quid validè coram Deo agere, aut remittere de pœna debita, sicut nec de culpa. Quia non potest Papa audiens meam cõfessionem remittere mihi culpam sine debita displicentia, quia irrationabiliter ageret. Ergo eadem ratione non potest totam pœnam sine causa rationabili remittere videns me parùm contritum & cum magnis peccatis tam in sacramento quàm extra. Patet consequẽtia. Quia vtrũque

que pertinet ad eandem potestatem clauis:& eodem modo erraret clauis in remissione pœnæ sicut & culpæ, vt de hoc infrà in septima probatione secundę partis habetur,& suprà.q.4.dictum est. ¶Si ad hoc subterfugiendo dicatur non esse idem iudicium de remissione culpæ & pœnæ in sacramento &extra per Indulgẽtias:quia in hac remissione pœnarum per Indulgentias concurrit liberalis dispẽsatio thesauri, ratione cuius potest Ecclesia liberiùs sine causa remittere pœnas per Indulgentias,non sic in remissione culpæ,aut pœnæ sacramentaliter facta, ¶Contra hoc replicatur dupliciter. Tum primò,quia etiã est dispensatio sui thesauri sacramentalis,id est,meritorum Christi in remissione sacramentali culpæ aut pœnæ,vt suprà quæst. prima & quæst. secunda latiùs habetur. Tum secundò, quia dispensatio thesauri Indulgentiarũ ex quo est liberalis & virtuosa non aũt prodiga neque vitiosa,ergo licèt non innitatur iustitiæ,benè tamẽ innititur rationi,& causam exigit rationabilem. Nemo enim diceretur liberalis qui sine causa rationabili tale quid prodigè donaret:sicut neque si ob tantam quæ ad remunerandum ex se obligaret,ergo. *Obiectio* *Replic.1.* *Altera replica.*

¶Secundò probatur eadem prima pars. Quia prælati sunt dispensatores ministeriorum Dei.1.Pe.4.& prima Corinth.quarto Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei.Nunc autem dispensatoris potestas non se extẽdit,vt sine causa & contra intentionem Domini, scilicet Christi & sanctorum,sed potiùs, secundum eam dispenset thesaurum sibi commissum, ergo patet consequentia cum maiore. *Ratio.2.* *Petrus.* *Paulus.*

¶Minor autem probatur dupliciter. Primò, quia dispensatio nisi secundum intentionẽ Domini fiat sine causa non valet,vt patet etiam in rebus temporalibus. Quia ideò potest dispensator de bonis sibi commissis dispensare,quia dominus cõsentit, aliàs nõ posset disponere de alieno, nec valeret dispositio sine consensu domini. Christus autem & sancti non intenderunt quòd sine causa rationabili,sed potiùs vt ad honorem Dei,& vtilitatem Ecclesiæ seu animarum, & per consequens ex causa pia distribueretur thesaurus eorũ,vt patet. Quia nec Christus ipse qui habebat potestatem excellentiæ vnquam remisit alicui totam pœnã sine causa,sed Magdalenæ concessit Indulgentiam plenariã ex causa rationabili.Luc.7. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multũ.& Matth.9.de paralytico. & ca.15. de Cananea.& cap.8. *Luc.* *Matth.*

de Centurione,& Luc.18.de cœco illuminato, ostendit Christus se non fecisse misericordiam nisi ex causa rationabili fidei vel deuotionis petentium vt similiter doceret nos ita facturos & nõ aliter. ¶Si ad hanc rationem subterfugiendo dicatur ꝙ solùm concludit ꝙ prælatus dispensans de thesauro sine causa peccat quidẽ, sed benè tenet factum, sicut sine causa dispẽsat in causis matrimonialibus & beneficijs &c. huiusmodi. ¶Contra hoc replicatur, quia non est simile. Nam quatenùs causę matrimoniales, & matrimoniorum impedimẽta sunt de Iure Ecclesiastico positiuo, valet in eis dispensatio facta sine causa legitima. Secùs si essent de puro Iure diuino, purà ꝙ pater contrahat cum filia, aut filius cum matre, similiter in collatione beneficiorũ, licèt sit de Iure diuino seu naturali ꝙ detur digniori ad id non tamen impeditur actio, si detur minus digno, sicut si quis teneatur subuenire parentibus in necessitate potiꝰ q̃ alijs, si tñ priùs detur alijs, tenet datio vel actio prior, secùs si sine vlla causa dispẽsetur cum aliquo, vt habeat plura beneficia curata, quia in foro Dei non valet, q̃uis in foro Ecclesiæ dum de opposito non constat, præsumatur iusta causa, & quia Papa non habet in hac vita superiorem iudicem, & ideò valeat talis dispensatio. Sic dico de concessione Indulgentiæ, quod nullo modo valet coram Deo si sine vlla causa pia fiat, licèt tolleretur & valeat in foro Ecclesiæ, vt dictum est, & dicetur latiùs infrà in prima & septima probatione secundæ partis huius propositionis.

¶Secundò probatur præfata minor. Quia. 1. Corinth. 4 & 2. Corinth. 10. habetur, non habemus potestatem in destructionẽ, sed in ędificationem. Vbi patet ꝙ potestas quę habetur ad ædificandum spiritualiter non habetur ad destruendum Ecclesiã seu thesaurum eius spiritualem dilapidandum, & per consequens ꝙ coram Deo non valet, quod fit à non habente potestatem ad id. Nunc autem concessio Indulgentiæ sine vlla causa est Ecclesiæ destructio, & dilapidatio thesauri spiritualis, quia per tales Indulgentias indiscretas & superfluas eneruatur satisfactio pœnitentialis, vt habetur in cap. Cum ex eo, de pœ, & re. vt habetur infrà in probatione sexta secundæ partis huius propositionis, ergo. *Paulus.*

Item ad prædicta omnia facit extrauagans Clem. 6. Vnigenitus. de pœ. & re. vbi dicitur. Quem quidem thesaurum per beatum Petrum eiusq; successores suos in terris vicarios Christus commisit fidelibus salubriter dispensandum & pro pijs, & rationalibus

causis

causis nunc pro totali, nunc pro partiali remissione pœnæ temporalis pro peccatis debitę tam generaliter quàm specialiter, prout cum Deo expedire cognoscerent, verè pœnitentibus & cõfessis misericorditer applicandum. Ex quibus patet primò ꝙ nõ valet opinio quam refert sed non tenet eam Palud. in. 4. dist. 20. q. 4. art. 1. quòd Indulgentia sine vlla causa concessa est omnino valida coram Deo & Ecclesia licèt concedens peccet, & communiter doctores tenent contra hanc falsam opinionem. Nam requiritur causa pia, licèt fortè non aliquod opus pium, vt dictum est, & infrà. q. 18. latiùs dicetur.

¶Secunda pars propositionis, scilicet & sufficiens ad illam tãtam Indulgentiam, sic scilicet ꝙ sicut ad collationem Indulgẽtiæ requiritur causa pia ita necessariò ꝙ sine illa non valet Indulgentia, vt in prima parte dictum & probatum est: ita etiam dicit hæc secunda pars, ꝙ ad valorem & efficaciam tantæ Indulgentiæ, putà centum vel mille annorũ requiritur necessariò ꝙ illa causa pia sit sufficiens. i. condigna & proportionata ad tantam quantitatẽ Indulgentiæ. Alioqui non valebit nisi pro ea parte & rata, secundum quam est causa proportionata, vt dicit tertia pars propositionis. ¶Et hæc secunda pars nõ est omnino à doctoribus sic approbata ꝙ non patiatur difficultatem, sed ponitur tanquam probabilior & rationabilior & cõmuniter à doctoribus magis probata. Nam circa hoc sunt quatuor opiniones solemnes, quas refert beatus Tho. 3. par. Sum. in addi. q. 25. art. 2. & ipse & communiter doct. in. 4. dist. 20. q. 1. præcipuè Durand. ea dist. q 4. & Sũmistæ referunt plures alias parum apparentes, parumque à prædictis differentes, ideò solùm has quatuor opiniones pertractabo.

Secunda pars propositionis

S. Thom. Duran.

¶Prima opinio tenet ꝙ quæcunque causa pia adsit dum modò sit causa pia, omnis Indulgentia valet solùm secundum mensurã fidei & deuotionis lucrantis Indulgentiam, non autem semper quantum Indulgentia sonat, neque quantum prædicat Ecclesia, nisi adsit prædicta dispositio secundum quã quantificatur Indulgentiæ valor. Dicit etiam hæc opinio ꝙ Ecclesia prædicat simpliciter & verè Indulgentias valere quantum sonant, scilicet, quantũ est de se, si scilicet adsit sua debita dispositio fidei, & deuotionis proportionata, ꝙ si aliter contingat, id est per accidens ex defectu dispositionis præfatæ, vt suprà q. 14. in responsione ad primũ argumentum, & in locis ibi allegatis dictũ est. Dicit etiam hæc opinio

1. Opinio

nio ꝙ Ecclesia sic simpliciter prædicat valere quantum sonāt Indulgentiæ, & non declarat fidelibus veritatem quomodo scilicet valeant vt sonant, scilicet si adsit proportionata dispositio, vt dictum est. Et ratio huius non declarationis est, vt quadam pia fraude Ecclesia alliciat fideles ad benefaciendū, sicut mater quę promittens filio pomum, ipsum ad ambulandum prouocat. ¶ Hanc opinionem tenet Raymun. & Alber. Mag. vt referūt Ioan. And. & Panor. in ca. Quod autem. & ca. Cum ex eo. de pœni. & re. & Summa Ang. titu. Indulgentia. §. 2. & Adrianus in. 4. in materia de Indulgentijs & Florent. 1. par. sum. titu. 10. ca. 3. §. 3. Et quidem hæc opinio vt prima facie sonat est falsa, & communiter reprobatur à prædictis doctoribus eam referentibus propter rationes quę proximè dicentur in fine secundæ opinionis.

Raymū. Albert⁹ Magnus.

Secunda opinio.

¶ Secunda opinio est ꝙ Indulgentiæ valēt solùm secundū mēsuram rei datæ vel factæ prout in forma concessionis continetur, pariter & secundum deuotionem & laborem ad Indulgentiā cōsequendam iuxta æstimationem iustam & rectam pensata conditione personæ, & vtilitate seu necessitate Ecclesiæ, quia vno tempore Ecclesia plus indiget tali opere aut subsidio pro quo datur Indulgentia quàm alio tempore. Hæc opinio est Altisiodoreñ. li. 4. Summę. q. 1. & . 3. de relaxationibus vt hoc etiam refert Adrian. vbi suprà, ꝙ etiam eam secuti sunt olim cōmuniter Canonistę, & solenniter refertur per Inno. Ioan. Andr. Panor. Hostieñ. &c. in ca. Quod autem & ca. Cum ex eo. de pœ. & re. ¶ Sed & hæc opinio, vt prima facie sonat, est falsa, & cōmuniter reprobatur à theologis vbi suprà & à Panor. & quāuis Adria. pro hac opinione respondeat ad rationes contra eam factas, tamen in ea non stat, vt sonat, & ratio falsitatis eius & præcedentis opinionis est. Tū quia si sic esset potiùs Indulgētia esset commutatio quàm liberalis remissio, & nil valeret vltra opus aut deuotionem requisitam ad eā lucrandum. Tum secundò sequeretur ꝙ Ecclesiæ prædicatio esset falsa, cum quandoq; Indulgentia prædicetur ab Ecclesia longè maior quā secundum iustam æstimationem tale opus aut deuotio mereatur, vt patet in stationibus Romæ, vbi institutæ sunt à beato Gregorio largiores Indulgentiæ pro breui labore, & opere &c. & quia pro eadem causa seu re aliquando maior, aliquando minor Indulgentia conceditur ab Ecclesia. Nunc autem secundum Augustinum in epistola ad Hieronymum si in prædicatione

Altisiod.

Innocen. Ioā. And Hostien.

August.

ne Ecclesiæ aliqua falsitas concederetur, non essent Ecclesiæ documenta alicuius auctoritatis ad roborandam fidem. ¶Ideò istę duę opiniones præfatę, vt sonant, communiter reprobãtur à doctoribus. Dico notanter, vt prima facie sonant, nam si intelligantur prout opus, aut deuotio, seu fides, per modum circunstantiæ faciunt ad rationem causæ piæ ipsius Indulgentiæ esse magis vel minus sufficientem ad ipsam Indulgentiam, tunc certè possunt benè saluari in veritate & concordari cum opinione communi & cum communiter doctoribus, vt infrà. quæst. vigesima sexta, & quæst. vigesima nona in tertio eius corollario habetur de hoc latiùs. ¶ Et ad primam rationem suprà positam potest responderi benè, quòd non sequitur quòd Indulgentia sit commutatio. Non enim intendit illa opinio dicere ꝙ non valet Indulgẽtia vltra valorẽ operis, quod fit pro ea lucranda, sed ꝙ valor Indulgentiæ indeterminatè concessæ, quò ad id quod ex vi Indulgentiæ datur vltra valorem operis, quantificatur secundum mensurã seu valorem operis circunstationati, prout magis vel minùs accedit ad sufficientiam causæ piæ ipsius Indulgentiæ, vt dictum est, sicut communiter dicitur à doctoribus ꝙ Deus in sacramẽtis cõfert gratiam & remissionem pœnarum ex opere operato quantificatam tamen secundum mensuram dispositionis suscipientis sacramentum. Sic est de Indulgentia indeterminatè concessa faciẽti tale quid. secùs si est determinata quantitas Indulgentiæ, vt infrà. q. 26. & etiam. q. 29. in tertio eius corollario latiùs de hoc. ¶Ad aliud negaretur ꝙ inde sequatur prædicatio Ecclesiæ falsa, sed prouida & circumspecta occultando veritatẽ non necessariã rudibus, idq; ex causa rationabili. s. ne ea cognita despiciãt bona opera & scandalizentur vt infirmi, & hoc intendit dicere opinio, dicẽs ꝙ Ecclesia pia fraude allicit fideles ad bonũ. Nõ quidẽ fraude mendacij, cũ simpliciter & de se sit vera prædicatio, vt dictum est, sed fraude simulationis aut occultationis veritatis non necessariæ, & id ex causa rationabili. & ad piũ finem suprà dictũ, ideó dicitur pia fraus, vt ipse Altisiodorẽ. vbi suprà expressè dicit. Et licèt pro paruo, & aut pro eodẽ opere nũc largior Indulgẽtia nũc minor cõcedatur, tamen respectu aliquo erit maius opus quò ad hũc, q̃ quò ad illũ: & erit sufficiens ex relatione ad talẽ Indulgentiam respectu huius aut tali tempore & non respectu alicuius, nec alio tempore, & sic valebit ei Indulgentia secundum ratam,

vt dicit tertia pars propositionis suprà positæ.

¶ Sicq; potest saluari vtraque opinio suprà dicta ad bonum sensum de quo latiùs infrà. q. 26. &. q. 29. habetur. Sed vt dixi, quia prima facie aliter sonare videntur, ideò communiter reprobãtur prædictæ duæ opiniones.

3. *Opinio* ¶ Tertia opinio est ꝙ valent Indulgentiæ, quantum sonant, nõ quidem ex proportione ad deuotionem seu fidem, vt tenebat prima opinio, neque ad datum vel factum, vt secunda opinio dicebat, neque ad causam seu sufficientiam, aut condignitatẽ seu quãtitatem causæ piæ, vt dicit quarta opinio proximè recitanda secũdum propositionem suprà positam, sed ex proportione ad abundantiam thesauri Indulgentiarum. Ita. s. ꝙ Indulgentia quantũcunque magna & plenissima, concessa ex quantũcunque pia causa valet apud Deum quantum sonat: & quæcunque pia causa est sufficiens ad efficaciam quantæcunq; Indulgentiæ, quàmuis concedens peccet non quidẽ vt dilapidator, sed vt aliquo modo prodigus, & indiscretor dispensator thesauri Indulgentiarum, si ita inordinatè concedat Indulgentias pro leuibus causis pijs, ꝙ propter hoc homines ab operibus pœnitentiæ & satisfactionibus reuocentur. Insuper addit Palud. in 4. distinct. 20. quæst. 4 articul. 1. conclu. 1. dum modò quis non laboret pro habendis illis Indulgentijs sciens non subesse sufficientem causam piam concessionis Indulgentiæ. Si enim hoc sciens vellet sibi concedi Indulgentiam illam, iam peccaret inducendo concedentem ad culpabiliter concedendum Indulgentiam illam sine sufficiente causa pia, & per consequens iam ex hoc efficitur indispositus ad illã Indulgentiam lucrandum, quam tamen alij lucrabuntur, vt dictũ est. Et cum hac additione concordat Florent 1. par. Sum. titu. 10. ca. 3. §. 1. & Supplementum Gabrielis in. 4. dist. 45. q. 3 art 1. nota. 1. ¶ Opinionem autem præfatam etiam sine additione aut limitatiõe prædicta tenet beatus Tho. in. 4. dist. 20. art. 3. q. 1. & in additione tertiæ partis, q. 25. art. 2. & ea dist. 20. Duran. q. 4. & Supplementum Gabrielis vbi suprà & art. 3. propo. 11. corollario. 7. & omnes ferè Thomistæ, & Siluestri. titu. Indulgentia. q. 3. Et aliqui etiam volunt adducere beatum Bonauenturam ea. dist. 20. q. 6. & Richar. ea dist. art. 5. q. 1. &c. ad hanc opinionem, cum tamen rei veritate Bonauentura & Richar. teneant potiùs cum quarta opinione sequente, quæ secundum propositionem suprà positã proximè

Palud.

Florent.
Supple.

ximè recitabitur, vt ibi patebit. Alij autem volunt ꝙ beat. Thom. non senserit cum hac tertia opinione, & glossant eius verba alio & alio modo. Nam Adrianus glossat eum vno modo, & Caietanus alio modo, & alij alio modo dicentes ꝙ beatus Thomas per causam piam intelligat etiam rationabilem & sufficientem condignam & proportionatam ad tantam Indulgentiam, quodque sic beat. Tho. potiùs sensit cum quarta opinione proximè recitanda secundum primam propositionem suprà positam, vt infrà in responsione ad primum argumentum ponuntur verba & glossæ verborum beati Thomæ. Tu autem dic ꝙ beatus Thom. potiùs sensit & tenuit cum hæc prædicta tertia opinione, & eius verba expresse id exprimunt: quia & ex proposito recitauit & reprobauit vbi suprà quartam opinionem quæ infra ponetur. Et sic intellexerũt & tenuerunt cum beato Thoma Duran. & Palud. & Thomistæ: ideò tanquam princeps huius opinionis inter Theologos illam tenentes, positus est. De Canonistis verò etiam tenẽt præfatam opinionem Turrecremata sequax beati Thomæ, & multitudo magna eorum, qui sunt puri Canonistæ in cap. Quod autẽ. & ca. Cùm ex eo. de pœn. & re. nam ista opinio est valde celebris & communis apud doctores vtriusque Iuris. ¶Rationes quibus fundatur hæc opinio sunt duæ præcipuę. Prima quia existente ratione seu causa dispensationis bonorum communium sibi commissorum tam quò ad dispensationem, quàm etiam quò ad determinationẽ seu taxationẽ talis dispensationis eorũ, dispensatio à dispensatore ipsorũ facta valet de facto, ꝗuis ipse malè vel indiscretè dispensans peccet. Nunc autem existente quacũq; pia causa est ratio & causa intenta à Christo & sanctis ad dispensandum thesaurum Ecclesiæ per Indulgentias, & eius thesauri prælati Ecclesiæ & præcipuè Papa, sunt dispensatores & determinatores seu taxatores quantitatis Indulgentiæ per eos concedendæ, ergo existente quacunq; pia causa seu ratione, dispensatio quantæcunque Indulgentiæ taxatę per pręlatos pręcipuè per Papam valet de facto, quantum est ex parte causæ. ¶Consequentia patet, & maior probatur quò ad id, quando scilicet bona communia sunt commissa quò ad dispensationem eorum. Quia ideò dispensatio credita est alicui aliquorum bonorum communium, vt ea dispẽset secũdum intentionem domini principalis. Sicq; quando secundum eius intentionem expẽduntur, iam dispensantur ex causa ex qua

Caietan.
b. Thom.
Turrecr.

possunt de facto dispensari. Et notanter in eadem maiore dicitur, quando talia bona sunt commissa etiam quò ad taxationem seu determinationem quantitatis dispensationis eorum. Quod ideò sic notanter additum est, quia quando sola dispẽsatio ex causa credita est & non taxatio effectus seu quantitatis, vt contingit in ministratione seu dispensatione sacramentorũ, quæ pertinet ad potestatem ordinis, quorum sacramentorum effectus non potest determinari ab homine stante lege, sed à solo Deo. Nõ enim potest sacerdos taxare quantum de pœna debita remittatur in sacramento pœnitentiæ virtute sacramenti, aut quantum gratiæ ibi confertur: quia hoc pendet à Dei ordinatione & voluntate attenta dispositione suscipientis, & tunc non habet locũ illa maior, sed solũ quando vtrumq; scilicet tã dispensatio bonorũ, quàm etiam taxatio quantitatis eorum dispensandę est commissa potestati dispensatoris, vt contingit in dispensatione eorum quæ pertinent solum ad clauem, seu potestatem iurisdictionis, vt in absolutione à censuris excommunicationis, irregularitatis, & in dispensatione votorum, & iuramentorum in casibus dispensabilibus & in promotionibus indignorum ad dignitates & prælaturas in quibus & alijs eiusmodi effectus & eius taxatio subiacet potestati dispensantis, & ideò facta tenent de facto, quàmuis promotor & promotus peccẽt simul vel alter tantùm, vt dicit prędicta maior, quę ad hũc sensum posita & probata est. ¶ Minor autem probatur, quò ad illud ꝙ scilicet quæcunque causa pia est ratio & causa intenta à Christo & sanctis ad dispẽsandũ thesaurũ Indulgentiarũ: quia intentio Christi & sanctorũ fuit relinquere præfatũ thesaurũ dispensandum ad Dei honorem & vtilitatem Ecclesiæ & animarum, vt suprà. q. 3. & . 5. habetur, sed quandocunq; est pia causa, adest Dei honor & vtilitas Ecclesiæ seu animarum, ergo quandocunq; adest quæcunque causa pia potest dispensari thesaurus Indulgẽtiarum secundum intentionem Christi, & sanctorum. Quòd autem Papa & prælati sint dispensatores huius thesauri, patet ex suprà dictis. q. 5. ¶ Quòd verò non solùm dispensatio sed & taxatio quãtitatis huius thesauri dispensandi sit commissa Papæ, & alijs prę-latis potentibus concedere Indulgentias intra limites suę autoritatis, patet. Quia effectus dispẽsationis pertinentis ad clauẽ tantùm iurisdictionis subiacet arbitrio dispensantis, vt suprà dictum est. Huiusmodi autem est dispensatio thesauri Indulgentiarum,

quia

quia pertinet ad clauem seu potestatem solum iurisdictionis, vt supra.q.1.habetur, ergo. ¶Et cõfirmatur prędicta minor, quia pro eadem causa sufficiente ad maiorem Indulgẽtiam in arbitrio Papæ est concedere minorem & maiorem Indulgẽtiam, ergo patet intẽtum. ¶Ex hac ratione beatus Thomas & alij de hac opinione inferunt duo. Primò quod causa pia non requiritur ad hoc ꝙ secundũ eam debeat mensurari quantitas Indulgẽtiæ, sed ad hoc ꝙ intentio Christi & sanctorum quorũ satisfactiones cõmunicantur, possit ad ipsum peruenire cui Indulgentia conceditur, & vt seruetur intentio eorũ in sic dispẽsando thesaurũ Indulgentiarũ. Quantitas autẽ effectus Indulgentiarũ sequitur & attenditur seu mensuratur secundum quantitatẽ suæ causæ quasi effectiuè, quæ est superabundantia thesauri Indulgentiarũ, nõ aũt deuotio, labor, aut opus aliquod, seu dispositio eius qui lucratur Indulgentias, neq; causa pia pro qua conceditur Indulgentia, & ideó nõ oportet ad aliquid horum proportionare quantitatem Indulgentiæ, sed ad abundantiã thesauri, vt dictũ est. Secundò consequenter inferunt, ꝙ qui sic ex causa pia quacunq; concedit quantùmcunq; magnã Indulgentiã nõ est neq; dicitur dilapidator thesauri Ecclesiæ, sed benè esset dilapidator si sine vlla causa pia dispensaret. Neq; propriè est ꝓdigus dispẽsator thesauri, ex quo ad Dei honorem & salutẽ animarum dispensat existẽte aliqua causa pia, q̃uis sit indiscretus dispensator, & ideò peccat si ex hoc retrahuntur homines ab operibus pœnitentiæ, & spernunt opera bona, propter superfluas Indulgentias. Neque fit nimis magnus forus de misericordia Dei. Deus enim remittendo culpam, & obligando ad pœnã, non ordinauit eam non posse, vel non debere solui per alium pro debitore, sed exigit solutionem siue per se, siue per alium soluat. Et sic fit satisfactio Deo per Indulgẽtias cum de thesauro Indulgẽtiarum soluitur Deo pœna debita, vt suprà.q.1.3.&.5.latiùs habetur. ¶Sicque in remissione pœnarum per Indulgentias non est omnino pura & liberalis remissio, nec propriè est acquitatio debiti, sed quò ad Deum est satisfactio & solutio de alieno, id est, de thesauro Indulgentiarum applicato ad hunc, & hoc pertinet ad iustitiam, respectu autem ipsius cui conceditur Indulgentia, est liberalis donatio seu dispensatio thesauri, vt suprà in locis allegatis dictum est. Ideò non requiritur tantus rigor in hac remissione pœnarum per Indulgentias,

1.Coroll.

2.Coroll.

gentias: neque tanta sufficientia causæ sicut requiritur ad remissionem culpæ & debiti alterius, vbi est omnino pura & liberalis remissio debiti Deo, vbi requiritur sufficiens dispositio, & causa sufficiens ad remissionem talis debiti culpę per puram & liberalem Dei misericordiam quàmuis infallibilem ex pacto diuino stãte lege. Hæc illi doctores. ¶ Sed certè ista prima ratio non cõcludit. Quia deficit in maiore & in minore, vt infrà in prima probatione quartæ opinionis latiùs ostenditur. Et illud quod ibi illatũ est, etiam refutatur infrà in prima probatione quartæ opinionis tam quò ad primum quàm quò ad secundum illatum, ibi videatur. ¶ Secunda ratio fundamentalis huius tertiæ opinionis est, quia Ecclesia sic prædicat facit & docet, ergo. ¶ Antecedens patet quadrupliciter. *Primò* Primò quia eadem causa seu ratione stante Ecclesia modò maiorem, modò minorem dat & prædicat Indulgẽtiam, vt patet. ¶ *Secundò.* Secundò, quia sæpe (vt Romæ contingit sæpius) Papa concedit Indulgentiam plenariam pro sola visitatione alicuius Ecclesiæ etiam sine manibus adiutricibus & in die sancto Paschę data benedictione Papali super platea sancti Petri pronũtiant duo Cardinales Indulgentiam plenariam omnibus ibi præsentibus. Item pro recitatione paucularum orationum, Pater noster, & Aue Maria, sæpe conceditur Indulgentia plenaria. Item in *Indulgẽtia sanctę Mariæ de Angelis.* sancta Maria de Angelis, aliàs de Portiuncula prope Asisium cõceditur singulis annis die secunda Augusti Indulgentia plenaria omnibus contritis & confessis visitantibus dictam Ecclesiam, & ista Indulgẽtia est valde autentica, quia miraculosè Seraphico patri nostro Francisco cõcessa est ore tenus à Domino Iesu Christo beata virgine apparente & intercedente, & miraculosè per Papã approbata est cũ tota curia Romana simul & diuulgata per Cardinales & Episcopos, & tandem literis auctenticata. Si enim istæ causæ sunt sufficientes (ex quo Papa & Ecclesia non potest errare in tangentibus fidem, mores & sacramenta, & sic practicat & prædicat vt dictum est) ad concessionem Indulgentiæ etiam plenariæ: certè nulla videtur esse causa pia tam parua, quæ non sit etiã sufficiens quantæcunque Indulgentiæ etiam plenissimæ. ¶ *Tertiò* Tertiò probatur idem antecedens, quia secundum omnes doctores communiter & doctrinam Ecclesiæ Indulgentiæ valent quantũ sonant, alioqui esset mendax prædicatio Ecclesiæ, seu fraudulẽta, quod concedere impium est. Sonant autem Indulgentiæ plenariæ

riæ sæpe ex paruisima causa, ergo. ¶Probatur quartó idem antecedens, quia in ca. Cum ex eo. de pœnitẽ. & re. sic habetur. Ad hæc quia per indiscretas & superfluas Indulgentias, quas quidam prælati Ecclesiarum facere non verentur, & claues Ecclesiæ contemnuntur & pœnitẽtialis satisfactio eneruatur decernimus &c. Ex quibus verbis patet ꝙ Ecclesia præsupponit seu innuit ꝙ Indulgentię indiscretæ & superfluè factæ sunt efficaces & validę de facto, quàmuis concedens peccet. Et ꝙ hoc ibi innuatur patet ex hoc ꝙ in dicto capitulo non dicitur ꝙ tales Indulgentiæ sunt inualidæ, aut nullius efficaciæ, quod certè diceretur si ita esset, sed solum dicitur ꝙ per eas datur occasio contemptus clauium &c. Indulgentiæ autem indiscretæ & superfluæ sunt & dicuntur quæ procedunt ex causa non sufficiente, ergo. ¶Quod si ad hoc respõdeatur vt Caieta. in tracta. de Indulg. respondet, ꝙ ibi Papa loquitur de Indulgentijs indiscretis tantum quò ad euentum, quando scilicet Indulgentiæ aliàs ritè concessæ ex causa sufficiente, tamẽ ex circunstantijs extrinsecis pariunt occasionaliter contemptum clauium, aut ipsarum, aut operum pœnitentialiũ propter frequentiam & multiplicationem talium Indulgentiarum ritè concessarum quia tales benè sunt validæ. Nõ autem loquitur textus de Indulgentijs in discretis & superfluis ex causa, quia scilicet fiunt in magna quantitate sine causa sufficiente & proportionata, tales enim sunt inualidæ. ¶Contra hanc euasionem replicatur probãdo intentum. Quia in dicto ca. ly superfluas Indulgẽtias, videtur dicere aliud vltra ly indiscretas, ita. s. ꝙ indiscretæ dicantur quò ad euentum, vt dictum est. Superfluæ autem quò ad quantitatem respectu causæ paruæ & insufficientis. Alioqui frustra ponerẽtur verba illa si nil operantur, quod absit. Nam secundum doctores communiter Canonistas verba præsertim canonizata per Ecclesiam in literis Papalibus aliquid debent operari. Quod etiam patet in eo. ca. paulo inferiùs, quia prouidendo tali abusioni Indulgentiarum indiscretarum & superfluarum decretum est à Concilio illo cum Papa ꝙ prælati non possent maiorem Indulgentiam concedere, quàm vnum annum in dedicatione Ecclesiæ & quadraginta dies tantum in quocunque alio casu, quacunque causa pia existente. Ex quo patet ꝙ ibi solum agebatur de abusionibus prælatorum aliquorum concedentium magnam quãtitatem Indulgentiæ ex quacunque parua causa pia, postquàm solum huic

Quartò.

Caietan.

abusioni priùs relatæ modo prædicto prouisum est, ne scilicet vltra quantitatem ibi signatam concedere possent. De istis ergo Indulgentijs superfluis ex parte causæ, quia scilicet sunt nimis magnæ respectu paruæ causæ piæ loquitur textus ꝙ per eas claues contemnũtur &c. nõ aũt ꝙ sint inualidæ aut inefficaces, vt dictũ est. ¶ Sed certè nec ista ratio aut eius probationes probant sufficiẽter intentũ huius tertiæ opinionis, licèt ista vltima probatio ex dicto textu sit apparentior, infrà tamẽ soluetur in fine huius. q. in respõsione ad quartã probationem tertij argumenti. ¶ Additio autẽ seu limitatio illa quã suprà posuit Palud. Florent, & Supplementũ ad præfatam opinionẽ, scilicet dũ modo quis non laboret pro habendis illis Indulgentijs &c. nihil omnino valet ad propositũ, neq; ad iustificandũ præfatam opinionẽ, quod patet dupliciter. Primò, quia licèt iste talis ad cuius petitionẽ conceditur talis Indulgentia sine causa sufficiente aut proportionata peccet mortaliter, & sit incapax eius fructus dũ est in illo peccato, tamẽ potest per condignã pœnitẽtiã dignificari sicut & alij peccatores, & per consequens cõtritus & confessus potest eas lucrari, sicut & alij secundum formã Indulgentiæ, si est valida, vt dicit opinio, ex quo, vt supponitur, Papa nõ excepit illum vllo modo. Tum secundò, quia ꝙ ipse sit dignus vel indignus ad eam lucrandã hoc nihil facit ad causã Indulgentiæ esse sufficientem vel nõ, vel ad Indulgẽtiã esse de se validã vel inualidã ex parte causæ, vt hic loquimur: non aũt de requisitis ex parte lucrantis Indulgentiã, de hoc enim infrà. q. 20. agendum est. Igitur illa limitatio nil valet ad tuendã illam opinionẽ, quia impertinens est. ¶ Quarta opinio in qua tã- *Opinio. 4 et. 2. pars ꝓpositiõis*
dem, saluo meliori iudicio, standum est, quæ vt videtur probabilior & cõmunior est ea quæ in prima propositione in secunda ei⁹ parte posita est, ꝙ scilicet requiritur ꝙ causa pia sit proportionata & sufficiens ad tantã quantitatem Indulgentiæ, aliàs non valebit nisi secundũ ratã &c. ut suprà declaratũ est. ¶ Et hanc opinionẽ tenent nunc cõmuniter doctores Theologi moderni qui acutiùs rem hanc inuestigarunt, vt patet in Gerson secunda parte Summæ, tractatu de Indulgentijs: & tractatu de absolutione sacramentalis confessionis & alibi sępius, & Augustinus de Ancona, de potestate Papę, quæstione trigesima, articulo. 4. & .5. & Adrianus in. 4. de clauibus in tract. de Indulg. & Caieta. in secundo quodlibeto in tract. de Indulgentijs, & Bonauentu. in. 4. dist. 20. q. 6. cũ

Alex

Alex.Hall.videtur magis ad hanc opinionem accedere,quàmuis non satis clarè,cum ibidem.q.6.dicit ꝙ causa Indulgētiæ est attendenda secundum rectum iudicium,& æstimationē quam habuit vel habere debuit concedens Indulgentiam. Nam supponendum est ꝙ dona Spiritus sancti donentur cum æquo libramine,& ꝙ alioqui esset irrisio & falsum dicere ꝙ is qui mille peccata commisit, sit liberatus per Indulgentias pro tribus obolis vel denarijs. Hæc ille. Vbi expresè loquitur de causa Indulgētiæ,& eodē modo Richar. ea. dist.art.5.q.1.magis videtur accedere ad hanc opinionem,sicut & Bonauent. quàmuis aliqui velint eos ad tertiam opinionem suprà positam inflectere. ¶Rationes fundamentales huius quartæ opinionis & secundæ partis propositionis sunt septem. Prima, dispensatio bonorum Ecclesiasticorum quomodocunque commissorum,quæ non est valida ex solo imperio dispensantis,neque per dispensantem attingi potest efficaciter verbo & opere per viam facti, sed solo verbo dispensantis, non valet de facto, nisi fiat rationabiliter secundū intentionem domini principalis scilicet Christi.Nunc autem dispensatio thesauri Indulgentiarum est huiusmodi, quia scilicet est inualida ex solo imperio dispensantis, & non potest attingi ab eo efficaciter verbo & opere per viam facti,sed solo verbo eius,ergo non valet de facto nisi fiat rationabiliter secundum intentionem Christi. Tunc vltra.Intentio autem Christi & sanctorum est, quòd sicut non valet dispensatio thesauri Indulgentiarum, nisi ex causa pia seu rationabili fiat,ita nec tantæIndulgentiæ dispensatio,nisi adsit rationabilis & sufficiens & proportionata causa ad illam quantitatem illius tantæ Indulgentiæ. Ergo sicut causa rationabilis est necessaria ad Indulgentiam esse validam,ita ad tantam Indulgentiam esse validam est necessaria sua causa rationabilis proportionata illi quantitati Indulgentiæ. Vtraque consequentia patet. *Ratio. 1.*

¶Maior autem primæ consequentiæ ꝓbatur:& priùs nota scd̄m Caietanum vbi suprà, quòd licèt Papæ potestas super communia bona Ecclesiæ spiritualia & temporalia sit dispensatiua, vt in probatione minoris dicetur,tamen res subiectæ huiusmodi potestati dispensatiuæ diuersimodè illi subduntur, & diuersimodè ab illa attinguntur,& quantum ad propositum spectat sunt in triplici differentia.Nam quædam sunt valida ex solo imperio dispensantis, quàmuis malè fiant ex culpa dispensantis, vt sunt distri- *Caietan.*

buti

butiones beneficiorum factæ indignis, & dispensationes matrimoniorum in casibus dispensabilibus, absolutiones & dispensationes à censuris, & huiusmodi de Iure positiuo, de quibus Iura dicunt ꝙ multa fieri prohibentur quæ facta tenent. Et sic patet ꝙ hoc genus rerum validarum ex solo imperio dispensantis potest à potestate dispensatiua dispēsantis attingi, seu efficaciter fieri dupliciter. s. dispensatione recta, aut regulata, & etiam non recta, seu non regulata, & quomodocunq; fiat est valida de facto, vt dictum est. Secundò sunt alia inualida quidem ex solo imperio dispēsantis, sed cum hoc à dispensante possunt attingi, & fieri verbo & opere per viam facti tantum, vt est dilapidatio bonorum immobilium Ecclesiæ. Si enim pontifex pro suo libito terras Ecclesię donaret aliquibus, donatio esset inualida, quia non est dominus bonorum Ecclesiæ saltem immobilium secūdum communiter doctores, licèt quò ad bona mobilia sint opiniones, & si facto & bullis poneret in possessionem eos quibus donauit, non propterea transfertur dominium rerum illarum immobilium in illos, & sic patet ꝙ hoc secundum genus rerum à potestate pontificia dispēsatiua vnico modo validè attingitur. s. dispensatione propriè dicta, seu regulata, sed ab ipso Pontifice, seu dispensante aliter de facto attingitur, sed inualidè, puta dissipatione aut dilapidatione, & huiusmodi. Tertiò sunt alia inualida quidem ex solo imperio dispensantis, quæ etiam cum hoc per viam facti, à dispensante attingi non possunt opere, sed verbo tantùm dispensantis, vt est dispēsatio votorum & remissio obligationis Deo acquisitæ, vt est remissio culpæ, aut pœnæ Deo debitæ, & collatio donorū, seu gratiarum spiritualium ex se. Si enim votum castitatis solo imperio ad libitum Papa dispenset, aut culpam & pœnam propter culpā remittere conetur, seu gratiam gratum facientem aut gratis datā, aut aliud donum spirituale, aut characterem sacramentalem conetur Papa conferre alicui aliàs non disposito ad id, aut sine necessariò requisitis ad talem collationem esse efficacem, sed solo imperio ad libitum, certè constat talem dispensationem, donationem, aut remissionem esse inualidam, & nullam coram Deo. Et ideò circa hæc, & circa dispensationem thesauri spiritualis Indulgentiarum, vt hoc etiam ait Adrianus in. 4. in materia Indulgentiarum, nullum actum per viam facti potest Papa habere, nisi actū verborum inefficacem: executio em̄ cuiuscunq; operis pontificij ex

ex solo imperio emanans non attingit ad aliquid prædictorum. Et sic patet ꝙ hoc tertium genus rerum, vt dictum est tam à potestate dispensatiua seu pontificia, quàm ab ipso dispensante seu põtifice vnico tantùm modo de facto attingi potest, scilicet dispensatione propriè dicta seu regulata & rationabili operatione, quãuis solo verbo posſit attingi inefficaciter ab ipso dispensante, vt dictum est. ¶ Istis ergo prænotatis iam patet probatio maioris suprà positæ in prima consequentia cum suis particulis, ꝙ scilicet dispensatio bonorum Ecclesiasticorum, quomodocunque commissorum, scilicet tam quò ad dispensationem quàm etiam quò ad taxationem quantitatis eorum, si etiam talia dispensatio, quæ non est valida ex solo imperio dispensantis &c. ita quòd non est de primo neque de secundo sed de tertio tantùm genere rerum dispensabilium suprà dicto, non valet de facto, nisi fiat secundum intentionem domini principalis, id est, Christi, vt dicitur in maiore suprà posita. Quæ propositio sic declarata seipsam probat, quia vt patet ex dictis in tertio genere rerum solùm est valida talis dispensatio quando fit rationabiliter: rationabiliter autẽ tunc tantùm fit, quando secundum intentionem Christi fit, ergo patet maior suprà dicta probata ex sua declaratione suprà posita.

¶ Minor autem vbi est difficultas probatur. Primò ꝙ cõcedere Indulgentias est actus potestatis dispensatiuæ Ecclesiasticæ de thesauro communi Indulgentiarum, quàmuis etiam sit actus iurisdictionis, vt patet. 1. Corinth. 9. Dispensatio mihi credita est, & ca. 4. &. 1. Pe. 4. Sic nos existimet homo, vt dispensatores &c. vt de hoc latiùs suprà. q. 1. &. 2. &. 3. &. 5. habetur. ¶ Quòd autẽ talis dispensatio thesauri Indulgentiarum sit de tertio genere rerum dispensabilium prædicto, scilicet inualida ex solo imperio dispensantis, & cum hoc per viam facti attingi non potest opere, sed solo verbo dispensantis probatur, in hoc enim stat difficultas huius rationis. Quia constat non esse de primo genere rerum dispensabilium, quæ sunt valida ex solo imperio dispensantis. Quod patet. Quia Papa non potest concedere Indulgẽtias hac sola ratione: quia vult sine causa pia, seu rationabili ad libitum, & si daret ad libitum sine causa pia seu rationabili non valerent Indulgentiæ, secundum communiter doctores cuiusque opinionum prædictarum, vt suprà probatum est in prima par. propositionis, & secundum communem doctrinam Ecclesiæ. Item quia si communia Paulus.

bona

bona spiritualia immobilia Ecclesiæ non potest Papa donare valida donatione ad libitũ seu ex hac sola causa quia vult, ergo nec spiritualia, quia non minus sunt præciosa & chara Christo & Ecclesiæ bona cõmunia Ecclesiæ spiritualia quàm temporalia. Si ad hoc dicatur non esse simile, quia donatio temporalium est cũ dãno Ecclesiæ, spiritualium verò non: cõtra hanc euasionẽ replicatur. Quia habere dãnum annexum aut non habere, habet se per accidens ad potestatem dispẽsatiuam, vt patet ex hoc quod etiam quibusdam habentibus damnũ annexum donatio ex solo Imperio est valida, vt est distributio dignitatum & prælationũ &c. quátò magis ꝙ talis dispensatio thesauri Indulgentiarũ per Indulgentias indiscretas sæpe est cũ spirituali dãno Ecclesiæ, vt habetur in cap. Cum ex eo. de pœ. & re. ergo non est de primo genere dispẽsabilium. Quód etiã non sit de secundo genere suprà dicto, patet ex hoc ꝙ per viam facti nullum actũ operis efficacis sed solius verbi actũ Papa potest habere circa illam. Non enim potest transferre possessorium de facto horũ bonorum (sicut potest respectu temporalium) sed solius Dei opus est, & solus Deus potest opere per viam facti attingere liberationem pœnarum debitarũ ei, sicut et liberationem à debito culparum & votorum & huiusmodi ei acquisito: & solus Deus potest per viam facti opere suo efficaci attingere collationem donorũ seu gratiarum spiritualiũ, putà collationem gratiæ & charitatis & potestatis seu characteris sacramentalis & huiusmodi. Ergo similiter collationem aut distributionem thesauri Indulgẽtiarũ ad remissionẽ pœnarum ei debitarum. Papa autẽ seu alius quicunq; dispensator horum bonorum spiritualium non potest attingere eorum effectum seu collationem, nisi solo verbo ministeriali in sacramentorum collatione aut extra sacramenta secundũ ordinationem Christi & Ecclesiæ, & id adhuc non potest validè facere aut dispensare ex solo imperio nec ad libitũ suũ, sed rationabiliter, vt dictum est in prima parte propositionis, id est, circa debitè dispositos & debito modo aut ex causa debita, vt efficaciter sit valida talis collatio seu dispẽsatio talium bonorũ spiritualium quò ad Deum. Et sic patet ꝙ dispensatio thesauri Indulgentiarũ nõ est de secũdo genere suprà dicto. ¶ Restat ergo ꝙ sit de tertio genere, tũ à sufficiente diuisione, tum etiam quia vt patet ex dictis habet conditiones tertij generis rerum dispensabilium, & per consequens patet intentum ꝙ scilicet

licet dispensatio thesauri Indulgentiarum non valet de facto, nisi sit rationabiliter facta ad intentionem Christi. Et sic patet prima consequentia cum suo antecedente. ¶ Secunda autem consequẽtia etiam patet. Sed eius antecedens quòd scilicet intentio Christi & sanctorum est, quòd sicut non valet dispensatio thesauri Indulgentiarum nisi ex rationabili causa fiat, ita nec sit valida tantæ Indulgentiæ dispensatio, nisi adsit causa rationabilis proportionata illi quantitati Indulgentiæ, in qua stat tota difficultas, probatur, tum ex suprà dictis, tum etiam patet per probationes subsequentes quibus probatur secunda pars principalis, & intentum propositionis seu præfatæ quartæ opinionis. ¶ Ideò secundò principaliter probatur prædicta propositio seu quarta opinio. *Ratio.2.* Quia vt dictum est, rationabilitas causę est intenta à Christo & sanctis, vt dispensatio Indulgentiarum sit rationabilis & valida. Sed rationabilitas causæ ex sua natura dicit mensuram & proportionem secundum rectam rationem ipsius causæ intentæ ad talem dispensationem, ergo vt dispensatio tantæ Indulgentiæ sit rationabilis & valida, necessariò requiritur pia causa rationabilis & sufficiens seu proportionata ad illam tantam Indulgentiam. Consequentia est bona, & maior patet ex suprà dictis, & suprà in probatione primæ partis: minor autem probatur. Nam rationabilitas causæ non dicit causam ipsam intentam absolutè & generaliter sumptam, sed ipsam causam intentam, & secundum rectam rationem commensuratam & proportionatam ad dispensationem talium bonorum attentis debitis circunstantijs & alijs requisitis ad id. Nam rationabilis causa ex sua natura dicit respectum prædictæ commensurationis & proportionis ad suum effectum præfatum. Aliud enim est esse causam absolutè & generaliter intentam, aliud est esse causam rationabilem. Illud namq; nõ dicitur respectu casuum particularium, hoc autem sic. Ideò ergo adesse causam rationabilem dispẽsationis Indulgentiarum requiritur quòd secundũ exigentiam casuum sit talis thesauri dispensatio cõmẽsurata & ꝓportionata scd̃m rectã rationẽ suæ causæ talis dispẽsationis tãtæ Indulgẽtiæ, & ecõtrà tãtæ Indulgẽtiæ dispensatio sit ꝓportionata suę causę pię, ad quã talis dispẽsatio Indul. ex se ordinatur tãq̃ ad suã causam. s. tanta Indulgẽtia ad tantũ honorẽ Dei & vtilitatẽ Ecclesię seu animarũ ꝓportionatè ordinatur. Aliæ ꝓbationes sequentes etiã faciũt ad ꝓbationẽ hui⁹ minoris.

Tertia ratio. Thom. ¶Tertiò principaliter probatur idem. Quia si propria causa quãtificat suum effectum, vt supponitur, ꝙ scilicet quantitas effectus consequitur suam propriam causam etiam secundum Thomam vbi supra, ergo sicut dispensatio, vt sit rationabilis necessariò causatur à causa rationabili, ita tanta dispensatio debet necessariò causari à causa rationabili & proportionata tantæ dispensationis. Patet consequentia supposito ꝙ eiusdem rationis est dispensatio Indulgentiæ, & dispensatio tantæ Indulgentiæ. Vtrumq; enim est dispensatio tertij generis, scilicet solùm rationabiliter dispensabilium, vt suprà in prima probatione dictum est. Consequentia ergo præfata isto supposito patet. Quia alioqui si non requiritur ꝑdicta commensuratio & proportio, sequeretur ꝙ dispensatio ipsa dependeret à propria causa rationabili: quantitas autem dispensationis non dependeret à sua propria causa rationabili seu legitima ipsius quantitatis, quod secundum Philosophię processum esset monstrum. Nam in reliquis magnitudo effectus respõdet magnitudini causæ illius rei. Magnus enim calor ex magnitudine calefacientis procedit, & sic de alijs. Esset etiam contra determinationem Ecclesiæ in extrauagan. Clem. 6. Vnigenitus. vt habetur infrà in Sexta probatione principali huius quartæ opiniõis, ergo.

Quarta ratio. ¶Quartò principaliter probatur idem. Quia sicut dispensatio irrationabilis thesauri Indulgentiarum aduersatur donationi ad libitum, ita contrariatur distributioni incommẽsuratæ seu improportionatæ ad suam causam piam Indulgentiæ, quod probatur. Nam concesio Indulgentiæ sine causa est disipatio & inualida secundum omnes doctores communiter, vt suprà probatum est. Sed tanta disipatio & tam sine causa est concesio Indulgentiæ magnæ pro paruissima causa, sicut concesio paruæ Indulgentiæ pro nulla causa, ergo est tanta disipatio & inualida concesio illius seu vtriusque Indulgentiæ. Probatur minor. Quia tam esset disipator Princeps aut dispensator, & sine causa dans centum de bonis communibus pro parua causa sicut si pro nulla. Similiter si Papa mecum dispensaret ad tria beneficia curata pro causa quæ non sufficeret nisi ad duo, certè esset disipator & sine causa rationabili dispensaret, & talis dispensatio est irrationabilis ad illa tria, & inualida coram Deo: neque ille dispensatus cui de hoc debitè constaret esset tutus in conscientia, secundum communiter doctores & bea. Tho. ergo requiritur prædicta proportio causæ & quan-

quãtitatis Indulgentiæ. ¶Si dicatur ꝙ quò ad dispensandum in illo tertio curato beneficio nulla est causa,& ꝙ quò ad illud dispẽsatio non valet benè tamen quò ad alia duo,similiter ego dico,& in propositionis tertia parte habetur,& habeo intentum, ꝙ scilicet ad illam quantitatem Indulgentiæ excedentem nulla est causa,& ideò quò ad illum excessum non valet coram Deo illa dispẽsatio Indulgentię,vt dicit propositio & opinio nostra. ¶Et quidem ridiculum videtur dicere ꝙ vnum Aue Maria in quocunq; casu & tempore sit causa æquè rationabilis ad Indulgentiam centum dierum & centum mille annorum,& ad Indulgentiam plenariam cuilibet homini,&singulis diebus,cum Deus ipse omnia faciat numero,pondere,& mensura,ergo. ¶ Quintò principaliter probatur idem. Quia secundum Thom. 1. par. Sum. q.60. art.5.& ibi Caiet. &.1.2.q 91. &c.& Gerson.2. par.Sum. in regulis moralibus, & secundum rectam rationem regula doctorũ est, quòd quando à priori non potest sufficienter cognosci volũtas diuina qualis sit in suis præceptis, & quomodò velit ea seruari, procedatur à posteriori,vt scilicet ex his quæ videmus in humana politia rationabiliter fieri,assurgamus ad diuinã legem & voluntatem similiter interpretandam & intelligendam. Nunc autẽ videmus in humana politia tam ecclesiastica q̃ ciuili,ꝙ si quis relinqueret aliquos redditus ad maritandum puellas nubiles ciuitatis,seu ad aliam vtilitatem communitatis sic indeterminatè, non taxando quantum huic vel illi in hoc vel illo casu, tunc intelligitur ꝙ talis dispensatio fiat rationabiliter & proportionabiliter ad ꝑsonas & causas seu casus occurrentes,ita ꝙ si notabiliter aliter fieret dispẽsatio prodiga & irrationabilis etiam sine damno aliorũ, certè esset non solùm irrationabilis, sed & contra intẽtionem seu voluntatem obiectiuam domini principalis,& per consequẽs inualida dispensatio quo ad illum excessum notabiliter improportionatum. Ergo similiter in proposito dicendum est, quia manet in Ecclesia thesaurus à Christo & sanctis relictus dispẽsandus per Indulgentias ex pia causa sic indeterminatè, sed intelligitur ꝙ rationabiliter determinetur, & dispensetur ex tali vel tali causa pia proportionata,vt dictum est. Nunc autem constat ꝙ sicut nõ est rationabilis dispensatio thesauri temporalis in quantacunque & nimis magna quantitate ex quacunque causa vtili & parua & improportionata,sic non est rationabilis neque secundum intẽtionem

Obiectio

Quinta ratio.

nem, sed potiùs contra intentionem obiectiuam Christi & sanctorum dispensatio nimis magnæ quantitatis Indulgentiarum, pro quacunque pia causa quantumcunque parua & non proportionata ad tantam quantitatem Indulgentiæ, & per consequens non est valida talis Indulgentia quò ad illum excessum notabiliter improportionatum tali causæ. ¶ Et confirmatur: quia dispensatio tertij generis suprà dicti in prima probatione eorum quæ non sunt valida ex solo imperio dispensantis neque per viam facti ab eo attingi possunt opere sed verbo tantùm, pro quanto est rationabilis credita Petro & successoribus eius, debet imitari dispensationem factam à Christo, omnis enim Christi actio, nostra est instructio. Sic enim agendo formam instituit nostrarum actionum. Sed Christus eundem thesaurum dispensat commensuratè & proportionabiliter consideratis considerandis, vt patet ex differente eiusdem dispensatione per sacramentum baptismi, quo tota pœna dimittitur, & per sacramentũ pœnitentiæ, quo non tota sed pars remittitur regulariter, ergo rationabile est quòd similiter & nõ aliter sit credita suo Vicario applicatio dicti thesauri, proportionabiliter & rationabiliter facienda. Et consequentia tenet: quia non est maioris potestatis dispensator & Vicarius quàm eius dominus principalis: neque maiorem & absolutiorem potestatem creditur dominus principalis dedisse suo Vicario, quàm sit ea qua ipse vsus fuit regulariter ad instructionem illius & aliorum, aliàs esset verè & propriè prodigus & dilapidator, potiùs quàm dispensator, si aliter faceret. Non enim is tantùm dicitur prodigus & dilapidator, qui sine vlla omnino causa distribuit bona sibi commissa, sed & is qui nimis notabiliter sine causa sufficiente & proportionata effundit, vt patet in rebus humanis, vt dictum & probatum est.

Sexta ratio. ¶ Sextò principaliter probatur idem auctoritate capit. Falsas. de pœnitent. distinctione quinta, vbi sic habetur. Falsas pœnitentias dicimus quæ non secundum auctoritatem sanctorum patrum pro qualitate criminum imponuntur. Vbi Gloss. id est, si minor pœnitentia imponitur quàm Canones pœnitentiales determinant, nisi ex causa temperentur, aut si minor quàm crimini debetur consideratis considerandis imponitur, pœnitentia falsa est & non secundum auctoritatem patrum. Hæc Gloss. quàmuis illud quod Glossa dicit de Canonibus pœnitentialibus na-

Glossa.

habuerit locum olim, non autem nunc, quando pœnitentiæ sunt arbitrariæ, vt alibi de hoc latiùs, ergo eadem ratione sunt falsæ Indulgentiæ & nullius valoris quo ad excessum quando sine causa rationabili & sufficiente consideratis considerandis nimis notabiliter, vt dictum est, conceduntur. Patet consequentia. Quia Indulgentiæ succedunt loco pœnitētiarum debitarum, vt habetur in capit. Cum ex eo. de pœnitentijs & remissionibus, vt suprà quæstione tertia, quæstione quinta, quæstione sexta.

¶Item in cap. Cum ex eo. de pœniten. & re. ex Concilio Lateranē. sub Innocent. 3. sic habetur. Ad hęc quia per indiscretas & superfluas Indulgentias quas quidam Ecclesiarum prælati facere non verentur, & claues Ecclesiæ contemnuntur, & pœnitentialis satisfactio eneruatur, decernimus &c. Ex quibus verbis patet vt ait Caietan. in secundo quodlibeto tractatu de Indulgentijs cap. octauo quòd Indulgentiæ aliquæ sunt indiscretæ & superfluæ. Hæ autem non sunt, nisi illæ quæ excedunt notabiliter proportionem suæ causæ piæ pro qua conceduntur: non enim videtur quæ aliæ sint superfluæ & indiscretæ. Patet etiam quòd tales Indulgentiæ indiscretæ & superfluę non adimplent satisfactionem pœnitentialem, ex quo, vt ait textus, ipsam eneruant. Eneruare enim idem est quòd destruere seu inutilem reddere, opponitur enim ad hoc quod est adimpletio satisfactionis pœnitentialis, vt patet ex suprà dictis. q. 3. q. 5. q. 6. ergo per tales indiscretas & superfluas Indulgentias, non consequitur quis satisfactionem pœnitentialem Deo debitam adimpletā esse pro ipso de thesauro Ecclesiæ. Probatur consequentia. Quia si per tales Indulgentias hoc consequeretur, non eneruaretur sed potiùs adimpleretur satisfactio pœnitētialis, sed dum huiusmodi superfluæ & indiscretæ Indulgentiæ sunt infructuosæ quò ad dictum excessum secundū rei veritatem & satisfactionem pœnitentialem coram Deo adimplēdam, iā & pœnitentes putando eas sibi prodesse, omittunt satisfactionem pœnitentialem Deo debitam, sicque in veritate eneruatur in foro Dei satisfactio pœnitentialis, vt dicit textus. Nam in foro Ecclesiæ benè liberaretur ab obligatione implendi pœnitentiam iniunctam, quatenùs ei respondet prędicta Indulgentia, etiā superflua & inualida coram Deo esset valida in foro Ecclesiæ, sicut & dispensatio irrationabilis votorū, imò multo magis. Quia etiam si sine vlla causa Papa absoluit pœnitentem à pœnitentia

Conciliū Lateranē.

iniuncta, valet talis absolutio in foro Ecclesiæ, licèt non in foro Dei. Quia eorum quæ sunt humani Iuris Papa censetur dominus non sic obligationum Deo quæsitarum, quia non dominus sed dispensator est talium bonorum sibi commissorum, & ratificat Dominus ea tantùm quæ Papa facit claue non errante nec discordante à iudicio & voluntate Dei, quod non est quando irrationabiliter fit dispensatio bonorum commissorum, vt dictũ est & dicetur, vt hoc etiam ait Adria. in. 4. de clauibus in materia Indulgentiarum. Ideò semper loquor in foro conscientiæ & Dei. ¶Itẽ ad idem facit extrauagans Bonif. 8. Antiquorum. de pœ. & re. vbi conceditur verè pœnitentibus & confessis qui visitauerint basilicas vrbis Romę sub forma ibi præscripta quolibet cẽtesimo anno non solùm plena & largior sed & plenissima venia omnium peccatorum. Et pòst additur sic. Vnusquisque tamen plus merebitur & Indulgentiam efficaciùs cõsequetur, qui basilicas ipsas ampliùs & deuotiùs visitauerit. Hæc ibi. Vbi nota quòd post Indulgentiam etiam plenissimam concessam dicitur quòd efficaciùs eam consequetur, qui deuotiùs visitauerit. Vnde innuitur ꝙ nisi sufficienter deuotè quis visitauerit, non consequetur illam Indulgentiam plenissimam, sed solùm secundum proportionem causæ, scilicet secundũ ꝙ magis vel minùs deuotè visitauerit, sic magis vel minùs de illa Indulgentia consequetur, de quo etiam latiùs infrà. q. 26. habetur. ¶Item ad idem facit Clemen. 6. in extrauagan. Vnigenitus. de pœ. & re. vbi sic habetur. Quem quidẽ thesaurum per beatum Petrum cœli clauigerum eiusque successores suos in terris vicarios commisit fidelibus salubriter dispensandum, & proprijs & rationabilibus causis, nunc pro totali, nũc pro partiali remissione pœnæ temporalis pro peccatis debitæ tã generaliter quàm specialiter, prout cũ Deo expedire cognosceret, verè pœnitentibus & confessis misericorditer applicãdum. Hæc ibi. Vnde patet ex ly proprijs & rationabilibus causis, quòd non solùm rationabiles, sed & proprias oportet esse causas quantitatis Indulgentiarum, nunc totalis, nũc partialis remissionis pœnarũ, & per consequens sequitur quòd non sunt cõmunes omnes causæ piæ Indulgẽtiarum ad totalem & partialem remissionem, sed aliqua pia causa est propria & rationabilis ad partialem, quæ non est ad totalem remissionem, alioqui non esset causa propria remissionis, sed quęlibet causa pia esset communis partiali & totali re-

missioni,

Adrian.

missioni,cuius oppositum sonat litera prædicta, vt eam sic legit Caietanus. ¶Sed alij legunt,& pro pijs & rationabilibus causis &c. quæ litera habetur communiter in extrauagan. Et ex hac litera non procedit ratio prædicta Caietani, sed ex ly rationabilibus causis,nam inde videtur quòd non omnis causa pia est rationabilis ad quantamcunque quantitatem Indulgentiæ. Et quia rationabilitas causæ dicit commensurationem & proportionem eius ad quantitatem Indulgentiæ,vt suprà probatū est,ergo. Et ad hoc facit ly,prout cum Deo expedire cognoscerent, vt patet syncero animo intuenti,ergo patet intentum. ¶Item ad idem est censura Parisien.contra Erasmum titul. 8. vbi habetur sic, cum non in destructionem sed in ædificationem data sit potestas Ecclesię,nō pro quauis causa omnes quarumcunque pœnarum debitores per Indulgentias protinùs eripiūtur à debito pœnarum, etiam si sint in charitate, vnde nulli mortalium certum est quantum per quasuis Indulgentias Deo satisfiat pro pœnis,quæ pro peccato debentur &c. vt suprà. quæst.14. in responsione ad primum argumentū habetur latiùs,ibi videatur. ¶Item ipsimet de tertia opinione suprà posita dicunt hoc idem contra se ipsos conformiter ad hāc nostram quartam opinionem & propositionem coact. ipsa ratione & veritate. Nam beatus Thomas in.4.distinct. 45. quęst. 2. articu.3. quæstiuncula secunda ad vltimum argumentum,& Palu. vbi suprà, vt etiam refert & tenet Florent. prima par. Sum. tit.10. ca.3.§.2.&.3.par.titu.22.ca.5.§.6.&.7.& Syluestrina titu. Indul. q.7. dicunt ꝙ Papa non potest extrahere omnes animas purgatorij per Indulgentias,quia hoc esset irrationabile. Hæc illi. Ex hoc ergo patet quòd dispensatio Indulgentiarum si est irrationabilis, non est valida. Nunc autem patet irrationabilem esse si fiat improportionatè notabiliter ad causam piam, modò fiat pro defunctis, vt ipsi dicunt, modò pro viuis, vt probatum est, ergo. ¶Similiter beat. Thom. Palud. & Duran. vbi suprà dicunt quòd esset irrisorium dicere ꝙ quis toties lucretur Indulgentiam magnam, quoties intraret & poneret pedes & regrederetur visitando Ecclesiam in die Indulgentiarum, quia est irrationabile: & ꝙ ideò Papa vel noluit vel non potuit sic concedere tantam Indulgentiā ex tali causa piā tam notabiliter insufficiente aut iniusta. Iam ex hoc eorum dicto patet clarè contra eos pro nostra suprà dicta opinione & propositione, quòd requiritur sufficiens & iusta & proportionata

b. Thom. *Palud.* *Floren.* *Duran.*

tionata causa pia ad quantitatem Indulgentiæ, vt sit rationabilis & valida quantum sonat coram Deo, ergo.

¶ Et facit ad prædicta quód in Clemen. 1. de reliquijs & vene. Sanctorum, non conceditur tanta Indulgentia astantibus primæ tertiæ &c. quanta matutinis & missæ & omnes Indulgentiæ cõcessæ in Iure Canonico sunt moderatissimę & suis causis proportionatæ, ergo.

Septima ratio. ¶ Septimò principaliter probatur idem secundum Adrianum in. 4. de clauibus in materia Indulgentiarum sic. Quia nõ est valida remissio seu relaxatio obligationis Deo acquisitæ ex voto vel iuramento, nisi fiat ex causa sufficiente & proportionata ad talem remissionem, ergo nec remissio seu relaxatio obligationis Deo contractæ ex delicto, nisi ex causa sufficiente & proportionata, qualis est remissio pœnarum Deo debitarum ex peccato per viã Indulgentiæ. Antecedens patet secundum communiter doctores, & secundum Thom. secunda secundę, quæst. octuagesima octaua, articu. 11. 12. Cõsequentia autem tenet à fortiori, quia obligatio ex delicto fortior videtur saltem non minor, pro quanto cum maiore gratia & pietate pro offensa valde demeritoria ex se Deo contracta est contra peccatorem.

¶ Hæc ratio potest solui concedendo totum discursum non simpliciter sed solùm quando vtrobique esset pura & omnino liberalis remissio obligationis. Nunc autem in remissione obligationis pœnarum per viam Indulgentiæ non est tam pura & liberalis remissio sicut in remissione obligationis ex voto, vt patet. Quia in remissione obligationis ex voto aut iuramento est omnino liberalis remissio obligationis sine alia satisfactione, ideò requiritur causa sufficiens. In remissione autem obligationis pœnarum ex delicto per viam Indulgentiæ licèt quantum est ex parte Dei sit liberalis remissio, est tamen non pura sed mixta cũ satisfactione de thesauro Ecclesiæ dispensato ad dictã satisfactionem Deo faciendam, vt suprà. quæst. prima & secunda latiùs habetur. Ideo simpliciter negatur prædicta consequentia in proposito Indulgentiarum, sicut eã negat beat. Thom. & Palud. vt habetur suprà. *B. Thom.*

¶ Sed certè prædicta ratio & eius intentum potest aliter fortificari, sic scilicet quia etiam Papa non potest in sacramento remittere de pœna Deo debita pro peccatis, sine causa rationabili & suffi-

sufficiente, neque totam pœnam pro parua causa seu dispositionē pœnitentis, respectu talis remissionis totalis pœnæ, ergo neque extra sacramentum per viam *Indulgentiæ*. Antecedens patet etiam secundum doctores fauorabiliùs loquentes de sacramento pœnitētiæ. Quia potestas sacerdotalis arbitraria nō potest remittere culpam aut pœnam validè coram Deo, nisi rationabiliter ex causa sufficiente & proportionata id faciat consideratis considerandis, aliàs Deus non ratificabit claue errante, & multò magis hoc est verum secundum Thomam & sequaces vt suprà quæst. quarta habetur. Consequentia autem patet à simili, seu potiùs à fortiori. Quia vtrobique est liberalis applicatio sui thesauri, scilicet meritorum tantùm Christi in sacramento & ipsius & sanctorum in *Indulgentijs*, & vtrobique est satisfactio pœnarum de dicto thesauro ibi applicato, sicque vtrobique est iustitia vt suprà quæst. prima & secunda habetur. Et vtrobique est remissio obligationis pœnarum pro delicto iam quó ad culpam dimisso contractæ, & vtrobique fit talis remissio virtute clauium, vt patet & supponitur ex suprà dictis: & Indulgentiæ succedunt loco satisfactionis pœnitentialis iniunctæ, aut iniungendæ per sacerdotem in foro sacramentali pro peccatis, ergo vtro bique est omnino eadem ratio quò ad applicationem prædicti thesauri, ergo consequentia patet & intentum. Ideò hæc ratio videtur etiam efficax & fundamentalis ad propositum. Aliæ rationes quia non vidētur tam efficaces omittuntur.

¶Ex dictis omnibus patet quòd non valet hæc consequentia. Valet dispensatio thesauri facta ex causa pia, ergo valet dispensatio quantæcunque quantitatis ex quacunque causa pia. Patet error. Quia in antecedente intelligitur rationabilitas dispensationis absolutè & indefinitè assumptæ. In consequente autem non ponitur, sed potiùs oppositum explicatur, scilicet irrationabilitas dispensationis in particulari, ex quo disproportio causæ ad effectum explicatur in particulari, vt patet ex dictis. Æquiualenter enim arguitur ab indefinita seu indeterminata ad vniuersalem distributiuam, seu etiam ad aliquam singularē signatā, sicut si argueretur sic. Potest vxor ex causa pia aliquid erogare sine licentia mariti, ergo potest ex quacūq; causa pia quantū libet erogare. Vel sic. Potest homo licitè occidi à iudice secundū allegata & ꝓbata ꝓpter vtilitatē seu necessitatē reipub. ergo ꝓpter

 quancun-

quancunq; necessitatẽ ex quacunque causa. Vel sic. Propter hono rem sunt postponendæ diuitiæ, ergo propter quemcunque par- uum honorem quantumcũq; magnæ diuitiæ: & multa eiusmodi paralogyzantia ex dicta consequentia possunt cuique manifestè occurrere. Vel sic. Potest sacerdos ministerialiter in sacramento dispositis conferre remissionem pœnæ seu effectum sacramenti, ergo cuilibet disposito potest conferre quantumcunque magnũ effectum voluerit. Sicut ergo constat manifestè has & alias eius- modi consequentias non valere, sic nec illam suprà positam in no stro propositio, quam tamen videtur facere beat. Thom. & alij de tertia opinion. suprà recitata, & ibi paralogyzasse. Et sic patet se- cunda pars propositionis probata. ¶ Tertia pars propositionis,

3. pars ꝓpositiõis. quòd scilicet non existente sufficiente causa pia ad tantam quan- titatem Indulgentiæ, tunc solùm tenet & valet illa Indulgẽtia pro ea parte seu rata pro qua illa causa pia sufficiens est secũdum Dei iudicium. ¶ Probatur secundum Adrianum vbi suprà. Quia vti le per inutile non vitiatur regulariter, dũ potest discerni per Deũ ipsum à quo pendet talis discretio & acceptatio vt suprà quæst. 12 in dubio primo habetur: & concordat beat. Thom. Durand. Pa- lud. & alij, vt habetur infrà. quæst. 16. & quæst. 29. vbi dicunt ꝙ duorum facientium idem opus pro lucranda Indulgentia inde- terminatè posita vnus lucratur plusquàm alius secundum quòd magis accedit ad causam Indulgentiæ, quia & idem opus est de- cens respectu vnius & non alterius ad lucrandum tantam Indul- gentiam. Sic in proposito dico quòd eadem causa aliquando & cum talibus circunstantijs & respectu vnius personæ aut tempo- ris est sufficiens ad tantam Indulgẽtiam & non respectu alterius, neque etiam respectu ipsius alio tempore & cum alijs circunstan tijs, nisi ad minorem quantitatem Indulgentiæ, id quod certitu- dinaliter solus Deus scit semper & infallibiliter, qui & retribuere nouit singulis in numero pondere, & mensura. Et ad hoc facit cẽ sura Parisiensis contra Erasmum titul. octauo, quæ habetur suprà quæst. quartadecima, in responsione ad primum argumentum ibi videatur. ¶ Ex quo infero quòd erroneum est dicere abso-

Nota. Corollar. lutè quòd Indulgentia, aut quòd talis Indulgentia nil valet. Ra- tio, quia licet constet quòd non est sufficiens causa pia ad tantam Indulgentiam (quod tamen vix constare potest, vt habetur infrà in responsione ad tertium argumentum, & quæst. decima non[a]

tamen

tamen licèt non valeat quantum sonat, valet tamẽ aliquid pro rata secundum sufficientiam causæ, vt dictum est in hac tertia parte propositionis: & cum semper sit aliqua causa pia sufficiens ad aliquam partem Indulgentiæ, ergo aliquid valet semper lucranti illam cum aliàs debita dispositione, vt supponitur: ergo patet corollarium. ¶Item nisi constet de insufficientia causæ ad tantam Indulgentiam, temerarium & dignum punitione est dicere ꝙ non valet quantum sonat: quia dum de opposito non constat manifestè, semper pro Papa est præsumendum in foro Ecclesiæ, vt habetur dist. 40. cap. Non nos. cum gloss. vt infrà. q. 19. & infrà in responsione ad tertium argumentum in hac ea. q. habetur. ¶Igitur quia nulla fortè est tam parua causa pia absolutè, & secundũ se considerata, quæ non possit esse magna causa & sufficiens ex respectu seu relatione aut ex circunstantijs: ideò noli iudicare an ista vel illa causa pia posita pro lucranda Indulgentia sit omnino sufficiẽs, an non, si non vis errare. Nam & pro visitatione Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Angelis prope Asisium die secunda Augusti est Indulgentia plenaria. Quę Indulgentia est maximæ auctoritatis, cum beatus pater Franciscus viuens ore tenus à Domino Iesu Christo eam obtinuit, teste beata virgine Maria & Angelis, & per Papam & Cardinales confirmata est, & per miracula diuulgata, vt habetur in hystoria eius festi Portiũculæ secũda die Augusti. Ideò prudenter & Christianè, piè simul & verè consulit Gerson in secũda parte sum. in tract. de Indulg. consid. 12. dicens. Consilium igitur est sanum vt solùm absq; curiosa discussione de præcisa vel euidẽte & certa quantificatione seu mensuratione Indulgentiarum huiusmodi (adde & tu seu earum causarum) studeat homo pius eas acquirere secundum qualitatẽ suæ vocationis. pondus autem valoris illi relinquere qui omnia fecit, & facit in numero, põdere & mensura. Hæc ille. ¶Et secundum omnia suprà dicta debent moderatè intelligi alia dicta Gersonis in secunda part. Sum. tract. de Indulgen. consid. 8. dicentis sic. Solus Papa Christus potest illam tot dierum & annorum mille millium Indulgentiam concedere qualis posita reperitur in diuersis cõcessionibus Papalibus, sub diuersis temporibus, locis & causis Et fortè talis enormitas concessionis ab aliquibus quæstuosis vel aliter malè motis conficta est. Hæc ille. ¶Item quod idem consid. 9. dicit sic. Indulgentiarum concessio rationabilis pręsupponit in conferente auctoritatem à

Christo fundatam in Euangelio vel ex ipso explicatam, præsupposuit idoneitatẽ & impletionẽ conditionis appositæ in Indulgẽtijs, vtpote ꝙ sit verè contritus & confessus aut huiusmodi, & faciat hæc aut illa. Præsupponit tertiò causam concessionis seu distributionis huiusmodi Indulgentiarum legitimã, claue. s. Ecclesiæ non errante, neq; Christo reprobante, vbi non certa & euidẽs noticia requiritur, sed æstimatio bonæ fidei, & probabilis coniectura, sicut in distributione thesauri materialis de fisco regio vel Ecclesiastico Papa vel rex seu alius distributor rationabiliter attẽderet. Hæc ille ibi. ¶Item quod consid. 10. dicit sic. Indulgẽtiarum concessio per tot millia, nedum dierũ sed & annorũ videtur difficulter saluabilis, post remissionem pœnæ æternę, & cõmutationẽ in temporalẽ. Constat enim ꝙ nec homo singularis in hac vita potest aut debet obligari ad tot annos pœnitentiã agendum cũ non victurus sit per millesimam partem tot annorum, & nemo ad impossibile obligatur. Constat præterea ꝙ dum mundus finem habebit finietur purgatorium, & consequenter dies pœnarum suarum. Hæc ibi. ¶Item qđ idem in tractatu de absolutione confessionis sacramentalis alphab. 33. litera. K. dicit sic. Addatur ad præmissa ꝙ potestas prę latorum in dando Indulgentias nõ est nisi quædam potestas dispensationis, quæ debet esse rationabilis, & ad ædificationem, & ideò si dent sine causa rationabili has vel illas Indulgentias, vtpote pro solo intuitu fauoris humani vel alio tali modo non oportet ꝙ Indulgentiæ tantum valeant quantũ sonant. Præterea fatuę sunt & superstitiosæ quædã intitulationes de Indulgentijs viginti mille annorũ, vel tali modo, qui dixerit quinque Pater nr̃. ante talem imaginem &c. & esset per prælatos prouidendũ, quia cedit hoc in contemptũ & irrisionẽ Indulgentiarũ neq; continet veritatem. Vnde plenaria Indulgentia vix solebat dari pro passagio terræ sanctæ, constat tamen ꝙ factum pro quo sunt Indulgentiæ magis priuilegiatum est quàm aliud cæteris paribus. Hæc ibi. ¶Item qđ Bonauent. in. 4. dist. 20. q. 6. dicit ꝙ scilicet irrisorium est & falsum dicere, ꝙ is qui mille peccata cõmisit, sit liberatus per Indulgentias pro tribus obolis vel denarijs & huiusmodi. ¶Dico ergo ꝙ hæc & alia similia dicta doctorum sunt moderatè interpretanda, vt suprà dictum est, & cautè loquẽdum in his, attento quòd rationabilitas causę piæ potest diuersimodè considerari, & non est nostrum de ea iudicare dum de oppo-

Bonauẽ.

posi

posito non constat manifestè, vt diximus. Et ipsemet Gerson postea in tertia parte Summæ, in tractatu de directione cordis, consideratione.29.&.30.alphab.69.litera.I. in quibusdam alijs similibus dicit, sic cautè, piè, & moderatè esse interpretandum & agendum, vt dictum est. ¶ Et ad illud quod vbi suprà Gerson dixit de purgatorio quòd non tantùm durabit, potest dici quòd de hoc non constat. Item quia licèt constet ꝙ non durabit viginti mille annis aut vltra, tamen Papa & Ecclesia sic abundanter concedit viginti mille annos Indulgentiæ & huiusmodi, ex suppositione seu conditione (vt ait Armachanus) scilicet si purgatorium duraret tanto tempore & talis homo esset debitor tantæ pœnæ, & quia Ecclesia incerta est de vtroq;, ideò concedit abundanter extendens se ad posibile. Item quia pœna extensiua illorum annorum si cras finiretur mundus & purgatorium, reducitur ad intensiuam, & per eam compensatur, vt dicunt cõmuniter doctores, de existentibus in fine mundi obnoxijs multis annis pœnarũ, & quò ad tales pœnas tot annorum extensiuè aut intensiuè habet locum talis jndulgentia tot millium annorum, vt dictum est. Ideò non est falsus aut irrisorius talis modus Indulgentiæ, aut ipsa Indulgentia, licèt Gerson aliter dicat. Non enim omnia dicta doctorum diuina aut sacramentalia sunt. ¶ Contra secundam partem propositionis arguitur tripliciter. Primò si requiritur necessariò proportio causę pię ad quantitatem Indulgentiæ, hoc ideò esset, vt effectus proportionaretur suæ causæ, vt patet ex dictis, quia nõ videtur alia ratio ad id: sed causa Indulgentiæ, scilicet pro qua cõceditur ipsa Indulgentia, scilicet pietas non est propria causa Indulgentiæ seu absolutionis aut remissionis pœnarum, aut dispensationis thesauri Ecclesiastici. Hæc est enim essentialiter ipsa Indulgẽtia. vt patet suprà. q.1. Quod patet. Quia propria causa prędictæ Indulgentiæ est passio Chr̃i & sanctorũ applicata huic, seu thesaur⁹ Ecclesiæ (quod idẽ est) vt patet ex suprà dictis. q.2. &.3. ergo ad istã causam propriam Indulgẽtiæ & nõ ad aliã pro qua conceditur Indulgẽtia oportet ꝙ ꝓportionetur ipsa Indulgentia seu remissio pœnarũ, vt sit valida. Hæc consequentia patet. Quia ꝓportio effect⁹ attenditur & respondet ad suũ correlatiuũ scilicet ad suã causam ꝓpriã efficientẽ, seu per modum efficientis se habentem, & non ad aliam, vt patet, ergo. ¶ Tunc vltra, Indulgentia vt sit efficax debet proportionari suæ causæ propriæ per

Armachanus.

Argu. 1.

mo

modum efficientis se habenti scilicet abundantiæ thesauri Ecclesiastici: nunc autem ista abūdantia est infinita, quia scilicet est sufficiens ad remissionem quantumcunq; magnarum pœnarū omnium, & quotiescunq; applicetur omnibus & singulis per Indulgentias, vt suprà. q. 3. habetur, ergo quantumcunq; magna Indulgentia concedatur cuiq; & quotiescunq; pro quacunq; pia causa, iam causa propria illius & cuiuscunq; Indulgentiæ scilicet abundantia prædicti thesauri est causa sufficiens: & per consequēs proportionata ad effectum & efficaciam illius & cuiuscunq; Indulgentiæ, & per consequens valida est omnis Indulgentia quātum sonat ex quacunq; causa pia fiat.

Argu. 2. ¶ Secundò arguitur ad idem, & est replica contra responsionem quæ potest dari. Nam si dicatur ꝙ nō solùm requiritur ꝙ causa propria effectiua seu per modum efficientis illius Indulgentiæ sit sufficiens, sed & causa Indulgētiæ pro qua scilicet conceditur talis Indulgentia, vt dicit secunda pars ꝓpositionis, contra hoc sic replico. Quia si sufficientia talis causæ piæ requiritur, ergo nil prodest ꝙ auctoritate Papæ aut alterius superioris concedatur talis Indulgentia, & per consequens nō plus quis lucratur per Indulgentias q̄ sine illis, faciendo idem ex eadē causa pia. Probatur consequentia. Quia siue superior seu Papa cōcedat tantam Indulgētiam seu remissionem pœnarum siue non, certè Deus remittet de pœnis tantum quantū meretur illud opus seu causa pia.

Argu. 3. ¶ Tertiò arguitur ad idem. Quia prædicatio, doctrina & practica Ecclesię est contra secundam partem propositionis: ergo ipsa est falsa. Antecedens probatur quadrupliciter, vt suprà probatum est in secunda ratione fundamentali tertiæ opinionis suprà positæ, ibi videatur, vt prolixitas vitetur.

Respōsio ad. 1. arg. ¶ Respondeo ad primum argumētū secundū Caietanum in secūdo quodlibeto, priùs notando ꝙ aliud est causa Indulgentiæ, aliud causa concessionis Indulgentiæ. Nam causa Indulgentiæ est causa remissionis pœnarum. Causa autem concessionis Indulgentiæ est causa pia pro qua conceditur talis Indulgentia aut remissio pœnarum. Igitur causa Indulgentiæ, id est, remissionis pœnarum est abundātia thesauri, quæ & est causa propria effectiua seu per modum efficientis ipsius. Causa aūt concessionis Indulgentiæ quæ aliquando dicitur causa Indulgentiæ id est concessionis Indulgētiæ est solùm causa pia pro qua conceditur ipsa Indulgentia. Hoc ergo præsupposito, respondeo ad formā argumenti: concessa pri

ma

ma consequentia cum suo antecedente & consequente, vt iacent, quia solùm loquitur & conceditur de causa propria Indulgentiæ seu remissiõis pœnarũ, quæ est abũdãtia thesauri, vt dictũ est. Sed negatur scđa cõsequẽtia, fit enim æquiuocatio arguendo à causa ꝓpria Indulgẽtiæ ad causam cõcessiõis Indul. ac si argueretur clariùs sic. s. causa propria Indulgentiæ est sufficiens pro qualibet Indulgentia validè applicata seu cõcessa huic vel illi: ergo est etiam sufficiens causa ad applicationem seu dispensationem, seu concessionem Indulgentiæ cuiuscunq; esse validam. Quæ consequentia patet ꝙ est inualida. Alioqui similiter argueretur, ergo ꝙ quantacunq; concessio seu applicatio meritorum Christi in sacramento ex quacunq; causa ad remissionem pœnarum est valida, & per cõsequens quantacunq; remissio pœnarum facta per sacerdotem in sacramento, ex quo causa talis remissionis est abũdantia meritorum Christi sufficientissima ad omnia. Hoc autem cõsequens & consequentiam omnes etiã Thomistæ negant. Sic igitur in proposito dico ꝙ non valet consequentia, quia fit æquiuocatio, vt patet. ¶ Si verò vtrobiq; vniuocè loquatur de causa propria concessionis Indulgentiæ tam in antecedente quàm in consequente in vtraq; consequẽtia, tunc patet falsitas vtriusq; antecedentis. Nam causa pia, legitima & proportionata pro qua conceditur Indulgentia, constituit actum concessionis Indulgentiæ in hoc ꝙ est esse rationabilem dispensationem aut concessionem Indulgentiæ, & per consequens esse causam propriam concessionis Indulgentiæ huius vel illius. ¶ Si autem vtrobiq; intelligatur vtraq; consequentia de causa propria Indulgentiæ, sicut Caieta. & Adrianus vbi suprà volentes saluare beatũ Tho. dicũt ꝙ Thom. intellexit & locutus est de causa propria Indulgentiæ, quando dixit ꝙ ad efficaciã Indulgentiæ non valet nec requiritur sufficientia causæ piæ, pro qua conceditur ipsa Indulgentia, & ꝙ non loquebatur Tho. de causa propria concessionis Indulgentię. Si sic ergo intelligatur tam discursus suprà dictus, quàm etiam beatus Tho. tunc certè nihil concludunt ad propositum pro sua tertia opinione suprà posita, ꝙ scilicet ex quacunq; causa pia concedatur quãtumcunq; magna Indulgẽtia est valida, quàmuis dispensans peccet, sicut neq; inde concluditur ꝙ quãtumcunq; magnam remissionem pœnarum ex quacunq; causa pia sacerdos in sacramento faciat aut concedat, est valida corã Deo talis cõcessio aut remissio, *Adrian.* *Caietan.*

vt paulò superiùs dictum est. Ideò constat ꝙ paralogyzat⁹ est bea
t⁹ Thom. & sequaces à causa Indulgentiæ ad causam concessio-
nis Indulgentiæ, vt ex suis verbis suprà positis in tertia opinione
patet intuenti. ¶ Alij volunt saluare beatũ Thom. dicentes, ꝙ bea
tus Tho. per causam piam intellexit causam rationabilem. Nam
quod pium est, est etiam rationabile, & per consequens causa pia
& rationabilis & sufficiens ad talem Indulgentiã sunt idem. Et
sic volunt ipsum Tho. reducere ad quartam opinionem, seu pro-
positionem suprà positam. ¶ Sed certè non sic sensit beat⁹ Tho.
vt patet ex eius verbis, vbi suprà in tertia opinione recitatis, vbi
nititur probare ꝙ quælibet causa pia est rationabilis & sufficiens
ad quãcunq; quantitatẽ Indulgentię, quod certè non egeret pro-
batione si idẽ esset causa pia rationabilis & sufficiens, & suprà in
fine sextæ probationis huius secundæ partis quæ impugnatur, re
citantur verba beati Thom. dicentis ꝙ irrationabilis & inualida
est Indulgentia concessa pro quacunq; causa pia improportiona
ta insufficiente & iniusta respectu talis Indulgentiæ. Et sic patet
eius intentum. ¶ Et quidem libentissimè ad hanc quartã nostrã
opinionem & propositionem admitteremus auctoritatem tanti
doctoris. s. beati Thomæ, nisi ipse in quarto distin. 20. hanc opi-
nionem expressè recitasset & tantopere non reprobasset, ad quã
tamen in dist. 45. postea confugisse videtur.

Resp. ad 2. argum.

¶ Ad secundum argumentũ respondeo secundũ Adrianum, vbi
suprà, distinguẽdo antecedens. Nam aliud est causa æquiualens
sufficiens seu adæquata ad remissionem pœnarum seu Indulgen
tiæ: aliud est causa sufficiens ad dispensationem Indulgentiæ seu
ad concessionem remissionis pœnarum per Indulgentiam. Et pa
tet differentia. Nam illic attenditur solùm sufficiens adæquatio,
& æquiualentia operis aut causæ seu obsequij, aut vtilitatis inde
speratæ ad ipsas pœnas quæ remittũtur per Indulgentias. Hic au-
tem non attenditur sed rationabilitas & sufficientia causæ piæ
ad actum applicationis seu concessionis Indulgentiæ, pro qua sci
licet causa pia rationabile videtur ꝙ huic prælatus Ecclesiæ dig
nè & liberaliter de thesauro sibi commisso in tanta quantitate dis
penset, aut concedat remissionem pœnarum per hanc viam In-
dulgentiæ, & ꝙ Deus hanc gratiã acceptabit, sine qua Deus non
faciet talẽ remissionẽ pœnarũ. Exemplũ. Sicut administrator rei
pub. facit de cõmuni bono reipub. distribuens benè meritis, aut
labo

laborantibus pro repub. non quidem stricto cõmercio, præcisè tantũ in precio quantũ valet labor susceptus pro repub. sed vltra meritũ, vt aliquid gratiæ de publico reportẽt, semper tñ in proportione ad causam, seu secundũ aliũ respectũ. Sicut etiã de publico licitè fit alicui remuneratio, quia laborauit prodesse pro gratia boneuolentiæ, q̃uis nõ profecit, est tñ dign⁹ ut ei liberaliter benè fiat gratis, ad proportionẽ tñ, vt dictũ est. Sicut etiã in relaxationib⁹ aliarũ obligationũ Deo quæsitarũ requiritur sufficiẽs causa, sic s. ꝙ præsumatur rationabiliter ꝙ Deus vult ex tali causa per prælatũ fieri gratis remissionẽ tanti reatus seu obligationis, vt in dispẽsationibus & cõmutationib⁹ votorũ & iuramentorũ & huiusmodi. Sic dico in proposito ꝙ vt sit valida applicatio thesauri per Indulgentias, aut cõcessio remissionis pœnarũ per Indulgẽtias, requiritur causa sufficiẽs ad talẽ liberalẽ applicationẽ seu cõcessionẽ prędictã. Nõ aũt requiritur æquiualens causa ad ipsam remissionẽ pœnarũ stricto cõmercio, neq; ꝙ ipsa dispositio suscipiẽtis talẽ Indulgentiã promereatur. Nam eo casu nõ Indulgentia liberaliter concessa, sed iusta retributio esset, vt probat argumẽtũ sed requiritur causa rationabilis & ꝓportionata, vt ipsa concessio nõ prodiga sed liberalis sit & valida, vt suprà probatũ est. ❡Et sic patet responsio ad argumẽtũ, quia concesso antecedente ad sensum iã dictũ & declaratũ, negatur consequẽtia. Stãte enim causa sufficiente ad liberalẽ dispẽsationẽ Indulgẽtię, stat simul ꝙ autoritate clauis dispensantis thesaurũ, aut cõcedentis remissionẽ per Indulgentias plus recipitur per Indulgẽtias q̃ sine ipsis per idẽ opus & ex eadẽ causa reciperetur, vt patet etiã, quia aliquãdo op⁹ susceptũ potest esse causa sufficiens & meritũ de cõgruo, quare cũ effectu aliquãdo sine Indulgẽtijs De⁹ remittat hmõi pęnã, q̃uis non cõtineat in æqualitate æquiualentiã, vt sæpe contingit, dũ ad preces sanctorũ & bonorũ remittit, sic pro tali opere licitè & sufficiẽter cõceduntur insuper aliquæ Indulgentiæ, quæ operãtur remissionẽ pœnarũ, quam aliàs interdũ quis sine illis Indulgentijs non consequeretur pro illo opere. Nam merito congrui potest subtrahi merces seu pręmiũ sine iniusticia. ❡Et si dicatur ꝙ De⁹ abũdè recõpensat aliunde quicquid fit in ei⁹ seruitio, respondeo, verum est, sed non quemlibet effectum gratiæ qui de congruo meretur seu ad quem sufficit seu valet de cõgruo, nec quolibet modo, sed ad aliud bonum seu aliquo certo modo. Hæc ex Adri. vbi suprà.

Resp ad 1. argum. ¶ Ad tertium argumentum respondeo negando antecedens, & ad eius primam probationem, quod scilicet Ecclesia pro eadem causa concedit modó maiorẽ, modò minorẽ Indulgentiã &c. respõdeo quod hoc est verũ stando semper intra latitudinẽ & limites causæ rationabilis & sufficientis, vbi scilicet adhuc manet proportio seu sufficientia causæ piæ ad maiorem & minorem Indulgẽtiam. Tunc enim est in arbitrio concedentis concedere maiorẽ aut minorem Indulgentiam, stante causa sufficiẽte etiam ad maiorem. ¶ Et virtute illius concessionis nullus consequitur maiorem remissionem, quã ea quæ concessa est, quãuis adsit causa sufficiens ad maiorẽ, nec in hoc fit alicui iniustitia, ex quo illa concessio Indulgentiæ est liberalitatis & non debiti: in opere autem merę liberalitatis nulla est iniustitia. Et quia ad hoc interuenit consensus saltẽ tacitus eius qui vult lucrari talẽ Indulgentiam, sicut cùm statuitur brauium omnibus procurantibus aliquã vtilitatem cõmunitatis, qui maiorem procurat & meretur maius præmium, præsumitur contentus de illo paruo brauio constituto omnibus illis procurãtibus. Pręsertim quia propter Indulgentias acquisitas non perdit quis quod sibi aliás debetur corã Deo pro illo opere bono, ac si non esset coniunctum cum Indulgentijs, vt de hoc latiùs infrà. q. 37. habetur. ¶ Ad secundam probationem antecedentis, quæ videtur esse replica contra responsionem præfatam, quod scilicet ex cõmuni practica Ecclesiæ, vt Romæ sæpe contingit, patet quod Papa & Ecclesia Romana concedit pro sola visitatione Ecclesiæ & pro recitatione pauculorũ Pater nr̃, & Aue Maria & huiusmodi maximam Indulgentiã etiam plenariam, & die Paschę cõcedit Papa Indulgentiam plenariam omnibus astantibus &c. vt suprà habetur in corollario, respondeo secundũ Caieta. in secundo quodlibeto de Indulgentijs, cap. 9. quod magnitudo seu sufficientia causæ non solùm debet attendi absolutè secundum se, id est, non secundum quantitatẽ operis pij in se, seu respectu materiæ tantùm, sed etiam & potiùs relatiuè, scilicet secundum respectũ ad bonũ Ecclesiæ & Dei honorem inde rationabiliter speratum cũ suis circũstantijs, pietas enim, seu vtilitas causæ dicit prædictá relationem, & respectũ. Ita quod idem labor, eadem eleemosyna, eadem oratio, seu deuotio, & huiusmodi: est quandoq; parua causa & ratio, quãdoq; magna Indulgentiæ maximè etiam plenariæ ratione circũstantiarum, licèt ratione materiæ videatur eadem causa & ratio

ad 2. probationẽ.

Caietan.

semper, sed non est eadē in veritate. Est enim eadē causa & ratio secūdū se & absolutè tantùm, nō est aūt eadē relatiuè aut respectiuè sūpta, sed est multò maior se ipsa absolutè sumpta. Verbi grā. Visitatio Ecclesię. S. Petri licèt sit scdm se æqualis absolutè facta hodie & in anno Iubilei, nō aūt est æqualis relata ad bonū Ecclesię, quia relata ad professionē vnitatis Ecclesiæ sub vno capite Christi Vicario, ad quod in anno Iubilei refertur ab ipsa Ecclesia & toto orbe est magna causa Indulgētiæ etiam plenissimæ: & similiter manere in platea sancti Petri in die Paschæ pro benedictione Papali non est absolutè magna causa Indulgentiæ, relatiuè aūt sic, quia scilicet ibi est professio prædicta, & quòd profitemur seruare viuā autoritatem vniuersalem & plenissimam Romani pontificis, & sic de alijs. ¶Sicq; patet ꝙ nulla ferè est tā parua pia causa absolutè sumpta, quæ respectiuè non sit maxima & sufficiens aliqñ magnæ Indulgentiæ secundū varietatem casuum & circūstantiarū, vt patet de Indulgentia plenaria Portiunculæ prope Assisium die secunda Augusti pro sola visitatione Ecclesiæ, quæ Indulgētia est certissima, quia à Dño Iesu Christo ore tenus concessa beato patri nostro Francisco, vt habetur in hystoria eius festi die secunda Augusti, ergo. Et ideò non est mirū si ex eadem causa absolutè cōsiderata nunc maior nunc minor Indulgentia validè concedatur. ¶Quāuis etiam prædicta varietas Indulgentiarū aliunde possit prouenire, hinc scilicet ꝙ causa legitima & sufficiens tantæ dispēsationis non intelligitur punctualiter indiuisibiliterq;, sed in quadam latitudine probabilitatis moralis: intra quam etiā si indiscretè prælatus det Indulgentiam & ideò peccet, valet tamē prædicta concessio Indulgentię coram Deo & reputatur ab eo causa sufficiens ad id. ¶Ideò conceditur ꝙ omnis pia causa, quæ absolutè & respectiuè considerata est sufficiens intra latitudinem ad tantā Indulgentiam, sufficit vt sit valida talis Indulgentia, negatur tamē ꝙ omnis pia causa est talis semper & vbiq;, & ideò negatur absolutè ꝙ ex quacunq; causa pia concessa Indulgentia quantacunq; sit valida quantum sonat coram Deo, vt dictum est. ¶Ad exempla autē suprà posita, dico ꝙ fortè est causa sufficiēs respectiuè ad tantam Indulgentiam, quod non est nostrum iudicare, sed papæ, cum hoc negotium pendeat ex facto, vt suprà in corollario, & infrá q. 18. & q 19. habetur, ideò nil contra nos. ¶Ad tertiam probationem antecedentis ꝙ scilicet si non valerent Indulgentię, vt *ad 3. probationē.*

q so-

sonant, deciperentur fideles &c. respondeo secundum Caietanũ, & Adrianũ vbi suprà, ꝙ illud solùm est verum de Indulgentia ritè concessa, & supposito ꝙ ex causa rationabili sufficiente sic concessa alias non, neq; in hoc Ecclesia aliquem decipit. Quod patet. Tum primò, quia sicut potest Papa errare in facto supposito, scilicet putando esse causam sufficientem ad dispensationẽ seu cõmutationem votorũ, sic in proposito putando esse causam sufficientem tantæ Indulgentiæ, quæ nõ est, & potest vt homo errare in tali suo ministerio & vsu clauium absoluendo, vbi non est causa sufficiens, vt patet, & tamẽ talis error non imputatur Ecclesiæ ex quo non fiunt eo modo quo ipsa Ecclesia Spiritu sancto inspirata aut Christus instituit esse faciẽda: & sic prædicat prędicta valere, vt sonant, supposita legitima causa, & ꝙ ritè fiant, sicut prædicat hostiã esse adorandã dum in Missa eleuatur, supposito implicitè ꝙ sit ritè consecrata. Nam aliud est loqui de doctrina Ecclesiæ vel Papæ in qua non potest esse error, aliud de operib⁹ Papę & de facto singulariũ actionũ in quo & in quib⁹ potest esse error & peccatũ Papæ, vt de hoc latiùs infrà q. 19. & in responsione ad argumenta habetur, neq; fides aut doctrina Ecclesiæ est de hoc vel illo particulari facto, aut Indulgentia aut causa Indulgẽtiæ in particulari vtrùm sit sufficiens & valida, an non, sicut nõ est fides aut doctrina Ecclesiæ ꝙ hæc vel illa hostia est consecrata aut non, sed solùm est de vniuersali seu generali, ꝙ scilicet Indulgentia ritè cõcessa, aut ex legitima & sufficiente causa pia est valida quantũ sonat, & ꝙ hostia ritè cõsecrata est adoranda & huiusmodi. Tum secundò, quia generales clausulæ debent restringi & intelligi suppositis alijs requisitis. Exẽplum patet in proposito. Quia sicut ꝙ Indulgentia valet quantum sonat intelligitur existentibus dispositis & facientibus prout decet ad eam cõsequendam, sic etiam debet intelligi, si Indulgentia sit ritè concessa ex causa sufficiente, alioqui qui nudè tantùm ad sonũ verborum sine grano salis intelligunt non ab Ecclesia sed à seipsis ad pauca respicientes decipiũtur. Tum tertiò, quia sic decreuit cẽsura Parisien. contra Erasmũ titu. 8. vt habetur suprà q. 14. in responsione ad primum argumẽtum, ibi videatur, ergo. ¶ Sed hic notandũ est ꝙ Caieta. vbi suprà exemplificans dicit ꝙ Ecclesia potest in facto canonizationis sanctorum errare, quod est erroneũ, vt de hoc alibi latiùs, & beatus Tho. in 9. quodlibeto. art. 16. & cõmuniter doctores sunt con-

Nota.

tra eum in hoc. ¶ Ad quartam probationem antecedentis sumptã ex cap. Cum ex eo respondeo concedẽdo ꝙ Papa ibi loquitur tam de Indulgentijs indiscretis ex euentu aut aliunde quàm de indiscretis & superfluis ex causa, vt ibi probatur ex ipso cap. contra respõsionem Caietani & aliorum similiter & malè glossantium, sed negatur illa maior ꝙ scilicet ibi innuit Papa ꝙ tales Indulgentiæ sint validæ. Nec valet ratio ibi posita, ꝙ scilicet Papa nõ dicit ibi esse inualidas, ergo innuit esse validas tales omnes Indulgentias. Nã locus ab autoritate negatiuè non valet similiter enim ex ipso cap. ego arguerem contra ipsos non esse validas, ex quo Papa ibi non dicit esse validas. Quòd si ista ratio non valet pro me, ergo nec similiter pro te. Neq; oportebat textum explicare generaliter esse validas aut inualidas omnes illas Indulgentias indiscretas quò ad euentum, & superfluas quò ad causam de quibus omnib⁹ ibi agi-, cùm nec omnes essent validæ nec omnes inualidæ, sed aliquæ quales sunt indiscretæ quò ad euẽtum, sunt validæ, indiscretæ aũt seu superfluæ quò ad causam, sunt inualidæ quò ad illum excessum, vt suprà dictum est ideò prudẽter textus sic loquitur sine alia explicatione. ¶ Si replicetur ꝙ doctores glossantes dicunt ꝙ omnes sunt validæ respondeo, dicunt & glossant secundum suam opinionem quam non probant, quam etiam nos suprà efficaciùs reprobauimus. Quantò magis ꝙ & ipse textus potiùs sonat pro nostra opinione & propositione suprà posita, ꝙ scilicet indulgentiæ indiscretæ & superfluæ ex causa sint inualidæ quò ad excessum. Nam ibi dicitur, ꝙ per tales Indulgẽtias superfluas eneruatur seu destruitur satisfactio pœnitentialis, ergo non impletur apud Deũ per illas Indulgẽtias, ergo ad impletionem satisfactionis pœnitẽtialis tales Indulgẽtiæ sunt inualidæ, vt suprà latè deductum est ex eo cap. Cũ ex eo ergo patet respõsio.

Ad. 4. probationẽ.

Replica.

Quæſ.18.

Quæſtio decima octaua.

Quid ſit cauſa pia pro qua debet concedi Indulgentia?

Propoſ.1.

REſpondeo per tres propoſitiones,quarũ prima eſt,ꝙ omnis cauſa,ſeu omnis actus qui ex ſe abſolutè aut relatiuè conſideratus vergit in honorem ſeu in vtilitatē ſpiritualem aut temporalem Eccleſiæ eſt & dicitur cauſa pia conceſsionis Indulgentiæ. Ratio eſt,quia ſicut in policijs humanis theſaurus reipublicæ propter duo maximè rationabiliter expenditur,ſcilicet ad honorē Principis,vt fecit Aſſuerus,Heſter.1.vel ad vtilitatem totalem ſeu partialē cōmunitatis, vt pote quando dantur donatiua,ſeu brauia,aut munera militibus propter defenſionem , aut obſequium reipublicæ factum aut faciēdum, ſic etiam rationabiliter fit in propoſito,quomodocunque illa cauſa ſeu opus vergat in honorem Dei & vtilitatem Eccleſiæ abſolutè aut reſpectiuè, ratione circunſtantiarum, vt ſuprà in fine quęſtionis præcedentis, in reſponſione ad tertium argumentum ad ſecundam probationem antecedentis habetur . Secùs de alijs actibus qui nullo modo ſunt boni moraliter,nec ad honorem Dei,ſeu vtilitatem aliquam Eccleſiæ ex ſe aut ex circunſtantia,qualis eſt ludus prophanus comedere , bibere , & huiuſmodi indifferentia omnino aut vana,quæ rationabiliter ad Dei honorem & vtilitatem Eccleſiæ ordinari non poſſunt , neque ſunt grata Deo , quia talia non poſſunt eſſe cauſa pia Indulgentiæ vllo modo ex ſe,neq; ex circunſtantia,neq; propter Deum rectè fieri poſſunt,ex quo ei nullo modo grata ſunt,nec vtilia Eccleſiæ,vt etiā de hoc ſuprà quæſ.17.in ſecundo notabili aliquid habetur.Ideò illa quæ nullo modo ſunt promotiua honoris Dei, aut vtilia Eccleſiæ, nullam rationem cauſæ piæ habēt aut habere poſſunt ad Indulgentiam.

Et cum his concordát expresse Bonauen.in.4.dist.20. art.2.q.4. & beatus Tho. ea.dist.art.3.q.3.& cõmuniter doct. ¶ Sed vtrùm ad esse causam piam seu actũ pium requiratur ꝙ sit meritori⁹ aut moraliter bonus videatur de hoc infrà.q.22. ¶ Vbi etiam nota ꝙ tales actus pij cõmuniter sunt actus exteriores vergẽtes ad Dei honorẽ & vtilitatẽ Ecclesiæ, vt est visitatio, cõstructio, reparatio, institutio templorũ, vestimentorũ & vasorum sacrorũ, pontiũ, eleemosynarum, beneficiorũ proportionabiliter, & pro auditione, & prędicatione verbi Dei, & officiorũ diuinorũ, pro assistẽtia ad id & pro alijs eiusmodi possunt cõcedi Indulgẽtiæ, vt pro causa pia: quia hæc omnia ordinãtur mediatè vel immediatè ad spũalia, & Dei honorẽ & vtilitatẽ Ecclesiæ, vt dictũ est. ¶ Quòd si cõtra hoc arguatur ꝙ est symoniacũ dare spirituale pro tẽporali, sed Indulgentia quæ est remissio pœnarũ aut distributio thesauri spũalis Ecclesiastici est quid spirituale super naturale à Spiritu sancto, vt patet, exterior aũt actus eleemosynæ aut alteri⁹ operis prædictorũ est quid temporale & corporale & precio æstimabile, pro quo conceditur ipsa Indulgẽtia, vt patet, ergo nõ potest nisi symoniacè pro ipsis cõcedi & acquiri Indulgẽtia, ergo in ipsis nõ stat ratio causæ piæ. ¶ Respõdeo secundũ Tho. vbi suprà art. finali, concedendo maiorẽ solũ quando spirituale daretur principaliter vel finaliter pro temporali. Secùs aũt quãdo minùs principaliter, putà pro tẽporali, prout est mediũ seu ordinatũ ad aliquid spirituale. Nam cùm tẽporalia ad spiritualia ordinẽtur, & habeant connexionẽ in hac vita, ideò temporalibus ꝓpter spiritualia simul vtimur, & cùm sic facimus scilicet conferendo spiritualia pro tẽporalib⁹ ordinatis ad spiritualia, iam nõ pro tẽporalibus sed pro spiritualibus finaliter & principaliter facimus. Et sic negatur minor pro quanto ibi dicitur ꝙ pro temporali datur Indulgentia finaliter aut principaliter, datur enim pro temporali ordinato ad spirituale scilicet ad Dei honorẽ & vtilitatem Ecclesię, vt dictũ est. ¶ Sed contra hanc responsionẽ replicatur. Nam symonia est dare beneficium Ecclesiasticum pro subuẽtione pauperum, aut pro pecunia conuertenda in op⁹ fabricæ, & in alios pios vsus seu causas eiusmodi, vt est textus in ca. Ex multis.1 q.3 ergo non excusat à symonia ordinatio tẽporalium in finem spiritualem, vt sic pro eis possit Indulgentia conferri. Et quidem non est dubium quin Papa cõmitteret symoniam contra Ius diuinum si venderet In-

Bonauẽ.

Argum.

Respons.

dulgentias pro temporalibus ad spiritualia ordinatis quomodocunq;. ¶ Respondeo secundũ Adria. in. 4. in materia de Indulg. ꝙ Indulgentiæ nullo modo conceduntur pro temporalibus finaliter, neq; minus principaliter, neq; pro precio, putà non pro ea quotta pecuniæ, quæ eroganda decernitur in defensionem fidei & huiusmodi, sed pro pietate, scilicet in præmium boni affectus quo efficaciter cupiunt homines rem aliquam facere in Dei honorem & vtilitatem Ecclesiæ subueniendo pauperibus aut fabricæ &c. huiusmodi, iuxta modũ à Papa taxatum, & vt fideles animentur ad Dei honorem & vtilitatem Ecclesię procurandam eo modo & eo opere, quomodo à Pontifice per tales bullas proponitur. Et est simile de orationibus quas fundimus pro benefactoribus à quib⁹ capimus anniuersaria & distributiones. Et facit ad hoc Bonauentura vbi suprà qui post Alexa. Hall. dicit ꝙ non datur spi-

Bonauẽ. rituale pro temporali, sed commutatur maior pœna in minorem & residuum soluit pastor Ecclesiæ gratis de thesauro Ecclesiæ, vel dicitur secundò quòd non datur Indulgentia pro eleemosyna exteriori considerãdo datũ, sed fructum scilicet ꝙ ex radice bonæ aut piæ voluntatis procedit. Hæc Bonauen. Cuius vltimũ dictum concordare dicit Adrian⁹, & allegat pro sua responsione suprà dicta. Facit etiã pro hac responsione Adriani tenor multarũ bullarũ vbi dicũtur Indulgentiæ dari loco manualiũ distributionũ, & vt per eas fideles animentur ad opera pietatis & cultũ diuinũ, & ꝙ ideò Ecclesia nititur quodãmodo præueuire fideles mysticis mu-

Supple. neribus benedictionũ de thesauro Ecclesiæ &c. vt etiã hoc refert & cõcordat Supplemẽtũ Gabrielis in. 4. dist. 45. q. 3. art. 1. nota. 1. & art. 2. propo. 11. coroll. 8. & secundũ hoc debet intelligi prædicta responsio beati Tho. ¶ Quòd si me magis vrges, dicã tibi cũ Adriano in. 9. quodlibeto cõtra beatũ Tho. ꝙ cũ Symonia non sit nisi quando spirituale super naturale datur vel accipitur pro tẽporali tanq̃ pro precio, iam si Indulgentia non datur pro tẽporali subsidio seu opere pio tanq̃ pro precio, nõ est symonia quãtũcunq; detur pro eo finaliter seu principaliter. Si verò daretur pro eo tãq̃ pro precio etiã si minùs principaliter, vtiq; esset symonia: sicq; nõ concludit argumentũ vllo modo. ¶ Si dicas fortè Papa intendit tales pecunias ad alia prophana cõuertere, & symoniacè dare indulgentias, respondeo primũ ꝙ id de Papa nõ debet æstimari, dũ manifestè nõ cõstat. Itẽ dato ꝙ sic intendat Papa, tamẽ ex quo

pro

pro causa Indulgentiæ proponitur tale opus pium quod de se est etiã ꝓuocatiuũ fideliũ ad opera pietatis & ad cultũ diuinũ seu ad Dei honorẽ, & vt tale proponitur à Papa & assumitur à fidelibus volentib⁹ lucrari Indulgentiã per illud opus piũ sibi taxatũ, iam causa Indulgẽtiæ aut concessionis eius est pia: & quãuis intentio finalis concedentis esset impia, intentio tamen obiectiua proponens tale opus vt piũ ad lucrandũ Indulgentiã est de se pia & motiua, & directiua fideliũ ad opa pietatis, & sufficit vt sit causa pia ad concedendum Indulgentias, & ad eas lucrandũ, vt suprà etiã. q.17.in.1.notabili dictum est. ¶Secũda propositio. Pro actu omnino spirituali tantùm sicut & pro exteriori opere pio potest concedi Indulgẽtia, & talis actus tãtùm spiritualis est causa pia Indulgentiæ, etiã si non adsit actus exterior pius. Exemplificatur simul & probatur. Quia scilicet pro oratione interiori tãtùm sicut pro exteriore facta pro Papa, pro Ecclesia, pro defunctis, potest concedi Indulgentia aliqua: & similiter pro orantibus & contẽplantib⁹ coram tali imagine, vt patet ex practica Ecclesiæ, & quia tale op⁹ vergit ad Dei honorem & vtilitatem spiritualem Ecclesiæ, ergo est pium & causa pia Indulgentiæ. Inìò ait Durandus in.4.distin. 20.q.4.& Turrecremata in cap. Quod autem. & cap. Cum ex eo. de pœnit.& remiss. vt etiam dicit Supplementũ Gabrielis in 4.dist.45.q.3.art.2.propo.10.& Mayro.in tractat. de clauibus, & Caietanus in secundo quodlibeto, tractatu de Indulgentijs, & alij doctores: quod licèt sine causa pia non valeat Indulgentia, vt suprà q.17.dictum est, tamen potest concedi valida Indulgentia sine hoc quòd imponatur aliquod pium opus faciendum, seu aliquid dãdum. Sed quia fortè olim aliquid factum est ratione cui⁹ Papa dat rationabiliter Indulgentiam, vt contingit morientibus dari Indulgentiã, qui nec faciunt nec possunt tunc aliquid facere aut dare, neq; alij adsunt qui faciant pro eis aut si adsit, non tamẽ eis imponitur aliquid pro illis morientibus faciendum ad lucrandam talem Indulgentiam, etiam sæpe Papa concedit præsentib⁹ vel euntibus ad sermones absolutionem seu Indulgentiã aliquã pœnarũ, non imponẽdo eis aliquid dandũ seu agẽdum, sed solũ quia habent seu habuerunt fidem aut deuotionẽ & reuerentiã ad sacramenta seu claues Ecclesiæ & huiusmodi, quod videtur habere rationem causæ piæ. Et meritò, nam prædicta fides seu deuotio præsens, futura aut præterita propter quã conceditur Indul-

Propo. 2.

Turrecr.
Mayro.
Caietan.

gentia vergit ad Dei honorem & salutem aliorum seu vtilitatem Ecclesiæ, ex quo inde fideles ad similia & alia pia opera prouocantur, ergo habet rationem causę piæ pro qua concedatur rationabiliter Indulgentia proportionata, vt patet ex dictis. Cũ quibus etiã concordat Palud. in. 4. dist. 20. q. 4. art. 1. & facit Matth. 8. & 9 & 15. & Luc. 7. & . 18. vbi Christus propter fidem & deuotionem pe-

Matth. tentium misericordiam fecit & miraculum. ¶ Propositio tertia.

Propo. 3. Etiam si talis pius actus spiritualis aut corporalis sit obligatorius potest pro eo, vt pro causa pia concedi Indulgentia. Patet. Quia oratio pro Ecclesia tẽpore necessitatis, subuentio pauperũ, redẽptio captiuorũ, defensio & prędicatio fidei, defẽsio Ecclesiæ ab infidelib⁹ tẽpore necessitatis sunt obligatoria ex lege diuina, vt supponitur, & tñ pro ipsis actibus, vt libentiùs & meliùs fiant possũt cõcedi, sicut & de facto cõcedũtur Indulgentiæ per Papã & Ecclesiã. Ergo similiter Papa potest cõcedere Indulgẽtias Principibus Christianis inter quos sunt bella Ecclesiã fatigãtia & iniusta ex causa, vt ad pacẽ redeant, vt restituãt terras malè vsurpatas, vt remittant iniurias & huiusmodi. Item pro communicando & cõfitendo die Paschæ aut alio tempore, quo aliàs de Iure tenentur Christiani, vt patet ex practica Ecclesiæ. Nam licèt opus pro quo conceditur Indulgentia sit priuilegiatum ad hunc sensum, ꝙ scilicet per id acquirimus Indulgentias & non per aliud, non tamẽ est nec requiritur ꝙ sit priuilegiatum ad hunc sensum, ꝙ scilicet debeat esse de consilio aut supererogatorium aliquo modo. ¶ Si contra hanc propositionẽ arguatur ꝙ Bonauẽtura in. 4. q. 20. art. 2 q. 4. dicit ꝙ nec pro opere spirituali putà pro orando pro Eccle-

Bonau. sia, pro pace, & huiusmodi, nec pro opere aliàs necessariò vt pro remissione iniuriarũ & huiusmodi, neq; pro ingressu religionis & huiusmodi conceduntur, neque debent concedi Indulgentię, neq; ista considerat concedens Indulgentiam, sed pro opere pœnali voluntario indigentis tali Indulgentia, respondeo, ex hoc di-

Syluest. cto Bonauenturæ ecce Syluestrina titul. Indulgentia. q. 6. liberè dicit quòd pro remissione iniuriarum & huiusmodi obligatorijs non potest concedi Indulgentia, quódq; sic sensit Bonauẽ. vbi supra. Sed certè ipse Syluester nõ benè intellexit illum, quia vbi suprà, solùm dicit ꝙ pro eiusmodi obligatorijs, & alijs suprà dictis ab eo nõ solent neq; debẽt cõcedi Indulgẽtiæ, neq; illa cõsiderat cõcedẽs Indulgentiã, cũ quo stat ꝙ potest cõcedi Indulgẽtia pro illis

illis, & poteſt illa conſiderare concedens Indulgentiam, vt probatum eſt. Et quidem tempore ſuo loquutus eſt Bonauentur. vbi talis vſus vigebat, nunc autem viget vſus, vt etiam pro prædictis concedantur Indulgentiæ, vt patet. Ergo ſicut nunc abundat miſericordia & gratia Indulgentiarum etiam de non iniunctis pœnitentijs, ita & pro operibus ſpiritualibus etiam obligatorijs, etiã religioſis viris in ſtatu perfectionis conceduntur Indulgentiæ, & licèt non concederentur non per hoc tollitur quin poſſent concedi, vt dictum eſt, & ſic concordat & dicit Summa Angel. titul. Indulg. §.15. ¶ Ex omnibus ſuprà dictis inferuntur tria corollaria. Primum ſecundum Adrianum in. 4. de Indulgentijs, ꝙ quando Indulgentiæ concedũtur pro viſitatione alicuius Eccleſiæ cauſa pia talis Indulgentiæ non eſt ſola præſentia aut viſitatio corporalis, vt quidam ſtultè opinantur, quia illa non vergit in Dei honorem aut vtilitatem Eccleſiæ, ſicque non eſt cauſa pia: ſed cauſa pia talis Indulgentiæ eſt deuota viſitatio, quia hæc eſt ad Dei honorem &c. Hæc ille. Et per deuotam viſitationem aut præſentiã intelligitur etiam fidelis & proteſtatiua fidei & obedientiæ Eccleſiæ actualiter ſeu virtualiter ex ſe aut ex genere ſuo aut ex circunſtantia ſeu relatione aliqua, vt ſuprà propoſitione prima in reſpõ. ad tertium argumẽtum, & ſuprà in fine quæſtionis præcedentis, ſecundum Caiet. dictum eſt. Niſi aliquid aliud ſpecialiter per deuotam viſitationem Eccleſię aliquando ſuperaddatur requiſitum ad lucrandum aliquam Indulgentiam ex tenore conceſsionis, putà dicendo cum feruente deuotione cordis viſitauerit, aut cũ deuotione viſitauerit & huiuſmodi, tunc enim vltra fidelem viſitationem requiritur deuotio cordis ſeu voluntatis ſecundum tenorem conceſsionis. Ideò ſi illa Eccleſiæ viſitatio ſit ſolùm corporalis, ſicut viſitatio plateæ aut alterius domus ſeu fori non procedẽs aliquo modo ex fide ſeu pietate, nec aliquid cauſæ piæ ad Dei honorem ſeu vtilitatem Eccleſiæ continet vllo modo in ſe, vt dictũ eſt, non eſt cauſa pia Indulgentiæ alicuius. ¶ Secũdò infertur, ꝙ cauſa pia ad lucrandum Indulgentias conceſſas bibentibus poſt prandium, ſi quæ ſunt vt vulgo feruntur, non eſt bibere poſt prandium: quia hoc nec ad Dei honorem nec ad vtilitatem Eccleſiæ vllo modo facit, nec eſt bibere tunc propter Deum, quia talis actus ſicut ludus aut alia eiuſmodi prophana nullo modo ex ſe aut ex circunſtantia ſunt ſecũdum rectam rationem referibilia in Dei

Corolla. 1.

Coroll. 2.

honorem aut vtilitatem Ecclesiæ, ſicut nec alia vana aut ſuperſtitioſa. Sed cauſa pia eſſet benedictio menſæ ſeu gratiarum actio poſt prandium aut potationem aut tali tempore oratio, qua facta etiam ſi non potaretur lucraretur quis Indulgentiam talem, propter id conceſſam. Patet ex dictis & ſuprà. quæſt. 17. in ſecũdo notabili.

Coroll. 3. ¶Tertiò infertur ꝙ benè valent Indulgentiæ conceſſæ dicentibus Pater noſter, per calculos oratorios intra latitudinẽ cauſæ piæ. Eſt enim cauſa pia orare per illos, quia ibi eſt profeſsio fidei & obedientia ſeu deuotio ad Eccleſiam & eius claues quæ nõ ſunt in oratione per alios non benedictos, nec aſsignatos per habentem auctoritatem ad id. Item quia illi calculi habent rationẽ ſacramentalium. Quod patet. Quia cum in Eccleſia ſint quædã ſacramentalia, quæ licèt per ſe non conferant gratiam, neque venialia remittant, tamen ad id conferunt accedente deuotione fidelium, & ad remiſsionem pœnarum pro peccatis iã quò ad culpam dimiſsis debitarum, idque ex Papæ vel Eccleſiæ inſtitutione, vt eſt aqua benedicta. Nam eius aſperſio deuota eſt actus religionis & pœnitentiæ virtualis, & ideo peccatum veniale dimittit, & pœnam debitam in toto vel in parte ſecundum deuotionẽ ſuſcipientis ſecundum Tho. in. 4. diſt. 16. quæſt. 2. articu. 2. quæſtiuncula. 4. & in tertia parte. q. 65. art. 1. ad. 6. & 8. & q. 87. arti. 3. quæ ſi non eſſet benedicta nec per Eccleſiam inſtituta vt ſacramẽtale quoddam, certè talis aſperſio non eſſet actus religionis, nec deuotionis, nec pœnitentiæ virtualis, nec haberet prædictum effectum, & idem iudicium eſt de exorciſmis Eccleſiæ habentibus ſuos ſpeciales effectus ſpirituales. Nunc autem ad efficiendum aliquid ſacramentale nil refert cuius materiæ ſit, vt patet in varietate ſacramentalium, ergo Papa poteſt calculos oratorios vel imagines Agnus Dei & huiuſmodi efficere ſacramentalis: & ergo actus deuotionis ad eos erit Dei cultus & religio & profeſsio Dei. Et cognito quòd ad remiſsionem pœnarum peccatorum iam ſint ſacramentales effecti, certè oratio eis mediantibus facta & hoc fine, eſt quædam pœnitentia virtualis & ex conſequenti illi calculi ſacramentales cooperabuntur ad illarum pœnarum remiſsionem maiorem, quàm ſi non talis religionis & deuotionis actus concurreret cum oratione per alios calculos non ſacramentales emiſſa, & quàm ſi eadem oratio non eo fine fieret & deuotione. ¶Si dicatur quòd illi calculi oratorij non

ſunt

ſunt ſæpe benedicti, ſed ſolùm electi vel tacti etiam per aliquem ſæcularem etiam per mulierem ſecundum Papæ conceſsionem reſpondeo, id nihil obſtat. Quia ſicut materia ſacramentalium non eſt limitata, ita nec forma ſeu modus efficiendi ea ſacramentalia, vt patet in ca. Aqua. de conſecra. Eccleſiæ vel altaris. Vbi reconciliatio Eccleſię quæ nulla eſt iudicata per ſolam tollerantiam & voluntatē Papæ pro reconciliatione habita eſt, vel propriùs loquendo Eccleſia aliàs non reconciliata voluntate ſola Papę eſt reconciliata. Reconciliatio autem ſpecies ſacramentalium eſt, & beatus Thomas in tertia part. q.87. articul. 3. quamlibet orationē ad hunc effectum dedicatam ſacramentalem dicit, ergo quouis modo Papa vel Eccleſia eiuſmodi calculos oratorios vel imagines, vel aliud quoduis pro ſacro nobis obtulerit, & quouis modo dedicauerit actu vel officio ſpirituali ad conſimilem effectum, talis reuerentia erga ſic oblata & offerentis auctoritatem à Chriſto manantē eſt diſpoſitio, qua oratio fiat Deo acceptior, & pro peccatis magis ſatisfactoria etiam ex genere ſuo, & conſequenter conuenientior eſt, vt eius cauſa & intuitu maiores concedantur Indulgentiæ. ¶ Ideo & reuerenter ſuſcipiendæ ſunt, licèt aliquantulum prodigæ videantur, tum quia vt dictum eſt, maxima eſt latitudo diuinæ largitatis & miſericordiæ in huiuſmodi, tum etiam quia & ſi ſuper excedant, tamen vtile per inutile non vitiatur, vt ſuprà. q.17. dictum eſt. ¶ Et in dictis in hoc tertio corollario concordat ſatis doctus pater frater Barnabas à Roſalibus de ordine Sancti Hieronymi, à quo & id ego deſumpſi, neque enim ille ſua gloria fraudandus eſt. *b. Thom.*

Quæſt.

Quæstio decima nona.

Vtrùm eo ipso quòd in bulla Papali exprimitur aliquid pro causa talis Indulgētiæ sit censenda rationabilis causa ipsius Indulgentiæ coram Deo & Ecclesia.

Quest.19 RESpondeo per duas propositio-
nes, quarum prima est q̄ debet rationabilis
Propo.1. præsumi & iudicari in foro Ecclesiæ dum de
eius irrationabilitate notabili non cōstat ma
nifestè. Quia sicut sententia iudicis præsumi-
tur iusta & rationabilis, nisi de opposito con
stet sufficienter & manifestè, vt dist. 40. cap.
Non nos, cum gloss. & secundum omnia Iura, ergo similiter in
proposito, & in dispensationibus Papalibus per eandem ratione,
vt etiam de hoc suprà. q. 17. in corollario dictum est, in quo non
Propo. 2. est dubium. ¶Secunda propositio. Quò ad Deum non omnis
causa in bulla expressa est rationabilis & sufficiens ad tantam In-
dulgentiam nisi verè aut secundum probabilitatem moralem, sit
talis. Probatur primum. Quia in huiusmodi rebus facti particu-
laris potest Papa errare aut malè agere ex ignorantia, fragilitate,
seu malicia, sicut in alijs similibus actibus particularibus absolu-
tionum, dispensationum, concessionum, & commutationum tā
in temporalibus quàm in spiritualibus bonis administrandis, &
sententijs Ecclesiasticis ferendis. Sicque licèt non possit errare in
remissiōe peccatorum, ita q̄ cui rationabiliter aut efficaciter pec
cata remiserit, nō sint remissa, benè tamen potest errare in vsu cla
uium, putando aut tentado remittere, vbi non potest propter de-
fectum causæ aut alterius requisiti: sicque potest errare clauis quò
ad vsum tam in sacramēto quàm extra. Claue autem errante Deus
non acceptat secundum communiter doctores & veram doctri-
nam Ecclesiæ, ergo. Neque est recurrendum ad assistētiam Spi-
ritus sancti in ijs ne permittat Papam errare. Nam vt patet ex di-
ctis

ctis & ex practica communi, sæpiùs in huiusmodi actionibus particularibus errauit & errat Papa malè absoluendo, aut dispensando ex non legitima causa, ei relata vt legitima &c. Imó in maiori causa permisit Spiritus sanctus errare Papam aliquando, scilicet in causa spectante ad matrimonium, de qua habetur extra. de sponsa. duorum. ca. Licet. Vbi Alex. 3. dicit, quamuis aliter à quibusdá prædecessoribus nostris sit aliquando iudicatum &c. quod longè plus est quàm dare Indulgentias indiscretas ex causa: vt patet. Tú quia erat causa sacramentalis, tum quia iudicialiter actum est, ergo. ¶ Nec obstat quod accessus ad Indulgentias, & earum susceptio sit quædam Christianæ fidei professio: & per consequens in his quæ tangunt fidem non potest Papa vel Ecclesia Romana errare, sicut nec in canonizatione sanctorum propter eádem causam secundum Tho. nono quodlibeto art. 16. Nam respondeo quod accessus ad Indulgentias in generali est professio fidei Christianæ, sicut & adoratio hostiæ, non autem in particulari. Volo dicere quod fides Christiana eo modo quo est de Indulgentijs, non est de hac vel de illa Indulgentia: sed sicut fides nostra circa sacramentú eucharistiæ est quod sub hostia ritè consecrata, continetur corpus Christi, non autem quód ista hostia est consecrata, neq; quod sub hac hostia quæ proponitur adoranda est corpus Christi, ex quo vtrunq; potest esse falsum, quod fidei Christianæ subesse non potest saltē directè & per se seu immediatè: ita circa Indulgentias (non curando pro nunc quo modo expectent ad fidem) fides nostra est quod Indulgentia ritè cōcessa est valida, & non spectat ad fidem an ista Indulgentia sit ritè concessa & valida, an ista causa eius sit rationabilis & sufficiens. Et simile est de alijs similibus singularibus quæ non spectant ad fidem, sed ad humanam opinionem seu credulitatem quę est de his singularibus & potest falli, vt dictum est. Canonizatio autem sanctorum licèt sit particulare factum in se, est tamen commune quò ad vtilitatem seu damnum Ecclesię, ex quo pertinet ad cultum diuinum, & imitationē vitæ Christianæ, ideó ibi est specialis & signata professio fidei, & Papa & Ecclesia specialiter de illo facto seu sancto agens quod in se est committēs reliquú speciali Dei gubernationi, decernit ibi esse sanctitatē imitádam & potestatiuam fidei nostræ: ideò id pertinet ad fidem & bonos mores & ibi nō potest errare, vt latiùs & pulchrè agit Ambros. Catharinus in tractatu de gloria sanctorum secundum Tho. *Catharinus.*

vbi suprà, licèt Caiet. in tractatu de Indulgētijs q̃sito. 2. & alibi sępiùs quò ad canonizationē sanctorū dicat oppositū. Ergo quātū attinet ad Indulgētias dicēdū est ꝙ accessus ad Indulgētias in cōmuni est quidē protestatio fidei: accessus aūt ad hác indulgentiā particularē sicut adoratio huius hostiæ procedit ex fide tanquā ex causa remota & ex humana credulitate huius hostiæ seu Indulgētiæ huius huius causę & huiusmodi tanq̃ ex causa ꝓxima, & quia effectus sequitur cōditionē causę proximę, sicut cōclusio minorē, seu infirmiorē præmissā, ideo potest cōcursus iste seu iudiciū hoc falli absq; detrimēto fidei Christianæ tā in Papa, quā in alijs, vt dictū est. ¶ Ergo quò ad Deum non erit causa rationabilis & sufficiens ad talem Indulgentiā, nisi verè aut probabilitate morali sit talis. Tunc enim censetur quò ad Deum rationabilis causa pia, sicut ad dispensandum in votis aut iuramentis, & ad remittendum pœnas peccatorū in sacramēto virtute clauiū sufficit causa rationabilis probabiliter iudicata talis, & tunc Deus acceptat ac si verè esset causa rationabilis vt suprà. q. 4. secūdum Scotum & alios communiter doctores dictū est & in hoc specialiter concordat Gerson alpha. 34. litera. A. in tractatu de Indulgentijs consider. 9. vt suprà. q 17 in Corollario habetur. Vbi dicit ꝙ non requiritur certa & euidens notitia causæ sed existimatio bonæ fidei & probabilis coniectura moralis requiritur & sufficit sicut in dispensatione thesauri materialis de fisco regio vel Ecclesiastico Papa vel Rex, aut alius cuius est dispensare rationabiliter animaduerteret, & concordat Supplementum Gabrielis in. 4. dist. 45. q. 3. not. 1. & Caieta. vbi suprà. ¶ Sed quò ad prędicta dubitatur vtrùm sit causa rationabilis ad tantam Indulgentiam illa quę in bullis quę nūc communiter circunferuntur, exprimitur per Papā, vbi dicitur, ꝙ quicunq; siue diues siue pauper dederit duos nummos argenteos pro tali necessitate seu pia causa Ecclesiæ, & huiusmodi lucretur illā totā Indulgentiā plenariā. ¶ Respōdeo hic est duplex modus dicendi. Primus ꝙ nō est rationabilis neq; sufficiens causa respectu omniū indistinctè ad tantā Indulgentiā, & per cōsequēs ꝙ nō omnes ęqualiter lucrātur illā Indulgentiā corā Deo, vt loquimur nūc. Ratio, quia nō respectu cuiuslibet est æquè sufficies & rationabilis causa ad tantā Indulgentiā, vt patet. Quia minus est valde diuiti dare duos argenteos q̃ pauperi dare duos obolos. Neq; Papa in talibus bullis intēdit ꝙ æqualiter valeat omnibus dantibus duos

Scotus. *Dubium* *Responsio*

duos argẽteos siue diues siue pauper sit, quod patet. Quia ante. 20 vel. 30 annos retroactos maius subsidiũ imponebatur nobilibus q̃ alijs in bulla, sed postea isti quæstores & negociatores Cruciatæ experti ꝙ nobiles non recipiebãt Indulgẽtias, petierũt à Papa, vt faceret meliorẽ forũ, sicq́; propter eorũ improbitatẽ Papa concessit, sed cautè cũ hac limitatione. s. in forma antiqua & quantũ claues Ecclesiæ se extendunt, vt patet in originali. Ex quo patet ꝙ nõ intẽdit nos decipere, nec concedere vltra quàm potest, nec ꝙ ęqualiter omnibus valeat. Sed isti quęstores nõ curãt de hac clausula quia clauderet bursam. ¶ Alio modo potest dici, ꝙ licèt priuatim nõ possit dari tãta Indulgẽtia plenaria Regi pro duobus argenteis, sicut vetulæ pauperi, vt dictũ est, tamẽ per cõcessionẽ cõmunẽ bene potest, quia causa est sufficiẽs in cõmuni, & simpliciter, quæ nõ est in particulari cõcessione vel respectiuè. Sicut quãdo cõmuniter cõceditur eadẽ Indulgentia omnibus visitantibus limina Apostolorũ in anno Iubilei vel alio tẽpore, tunc est causa rationabilis in cõmuni quò ad omnes, & quilibet de prope & de longe visitans, robustus & sanus, debilis & infirmus, lucratur illã Indulgentiã. Sic in proposito de eleemosyna & ieiunio & oratiõe cõmuniter oĩbus impositis ꝓ lucrãda Indulgẽtia videtur dicẽdũ, quia cũ tali circũstãtia, vt. s. cõmuniter fiat ab oĩbus, videtur esse causa sufficiẽs, quæ sine hac circũstantia nõ esset sufficiens. Sicut etiã leges ex causa communiter rationabili, & cõmuniter manẽtes sunt iustæ & obseruandæ, etiã ab ijs, si commodè possunt, apud quos in particulari tantũ cessat illa causa secundũ cõmuniter doctores, vt de hoc etiã Richardus in. 4. ergo sic videtur dicendũ in proposito secundũ hanc opinionem quę videtur pia & probabilis. ¶ Credo tamẽ ꝙ licèt sit causa sufficiẽs in cõmuni & simpliciter, vt dicit hæc opinio, nõ est tamẽ sufficiẽs respectiuè ad ꝑsonas oẽs particulares, putà ad valde diuites ad oẽm illã Indulgentiã lucrãdã, vt sonat. Sicut lex valẽs in cõmuni nõ habet vĩ obligãdi illũ in quo omnino cessat tota ratio legis putà pro tẽpore necessitatis & huiusmodi, sicq́; videtur ꝙ solũ lucrabũtur de illa Indulgẽtia diuites quatenùs accesserint ad ꝓportionẽ causæ sufficiẽtis respectu ipsorũ dando eleemosynã vt infrà. q. 26. latiùs habetur. *Richar.*

¶ Cõtra secundã propositionẽ suprà positã arguitur quadrupliciter. Primò quia ex hoc sequeretur ꝙ ꝑdicatio Ecclesiæ esset falsa. *Argu. 1.* Secundò ꝙ doctrina Ecclesiæ Romanæ periclitaretur. Tertiò ꝙ *Secundũ* *Tertium*

deci-

deciperetur populus Christianus ab Ecclesia, si in veritate non lu
craretur illam Indulgentiam coram Deo ex illa causa, vt sonat.
Quartũ. ¶Quartò quia iam non valeret Indulgentia quantũ sonat. ¶Res-
Respõsio pondeo ad primum negando sequelam. Pro quo nota ꝙ prædi-
ad primũ catio Ecclesiæ quò ad hoc & alia eiusmodi tripliciter se habet. V-
Nota. no modo narratiuè prout. s. narrat contenta in ipsa bulla, & hic
nulla est falsitas, quia narratio est vera. Secundo modo doctrina-
liter docendo opiniones doctorum, & sic potest prædicare falsa,
si opinio prædicata est falsa. Et ideo ad præseruandum prædica-
tionẽ Ecclesiæ ab huiusmodi falsitate, debent prædicatores, quia
nomine Ecclesiæ ex officio prædicant ad populum, non assertiuè
sed expresse dicere ꝙ opinatiuè aut recitatiuè dicunt, aut prædi-
cant. Alioqui tanquam assertiuè dictum nomine Ecclesię sicut a-
lia quæ prædicãt, intelligitur prædicatum quod si sit falsum, me-
ritò puniuntur vt falsarij: quia nomine Ecclesiæ falsum prædicãt
quod ipsa non prædicat, nec prædicandum exhibuit, sed opinan
dum tantùm, & vt opinatum esse declarãdum. Tertio modo do-
ctrinaliter docendo vt doctrinam fidei vt talem, & sic non est pe
riculum falsitatis in prædicatione Ecclesiæ huiusmodi. Quia si-
cut fides non se extendit ad istam particularem Indulgẽtiam, aut
istam causam Indulgentiæ istius, ita nec doctrina Ecclesiæ se extẽ
dit ad istam Indulgentiam aut istam causam nec ad hæc singula-
Respõsio ria, vt suprà dictum est, ergo. ¶Ad secundum argumentum res-
ad secun- pondeo id negando. Nam aliud est loqui de doctrina Papæ aut
dum. Ecclesiæ Romanæ, quæ vt dictum est non potest errare aut peri-
clitari in rebus fidei & morum: aliud de operibus eiusdem, vt pa-
tet, in quibus potest esse error facti & peccatum Papæ, vt suprà di
ctum est. Nunc autem doctrina Papæ & Ecclesiæ est Indulgẽtias
non nisi ex rationabilibus causis dari, vbi etiam continetur quòd
debet esse causa sufficiens, vt suprà. q. 17. probatum est. Factũ au-
tem quod in bullis Indulgentiarum continetur, si quandoq; peri
clitaretur, non ideo doctrina Ecclesiæ periclitatur, ergo. ¶Ad
Respõsio tertium argumentum respondeo id negando. Dico enim, ꝙ po-
ad tertiũ pulus in huiusmodi, non decipitur ab Ecclesia, sed vel à propria
credulitate, aut ab humanis opinionibus, aut ab indiscreto facto
dantis Indulgẽtiam, aut ab omnibus simul: sicut etiam potest de-
cipi adorando hostiam non consecratam in missa. Nam ad do-
ctrinam Ecclesiæ non spectant hęc singularia facta, vt suprà dictũ
est

est, & suprà. q. 17. in responsione ad tertiam probationem antecedentis tertij argumenti. ¶ Ad quartum argumentum respondeo negando illud simpliciter. Dico enim quod illa communis sententia intelligitur tripliciter. Vno modo negatiuè, sic scilicet quòd Indulgentiæ non plus valent quàm sonant. Nam videtur hæc communis sententia diuulgata ad excludendas extensiones Indulgentiarum, vtpote fauorabilium ad ea quæ sub earum tenore nõ continẽtur, vt sciatur quod ad hoc sunt stricti Iuris, vt suprà. q. 7. in responsione ad primum argumentum habetur. Alio modo intelligitur & est vera illa communis sententia quòd valẽt quantum sonant, supposito quòd sint ritè concessæ ex causa sufficiente & alijs requisitis, vt suprà quæst. 17. in responsione ad tertium argumentum, & ad tertiam probationem ibi positã habetur. Tertio modo quòd illa sententia est simpliciter vera in foro exteriori seu Ecclesiastico in quo statur præsumptionibus Iuris, nisi oppositũ constet, vt suprà propo. 1. habetur, & est etiam vera ad tollendum obligationem Ecclesiæ implendi pœnitentias iniunctas à confessore, quia iam per tales Indulgentias etiam omnino inualidas coram Deo, si sunt cõcessæ per Papam, vel per concilium, aut per habentem eius autoritatem ad id, deobligatur quis ab eis implendis in hac vita, quia Princeps potest tollere præceptum & obligationẽ inferioris, & Papa vt Princeps potest tollere omnẽ obligationem ex solo iure humano consurgentem. Quò ad Deum autem non valet talis Indulgentia, nisi secundum proportionem causæ sufficientis, vt suprà hic & quæst. decima septima sæpe dictum est.

Respõsio ad. 4. argumẽtũ.

Quæstio vigesima.

Quæ requirantur & sufficiant ex parte lucrantis Indulgentiam ad eam lucrandam?

RESpondeo quòd ex parte lucrātis Indulgentiæ requiruntur & sufficiunt duę conditiones, vt Indulgentia valeat ei quantum sonat. Prima conditio est φ sit in statu gratiæ. Secunda φ adimpleatur id quod & quomodo imponitur faciendum ad lucrandum talem Indulgentiam. *Prima ꝓpositio.* Ista propositio est communiter doctorum tam Canonistarum quàm Theologorū.

¶ Et probatur primò φ requiratur status gratiæ. Quia secundùm Thomam in. 4 dist. 20. & in addi. 3 partis. q. 27. arti. 1. & Gerson *Gerson.* in tractatu de absolutione sacramentali & de Indulgentijs & communiter doctores, Indulgentia solùm valet ad remissionem pœnarū temporalium Deo debitarum pro peccatis iam quò ad culpam dimissis, vt habetur suprà. q. 6. ergo manente culpa mortali aut eius reatu non prodest remissio pœnarum per Indulgētias, ergo requiritur status gratiæ cui est incompossibilis reatus mortalis de lege, & non est status medius, vt patet, ergo. Item quia secundū Adrianum in materia de Indulgentijs conclusione tertia contra intentionem Christi & sanctorum nulli possunt eorum opera satisfactoria communicari. Sed Christus & sancti operati sunt illa & noluerunt, nisi ad vtilitatem sanctorum membrorum Christi, non autem membrorū diaboli cuiusmodi sunt existentes in mortali applicari, ergo. Et ad hoc idē facit extrauagās Cle. 6. Vnigenitus. de pœniten. & re. & cap. Tres sunt. de pœnitent. distinct. 3. & autoritates quæ recitantur suprà. q. 3. & etiam. quæst. 6. per totum ibi vide. Sed an existens in mortali possit pro alijs existentibus in gratia lucrari Indulgentias infrà dicetur, q. 23. propo. 3. ¶ Quod etiam requiratur secunda conditio, scilicet adimpletio eius quod

&

& quomodo taxatur, probatur secundum Tho. vbi suprà. quæst. 27. art. 3. & Palud. dist. 20. quæst. 4. articu. 3. & communiter doctor. quia non existente conditione non consequitur quis id quod sub tali conditione & modo datur, ergo cum Indulgentia concedatur sub tali modo aut cõditione ꝙ scilicet fiat hoc vel illud hoc aut illo modo, sequitur ꝙ si illud eo modo non fiat, non cõsequitur quis Indulgentiam quæ non alio modo conceditur. Et hoc est verum ex quacunque causa quis omittat facere ex infirmitate, paupertate, & huiusmodi. ¶Neque in beneficijs Principis voluntarijs, & sic conditionatis & modificatis voluntas reputatur pro facto. Voluntas enim pro facto coram Deo reputatur quò ad essentiale præmium, secùs quò ad accidentalia præmia seu beneficia, secùs etiam quó ad homines, & ideò nisi forma Indulgẽtiæ id habeat non potest vnus pro alio eam lucrari, vt infrà de hoc. q. 23. latiùs habetur: quia quò ad hoc est stricti Iuris, & non valet vltra quàm sonat, vt suprà dictum est, quæst. 19 in responsione ad quartum argumentum, & suprà. quæst. 7. in responsione ad primum argumentum. ¶Et adeò hoc est verum, quòd secundum Florentinum. 1. par. Sum. titul. 10 cap. 3. §. 4. & Palud. vbi suprà, non sufficit partem adimplere, vt quis lucretur partem Indulgentiæ, sed aut totum & eo modo quod & quomodo imponitur aut nihil. Exempli gratia. Si quis ex forma Indulgẽtiæ teneatur quinq; dies intra annum ieiunare & orare quinquies Aue Maria, & ex negligentia aut impossibilitate non nisi tres dies ieiunat, aut omittit Aue Maria, non consequitur illam Indulgentiam, nec partẽ eius ex vi Indulgentiæ, quàmuis aliunde ex ipso bono opere mereatur, aut satisfaciat æquè vel ampliùs, vt oportet. ¶Item qui iturus vltra mare se accingit ad lucrandum Indulgentiam secundũ formam concessionis, si moriatur in via, non consequitur illam. ¶Quòd si daretur Indulgentia omnibus sumentibus Crucẽ contra infideles, & quantum in se est vadit in expeditionem terræ sanctæ, iã eo ipso quo Crucẽ assumit & se exponit expeditioni ꝑdictę si moriatur in via, eã lucratur. ¶Quòd si cõcedatur trãsfretãtibus, tunc non lucratur eam nisi vltra mare transfretet. ¶Quòd si dicatur, euntibus in terram sanctam, tunc moriens in via illam consequitur. Imò & dum iter agit in terram sanctam viuus lucratur eam, dum est in statu gratiæ. ¶Si autem quis sumendo Crucem non intendit ire nisi dominus suus vadat, cum quo intendit ire iã

illo domino mortuo aut nolẽte ire, non tenetur ille alius ire, quia deficit conditio intenta sub qua tacitè se obligauit, sed tale eius propositum conditionatum eundi in terram sanctam non sufficit ad illam Indulgentiam lucrandam si interim moriatur, quam tamen lucraretur cum proposito absoluto eũdi sumendo Crucem, vt forma bullæ concedit sumentibus Crucem, vt suprà dictũ est. Hæc Palud. ¶ Et ratio horum omnium est, quia sic sonat tenor concessionis, qui est maximè attẽdendus. ¶ Vnde fit ꝙ quia antiquirùs concedebatur Indulgentia plenaria sub hac forma, scilicet sumentibus Crucem euntibus vltra mare cum effectu, vt dicit Hostien. extra. de Iudæis. cap. Ad liberandam, ideo Bonauentura. in. 4. dist. 20. quæst. 4. articu. 2. dicit quòd qui non vadit vltra mare, non lucratur illam Indulgentiam sumendo solùm Crucem aut proponendo ire, & incipiendo iter, quia non intelligitur dari pro sola bona voluntate, sed pro effectu, scilicet transfretationis. Nunc autem quando antiqua forma in mitiorem mutata est & quotidie variatur, standum est tenori & formæ concessionis Indulgentiæ, & sic agendum est ad eam lucrandum, vt dictum est.

Hostieñ. *Bonauẽt.*

¶ Quæ omnia sunt vera & intelliguntur quando id quod imponitur est quid determinatum aut signatum, similiter & modus faciendi determinatus. Quòd si indeterminatè quid imponatur agendum pro lucranda Indulgentia dicendo qui orauerit, aut visitauerit deuotè talem Ecclesiam, tũc vtrùm quilibet quomodolibet orans, aut quacunque deuotione visitans talem Ecclesiam, lucretur totam illam Indulgentiam, aut partem tãtùm, magis aut minùs, secundum quód magis aut minus implet & accedit ad illam causam Indulgentiæ, latiùs habetur infrà. q. 26. & quæst. 29.

¶ Et sic patet quod & quomodo requirũtur illæ duæ conditiones, vt habet prima propositio. Quòd autem sufficiant infrà. q. 27. latè habetur de hoc. Cõtra primam conditionem arguitur. Quia qui est in gratia potest mereri alteri etiam existenti in mortali gratiam & multa alia bona spiritualia & tẽporalia & pœnarum releuationem. Sed Indulgentiæ habent efficaciã ex hoc ꝙ satisfactiones Christi & sanctorum applicantur huic, ergo habent effectũ etiam in illo qui est in mortali, saltẽ quò ad pœnas debitas pro suis peccatis iã aliàs quò ad culpã dimissis, pſertim, si vt supponitur, Papa ex proposito velit concedere Indulgentias etiã talibus existentibus in peccato mortali, vt eis valeant quantum valere

lere possunt. Antecedens patet & supponitur, pro vtraque parte. ¶ Consequentia autem probatur. Quia si existẽs in mortali potest satisfacere pro suis debitis pœnarum pro peccatis iam quò ad culpam dimissis secundum opinionem Scoti & sequacium, quã hic suppono, ergo multò meliùs valebit satisfactio Christi & sanctorum per Indulgentias applicata existenti in peccato mortali, quò ad pœnas debitas pro peccatis iam quo ad culpam dimissis. Patet consequentia. Quia validior & gratior est apud Deum satisfactio & opus amici iusti tam pro se quàm pro alio quàm opus aut satisfactio inimici. ¶ Quòd si non admittatur opinio præsupposita, sicut nec eam admittunt Thomistæ & alij, tunc alio modo probatur prædicta consequentia. Quia si peccator pro se ipso per sua bona opera, licèt non meritoria gloriæ, similiter & homo iustus pro alijs existentibus in mortali, per sua bona opera satisfactoria & meritoria meretur saltem de congruo, seu impetrat bona spiritualia & temporalia & releuationem seu liberationẽ à malis tẽporalibus huius vitæ quò ad corpus & animã, peccator quidem pro se, iustus autem pro alio etiam existente in mortali secundum communiter doctores, ergò & talia opera valent eodẽ modo & eadem ratione ad impetrandum seu merendum de cõgruo remissionem pœnarum temporalium Deo debitarum pro peccatis iam quò ad culpam dimissis. Ergo si per viam Indulgentiæ talia opera Christi & sanctorum applicentur existẽtibus in mortali, valebunt eis quò ad præfatam remissionem pœnarum Deo debitarum hic vel in purgatorio pro peccatis iam quo ad culpam dimissis. ¶ Si negetur ista vltima consequentia quia intentio Christi & sanctorum non fuit ꝙ talibus sua opera applicarentur, aut valerent, sed membris Christi existentibus in gratia, vt suprà dicebatur in probatione propositionis: contra hanc euasionem replicatur probando ꝙ intentio Christi & sanctorum fuit, vt ipsis valerent, vt dictum est. Quod probatur. Quia Christus & sancti orauerunt etiam pro existentibus in mortali, & pro eis etiam passus est Christus sufficienter, & voluit illis proficere suam passionẽ & sua merita quò ad eorum culpam & pœnam sufficienter, vt redemptor totius mundi, ergo voluit Christus sua opera & labores efficaciter omnibus prodesse quantum ipsi erant capaces & dispositi, & quantum ipsis prodesse poterant, stante lege quò ad culpam & pœnam peccatorum. Et idem credendum est de alijs san- *Replica*

ctis quòd similiter voluerunt, quantum eis licuit, & competit eis suo capiti Christo in hoc se conformare. Possunt autem prædicta eorum opera prodesse existentibus in mortali quò ad remissionē pœnarum debitarum pro peccatis iam quò ad culpam dimissis, ex quo quò ad hoc sunt capaces & dispositi, vt patet ex dictis hoc vel illo modo, ergo prælatus concedens talibus Indulgentias ad prædictam remissionem pœnarum prædictarum non facit contra, sed secundum intentionem Christi & sanctorum, ex quo non manet vllus reatus culpæ impediens talium pœnarum remissionem, vt dictū est. ¶ Et confirmatur hoc. Quia aliàs sequeretur ꝙ talis satisfactio esset frustrata suo effectu, & nil omnino valeret apud Deum, quod patet. Quia si nil valet ipsi existenti in mortali pro remissione dictarum pœnarum ad quam applicatur Indulgētia: neque valet alicui alteri cui non applicatur, neque ipsi operāti vel applicanti, quia (vt supponitur) ipse nō eget sua satisfactione, ergo nulli prodest talis satisfactio, sicque omnino perit tale bonū opus, & similiter Indulgentia.

Respōsio ad. 1. arg. ¶ Respondeo in argumento tangitur difficultas, vtrùm Indulgentię valeāt ad remissionem pœnarum debitarum pro peccatis iam quò ad culpam dimissis ei qui est in mortali, & vtrùm Papa possit sic concedere, & vtrùm pro talibus pœnis quis satisfacere possit pro alio existenti in mortali. ¶ Ad quod dico ꝙ nō propter rationes supràpositas in probatione propositionis. Pro cuius *Adrian.* maiore declaratione, nota secundum Adrianū vbi suprà, & Supplementum Gabrielis in. 4. distinct. 45. articu. 3. dub. 7. quòd licèt quis existens in mortali possit satisfacere vel de iustitia vel de cō*Scotus.* gruo pro suis peccatis iam quò ad culpam dimissis, secundū Scotum & sequaces, & quàmuis peccator possit sibi per bona opera de genere aut moraliter non tamen meritoria glorię mereri de cō gruo aliqua bona spiritualia & corporalia & temporalia & liberationem à pœnis temporalibus huius vitæ, & mitigationem pœnarum purgatorij secundum communiter doctores, non tamen hoc fit per viam iustitiæ puræ aut iustitiæ legis, in quo conueniūt communiter doctores, neque per viam satisfactionis propriæ secundum Thom. quia satisfactio propriè secundum eum pertinet ad iustitiam, sed per viā gratiæ seu iustitiæ misericordiæ admixtæ. Similiter licèt iustus possit pro alio etiam peccatore mereri omnia prædicta quæ peccator potest sibi ipsi mereri, tamē id om

ne fit per meritum congrui aut decentiæ tantùm, non autem per viam iustitiæ, neque per viam satisfactionis propriæ, quæ pertinet ad iustitiam, vt de ijs latiùs habetur suprà, quæst. tertia, in responsione ad octauum argumentum. Et vltra ibi dicta alia ratio est, quia vt vnus possit de lege quoad vim satisfactiuam communicare sua bona alteri aut pro alio satisfacere modo prædicto requiritur vnio per charitatem, vt membra inter se & ad caput, scilicet ad Christum: & per consequens requiritur status gratiæ vtriusq; aut vtrobique, ratione cuius est communio sanctorum in charitate & fide viua, non autem mortua fundata. Ideò nullus potest pro alio satisfacere aut bona spiritualiter quò ad prædictam vim satisfactiuam communicare nisi de congruo tantùm, & nisi vterque sit in statu gratiæ aut in charitate. Nunc autem remissio pœnarũ quæ fit per Indulgẽtias pertinet ad satisfactionem propriam, quæ de thesauro Ecclesiæ per Indulgentias applicatur ad satisfaciendum sic ꝙ corã Deo censeatur satisfecisse per viam iustitiæ is cui conceditur talis Indulgentia, vt suprà. quæst. 3. dictum est ergo satisfactiones Christi & sanctorum non possunt per viam Indulgẽtiæ applicari existenti in mortali, & Indulgentiæ non possunt vllo modo eis concedi, vt dictum est. ¶Ex quo infero, quòd opinio quam refert Gabriel in Cano. lect. 56. litera S. quòd. s. pro existentibus in inferno potest iustus satisfacere pro pœnis peccatorum mortalium & venialium eorum iam quò ad culpam dimissorũ, nullo modo videtur vera, neq; vllã probabilitatẽ habere, ex quo nulla est cõmunio fidei aut charitatis ad eos, in qua fundatur de lege potestas satisfaciendi pro alio, neq; ad hoc est vlla Dei lex aut promissio sed potiùs in oppositũ, ꝙ. s. nõ potest eis valere vlla redemptio neq; sunt in statu quo sint capaces vllius redẽptionis, vt dicetur. Ideò & nõ sunt capaces vllius suffragij, quia Chaos magnũ inter nos & illos. Lu 16. & ibi iã nulla redẽptio, licèt Mayro. & quidẽ erroneè oppositũ dixerit, vt suprà. q. 6 in. 2. parte propositionis latiùs de hoc habetur. Et concordat Medina de oratione q. 25. ibi vide & suprà. q. 3. ¶His ergo suppositis respondeo ad argumentum in forma negando consequentiam primã. Et ratio est quia licèt vnus possit alteri mereri illa bona, hoc tamen non est nisi per viam meriti de congruo tantùm. Satisfactio autem quæ per viam Indulgentiæ fit & applicatur est per viam iustitiæ & satisfactionis, vt dictum est, ideò nil concluditur contra nos.

Corollar. *Lucæ.* *Medina.*

¶Et ad probationem consequentiæ respõdeo dupliciter. Vno modo supposita opinione Scoti, respondeo negando consequentiam. Et ratio est, quia licèt pro se quis possit satisfacere, nõ tamen pro alio nisi de congruo & dummodo vterque sit in statu gratię, vbi sit communicatio charitatis, vt dictum est, & quàmuis opus amici & iusti sit gratius Deo quàm opus inimici, non tamen quò ad omnem effectum & modũ, vt patet. Quia ad merendum Sorti vitam æternam non tantum valent merita beatæ virginis Mariæ, quantum valet dispositio & merita propria ipsius Sortis. Sic quàmuis ad merendum de congruo alteri aliqua bona plus grata & valida sint coram Deo opera iusti quàm iniusti, non tamẽ quò ad vim satisfactiuam pro alio peccatore, ex quo non est charitas vtrobique vbi fundatur ratio communicationis satisfactionum, vt suprà dictum est. Alio modo supposita opinione Thomæ, respondeo negando illam vltimam consequẽtiam positam ad probationem primæ consequentiæ principalis. Et ratio est, quia licèt bona opera valeant per viam meriti de congruo ad impetrandũ alteri bona aliqua, & remotionem malorum & pœnarum temporalium, sperando hoc à liberalitate diuina, non autem per viã iustitiæ & satisfactionis propriæ nisi vterque sit in gratia vt dictum est, ideò negatur quòd per Indulgentias potest fieri talis applicatio ex quo via Indulgentiæ est via iustitiæ & satisfactionis propriæ, vt patet ex dictis. ¶ Et ad replicam respondeo secundum omnem viam doctorum quòd intentio Christi & sanctorum fuit quòd valerent sua opera modo prædicto his omnibus qui essent capaces, scilicet per viam meriti de congruo tãtùm ijs qui permanerent in mortali, per viam autem propriæ satisfactionis & iustitiæ existentibus in gratia, & quia via Indulgentiæ est solùm via iustitiæ satisfactionisque ex quo satisfactoria tãtùm vt talia ibi applicantur ad satisfactionem tantùm efficiendam pœnarum, non autẽ vt sunt meritoria vllo modo, vt suprà quæst. tertia, & quæst. sexta, per totum latiùs habetur, ergo neganda est illa minor & consequẽtia, ꝙ scilicet talia satisfactoria opera Christi & sanctorũ quæ per Indulgentias applicantur, possunt valere existentibus in mortali vllo modo, ex quo non est communicatio charitatis, & per consequens nec dispositio requisita in eis, neq; sunt capaces vt eis per viam propriæ satisfactionis & iustitiæ communicẽtur satisfactoria Christi & sanctorum, vt suprà dictũ est. Et cum ijs con

Ad replicam.

cor-

cordat Thom.3.part.Summæ,in addi.q.27.art.1. contra aliquos tenentes oppositum. ¶Ad confirmationem responsio patet ex dictis, & insuper dico secundum Adrianum vbi suprà, q̄ in casu quo quis suam satisfactionem applicaret alicui existenti in mortali, tunc fructus satisfactionis, vt talis, reuertitur ad faciẽtem si eget iuxta illud Matth.10. Si ibi non fuerit filius pacis ad vos reuertetur: & Psal.34. Oratio mea in sinu meo conuertetur, quia in illis translationibus est conditio implicita scilicet si illi quibus applicantur sint capaces & egentes. Si tamen de industria quis vellet nil iuris sibi reseruare, sed totum transferre in alium incapacem aut non indigentem, vtpote in non baptizatum aut in existentem in gloria aut in existentẽ in mortali & huiusmodi, tunc fateor q̄ ex stultitia sua perdet redundantiã vtilitatis satisfactoriæ, sed tunc manet in thesauro Ecclesiæ sicut & alia satisfactoria eorũ qui non indigẽt, quę nulli applicãtur. ¶Similiter opinãtur aliqui ꝓbabiliter q̄ dũ recẽter baptizat⁹ facit multa opera pęnalia, quæ in nullũ transfert, & primũ peccatum q̄d ipse cõmittit post talia opera est mortale, quòd tunc ipse ex illis suis operib⁹ iam factis nullam expiationem per viam satisfactionis habere potest, quia nõ antequã peccaret ex quo nullius pœnæ debitor erat, neq; pòst, ex quo illa iam non sunt sua nec sibi applicata, neq; sibi reseruare potuit, vt infrà.q.39.latiùs habetur de hoc. Ecclesia tamen non videtur Ius suum perdere, quod habet in bonis filiorum: nam per Indulgentias, ac si innocens perseuerasset, alijs applicare potest Ecclesia & ipsi postea resurgenti sicut & alijs potest applicare per Indulgentias: modò sint mortificata ipsi facienti, modò non, hoc enim parum refert ad rem, licèt Adrianus vbi suprà in hoc videatur aliquam vim facere. ¶Nota tamen quòd qui est in mortali, licet non lucretur Indulgentias, tamen per bonum opus quod facit ad eas lucrandum meretur de congruo alia bona spiritualia & temporalia secundum communiter doctores.

b. Thom. *Matth.* *Psalm.*

¶Secundò principaliter & specialiter contra secundam conditionem suprà dictæ propositionis arguitur. Nam Ecclesia debet se conformare diuino iudicio, sed Deus remunerat bonã voluntatem quando non est facultas operis, ergo quando quis ex impotentia non implet opus pium pro quo conceditur Indulgẽtia, videtur quòd sufficiat bona voluntas ad eam lucrandum in toto vel in parte, vt sic conformiter ad Dei iudicium remuneretur per *Argu.2.*

Resp. ad 2. argum. Ecclesiam. ¶ Respondeo dupliciter. Vno modo negando antecedens simpliciter. Nam Ecclesia non iudicat de omnino per se occultis, qualis est voluntas, Deus autem sic, ideò in hoc non tenetur, nec potest Dei iudicio semper se conformare. Item licèt iudicaret de occultis quando de eis constat aliquo modo, non tamẽ tenetur in opere liberalitatis & gratiæ se conformare diuino iudicio aut legi: potest enim Deus esse liberalis quando Ecclesia rationabiliter non esset liberalis. Non enim tenemur nisi legi diuinæ obliganti nos conformare: item non eodem modo. ¶ Alio modo respondeo concessio antecedente negatur consequentia. Quia Deus non remunerat bonam voluntatem semper quò ad præmia accidentalia, vt patet de aureolis secũdum communiter doctores, sed quò ad præmium essentiale, & sic Ecclesia nõ remunerat solam bonã voluntatem quò ad hoc accidentale præmium Indulgentiarum. Itẽ dico ꝙ sicut Deus præmiat solùm facientem quod & quomodo ipse vult & exigit, sic Ecclesia remunerat per Indulgentias ijs tantùm qui faciunt quod & quomodo ipsa imponit faciendum & non alio modo.

Quæs. 21.

Quæstio vigesima prima.

Pro quo tempore teneatur esse in gratia is qui vult lucrari Indulgentiam, an scilicet pro tẽpore quo facit opus pium pro ea lucrãda, an pro tempore quo quis debet lucrari eam.

Proposi. R Espondeo per vnicam propositionem, ꝙ scilicet pro tempore quo secundum tenorem concesionis debet lucrari Indulgentiã, tũc & nõ ante tenetur esse in gratia ad eã sibi lucrandũ. ¶ Declaratur simul & ꝓbatur. Pro quo nota ꝙ quatenùs pertinet ad rẽ q̃uis tria sint tempora. s. cõcessionis Indulgẽtiæ, & operis faciendi pro ea lucranda, & vsus seu lucrationis ipsius Indulgentię, vt patet ꝙ hęc sunt tria tẽpora distincta,

cta, quãdo Papa cõcedit danti talem eleemosynã, vt semel in vita & semel in morte possit plenariè absolui &c. tunc enim hodie fit concessio, & cras op⁹ eleemosynæ, & vsus seu lucratio Indulgentiæ fit fortè hinc ad annũ. Quãuis ergo ista tria tẽpora sint distincta: tamẽ sępe cõcurrũt omnia aut duo simul, nũc hoc, nunc illo modo. ¶Ideò non curãdo nunc de tẽpore cõcessionis Indulgentiæ, quia nihil refert ad propositũ, dicam⁹ ꝙ dupliciter potest aut solet concedi Indulgentia. Vno modo ita ꝙ tẽpus operis faciẽdi pro lucranda Indulgẽtia & tẽpus ipsius fructus seu lucrationis Indulgentiæ concurrãt simul seu sint vnũ & idẽ. Exempli gratia. Vt quãdo Papa cõcedit Indul. visitanti talẽ Ecclesiã, qñ eam visitat, aut pręsentibus suæ missæ aut ei⁹ absolutioni tali tẽpore qñ eã facit, aut cõfitentib⁹ quãdo absoluũtur &c. & de hoc modo cõcessionis cõmuniter dicũt doct. in quo null⁹ ferè dissentit, ꝙ requiritur ꝙ sit in gr̃a tũc qñ id agit pro quo cõceditur talis Indulgẽtia. Nã non est in potestate cuiusq̃ volentis eã lucrari vt trãsferat seu differat vsum fructũ seu lucrationẽ ei⁹ in posterũ. Et ratio horum est, quia sic sonat tenor eius. ¶Alio modo solet cõcedi Indulg. sic scilicet ꝙ aliud sit tẽpus operis, & aliud sit tẽpus lucrationis Indulgentiæ aut fructus eius. Vt quando datur Indulgentia semel in vita & semel in mortis articulo suscipienti Crucem, aut danti duos argenteos, aut recitantib⁹ tot Psalmos vel Aue Ma. aut porrigentibus man⁹ adiutrices, ꝙ possent postea plenariè absolui & concedi Indulg. plenaria eis per confessorẽ, vbi patet aliud esse tempus operis, aliud lucrationis Indulgẽtiæ aut fruct⁹ eius. Et de hoc est duplex opinio: quarũ cõmunior & verior & magis pia (vt mihi videtur) est ꝙ non est necesse ꝙ homo lucratur⁹ talem Indulgentiã sit in gratia pro illo tẽpore operis, sed pro tempore lucrationis Indulgentiæ aut fructus eius secundum tenorem concessionis, vt dicit ꝓpositio suprà posita. Et sic tenet Florent. 1. part. Sũm. titu. 10. c. 3. § 5. ex Palud. in. 4. dist. 20. q. 4. art. 3. cõcl. 1. ¶Quod ꝓbatur quadrupliciter. Primò, quia Papa seu Ecclesia põt prędicto mõ cõcedere, & vult sic cõcedere, nisi qñ oppositũ explicat specialiter in tali modo cõcessionis, ergo tenet modo prędicto Indulgẽtia. Probatur antecedens ꝙ Papa potest. Quia adsunt omnia requisita scilicet autoritas in dante, pietas in causa, & dispositio gratiæ in subiecto, pro quando debet suscipere fructum Indulgentiæ. Quòd autem ad opus esse pium non requiratur status gratiæ, aut quòd

Florent.

Ratio. 1.

quòd sit meritorium infrá.q.22.habetur latiùs,ergo potest. Et ꝙ sic Papa velit nisi oppositum explicet in dictis tenoribus Indulgẽtiarum,patet. Quia stãdum est tenori Indulgentiæ sic sonãti esse intentionem Papæ non discordantẽ à suis verbis, præcipuè quia beneficium Principis est latè & fauorabiliter etiam contra eũ interpretandum quantum patitur proprietas verborum, præcipuè quando non est in præiudicium tertij,nisi de eius voluntate aliàs oppositum constet,vt suprà.q.7. in probatione quartæ propositionis habetur,ergo.

Ratio.2. ¶Secunda ratio. Quia sic est in practica Ecclesiæ in multis Iubileis qui nunc conceduntur & prædicantur esse de mente Papæ ꝙ ieiunetur tribus diebus,& oretur,& detur eleemosyna,& interim examinentur conscientiæ,& pòst fiat cõfessio & receptio eucharistiæ, & ibi consequantur Indulgentiam plenariam. Certè in tali Iubileo non oportet esse gratia quando ieiunatur,& oratur & datur eleemosyna, ex quo postea sequitur examinatio conscientiæ & confessio per quę homo reponatur in statu gratiæ ad dignè communicandum & lucrandum Indulgentiam:& simile iudicium de similibus formis habendũ est.

Tertia. ¶Tertia ratio. Quia præcepta & indicta Ecclesiæ non obligant ad intẽtionem pręcipientis, vt scilicet fiant meritoriè seu in statu gratiæ quantum est ex vi statuti Ecclesiæ,putà ieiunare in quadragesima & soluere decimas,& seruare festa & huiusmodi, imò neq; præcepta diuina putà de honorando parentes, de restituendo & huiusmodi,ergo non est sine causa sufficiente præsumendum ꝙ velit nos ampliùs vrgere imponendo opera pia pro lucrandis Indulgẽtijs. Alioqui durum videretur dicere quòd toto tempore anni quo quis peregrinatur, aut ieiunat magno tempore pro lucranda aliqua Indulgentia in vita aut in morte teneatur esse in gratia ad illam lucrandum.

Quarta. ¶Quarta ratio. Quia sicut secũdum formam bullæ etiam existens in mortali potest facere pro alio quod iniungitur,putà dare eleemosynam ad lucrandum illam Indulgẽtiam alteri existenti in gratia,modò sit in hac vita,modò in purgatorio vt de hoc infrà.q.23. ergo similiter potest in mortali facere opus de genere pium ad lucrandum sibi Indulgẽtiam pòst in statu gratiæ,dum forma concessionis id patitur, vt supponitur in prædicto secundo modo quo concedi solent Indulgentiæ, ergo.

Argu.1. ¶Contra prędicta hæc & contra propositionem suprà positam arguitur tripliciter. Primò quia Papa non intendit ꝙ tale opꝰ piũ ad

ad lucrandum Indulgentiam si fiat in mortali sufficiat, quando aliud est tempus operis & aliud lucrationis Indulgentiæ, ergo requiritur ꝙ fiat in gratia. Patet consequētia, & antecedens probatur. Quia tenor concessionis hoc innuit, vbi dicitur secūdum antiquam & consuetam formam Indulgentiarum concedimus &c. Antiqua autem forma (quæ etiam si non exprimatur in clausula generali debet intelligi) dicit sic. Omnibus verè pœnitentibus & confessis qui visitauerint talem Ecclesiam, vel peregrinationē fecerint Romam &c. vel qui sumpserint Crucem vel manus porrexerint adiutrices, vel ieiunauerint tot dies &c. vnde patet ꝙ cum ordinatè vtrunq; exprimitur, ita ꝙ primo loco exprimitur status gratiæ per veram pœnitentiam & cōfessionem, & secundò exprimitur opus, non qualitercunq;, sed vt ipsa gratia afficiat operantē tempore operis, ergo manifestè patet ex forma Ecclesiæ consueta haberi ꝙ pœnitentia seu gratia debet cōcomitari necessariò ipsum opus pium pro quo conceditur talis Indulgentia. ¶ Secundò arguitur ad idem. Quia causa Indulgentiæ debet esse pia & op⁹ pium, vt patet ex suprà dictis. q. 18. Sed opus factum in mortali nō est pium neq; ibi est vera pietas, ex quo non est Deo honorificum sine charitate & gratia, ergo non sufficit ad Indulgentiam. *Argu. 2.*

¶ Tertiò arguitur ad idem. Quia thesaurus vitalis nō nisi pro causa & opere vitali seu viuo dispensatur & communicatur. Opus autem extra gratiam factum non est viuum sed mortuum, & Indulgentia est thesaurus vitalis, ergo pro opere extra gratiam facto, nō dispensatur. Consequentia patet, & maior probatur dupliciter. Primò, quia causa Indulgentiæ ex quo est causa & radix communicationis & dispensationis thesauri requiritur ꝙ sit viua per vitam gratiæ & charitatis quæ est causa communicationis sanctorū vt suprà. q. 20. dictum est, ergo. Item secundò, quia sicut thesaur⁹ ciuilis non nisi pro causa ciuili dispensatur seu communicatur, similiter thesaurus vitalis non nisi pro causa vitali aut viua, ergo patet maior. Minor autem probatur. Quia Indulgentia ad vitam ęternam introducit tollendo impedimenta pœnarum, & ex causa viua procedit scilicet ex meritis Christi & sanctorum, & à causa principali concedente Indulgentiam scilicet à Christo & eius autoritate collata, ergo est thesaurus vitalis. ¶ Respondeo. Propter has rationes Caietan. in secundo quodlibeto, in materia de Indul. cap. 9. & iterum. q. 2. de eadē materia tenuit oppositum ad suprà di-

Tertium

Respōsio ad. 1. arg.

dicta: sed certè istæ rationes & argumenta non concludunt: ideò ad ea, respondeo ad primum argumentum, negando ꝙ Papa & Ecclesia intendat ꝙ requiratur gratia tempore operis, & ad probationem de tenore in forma consueta &c. dico ꝙ nihil probat propter duo. Tum primò quia non est standũ ordini illorum verborum. Non enim ponitur ille ordo vt significet ordinem operũ piorum agendorum, sed ad meliorem congruitatem modi loquẽdi, quia scilicet sic meliùs explicatur quod intenditur & imponitur, vt patet. Quia si illi ordini esset necessarió standum, sequeretur hæc absurda, scilicet ꝙ priùs requireretur pœnitẽtia & confessio q̃ concessio Indulgentiæ, de qua suprà diximus ꝙ tẽpus concessionis Indulgentiæ nil facit ad rem, faceret autem ex quo in dicta forma post pœnitentiam & confessionem dicitur, concedim⁹ tot annos Indulgentiæ. Sed quia diceret Caiet. ꝙ concessit Papa ex tunc pro tempore confessionis &c. ideò omisso hoc sequeretur hoc aliud absurdum, ꝙ scilicet sicut secundum Caieta. prærequiritur pœnitentia ita etiam confessio ante vel simul cum ipso opere ieiunij aut eleemosynę ex quo vtrunq; scilicet verè pœnitẽtes & confessi, ponitur simul in illa forma, quod tamen cõstat falsum. Nam tẽpe, vt patet experiẽtia, in nostris temporibus in talibus Iubileis dicitur ꝙ priùs ieiunent tot dies & faciant eleemosynam, & pòst examinati confiteantur in triduo, & sic cõmunicantes lucrentur Indulgentiam, ergo non erat necessarium ꝙ eleemosyna fieret semper in gratia. ¶ Tum secundò dico ꝙ dato sed nõ concesso, ꝙ adhuc illa forma verborum sic deberet ordinatè intelligi & fieri, tamen quando non exprimitur illa forma verborũ olim consueta, iam non valeret sua ratio, neq; probaretur ꝙ Papa sic intendat, sed vt verba sonant secundum consuetudinem vigẽtẽ & practicã sui tẽporis. Nã & forma Indulgentiarũ per tẽpora variatur, & quæ fuit olim cõsueta, nõ est modo. Cõsuetudo aũt & practica vigens est optima interpres legũ & cõcessionũ humanarũ. ca. Cũ dilectus. de cõsuetud. secũdũ cõmuniter doct. & refert Palud. in. 4. dist. 20. q. 4. art. 3. & suprà. q. 7. in. 4. propo. & respõsione ad argu. cõtra eam latè habetur, ergo. ¶ Ad secundũ argumentũ respondeo negando minorẽ. Nam sicut colere Deũ exteriùs die festo, & vouere religionẽ & alia eiusmodi in mortali facta sunt de genere suo opera pia & latrię ad honorẽ Dei, licèt nõ perfectè ex quo nõ sunt meritoria: ita & opera eleemosynæ, ieiuniorum

Caietan.

Respõsi. ad. 2. arg.

rum & orationis & huiusmodi pro quibus conceditur Indulgentia sunt de genere suo pia & ad vtilitatē Ecclesiæ, licèt non fiant in charitate. Alioqui pro eis non posset Ecclesia concedere indulgentias: quod tamen suprà probatum est, scilicet posse, & id non negat Caieta. ergo. ¶ Ad tertium argumentum respondeo distinguendo maiorē. Nam si intelligatur de thesauro propriè vitali, qui scilicet dat vitam gratiæ & gloriæ seu qui est ipsa gratia & gloria, tunc conceditur maior, ꝙ scilicet ad eum participandum requiritur causa vitalis vel opus vitale, id est, meritum aut dispositio vltima sufficiens, qualis est cōtritio & huiusmodi requisita ad gratiam, sed tunc minor est falsa. Nam thesaurus Indulgentiarum, vt talis non confert vitam gratiæ aut gloriæ aut aliquem gradum eiꝰ sed remotionem impedimenti pœnarum ad gloriam iam debitā vt suprà. q.3 q.6. habetur. ¶ Si autem illa maior intelligatur de thesauro vitali qualitercunq; per se & per accidens disponēte aut remouente prohibens ad vitam gratiæ seu gloriæ, tunc est falsa. Non enim requiritur opus vitale, id est in gratia factū ad habendum thesaurum hunc scilicet characterem sacramentalem, baptismalem aut sacerdotalem per quem homo disponatur pòst ad gratiam & gloriam licèt remotè. Neq; quòd satisfactio fiat in gratia ad satisfaciēdum pro suis culpis iam dimissis, valet enim talis satisfactio etiam corā Deo postea adueniente statu gratiæ, vt hoc etiam confitetur ipse Caiet. in secundo quodlibeto, in. q. de satisfactione. Valet etiā tale opus bonū satisfactoriū saltē vt meritoriū de cōgruo ad gratiam & releuationem pœnarum, etiam si fiat in mortali, vt suprà. q.20. in responsione ad primum argumentum habetur. ¶ Et ad primam probationem maioris in hoc sensu assumptæ respondeo ꝙ æquiuocatur de causa Indulgentiæ multipliciter. Nam causa Indulgentię effectiua est thesaurus Ecclesiæ. Causa aūt Indulgētiæ, id est cōcessionis seu actiuæ cōmunicationis Indulgētiæ est opus piū pro quo conceditur Indulgentia. Causa aūt Indulgētiæ, id est, cōmunicatiōis passiuæ seu participationis, aut receptionis fructꝰ Indulgētiæ est grā seu charitas cū indigētia suscipiētis, vt patet ex suprà dictis. q.17. in responsione ad. 1. argumentum, &. q.20. in responsione ad primum argumentum. Sicque nihil aliud concluditur nisi ꝙ requiritur quòd suscipiens Indulgentiam sit in charitate, quando eius fructum debet suscipere sibi communicatum, quia charitas seu gratia est id ratione

Respōsio ad. 3. arg.

cuius

cuius potest fieri capax, vt possint sibi valere satisfactiones Christi & sanctorum sibi applicatæ per Indulgentias, vt nos suprà diximus. Et ad hunc sensum conceditur illa tota probatio si loquatur de causa Indulgentiæ, id est, communicationis passiuæ seu receptionis fructus Indulgentiæ: quia requiritur vita gratiæ in suscipiente fructum. Si aũt loquatur de causa Indulgentiæ, id est, concessionis Indulgentiæ, tum negatur consequentia illa, ꝙ ergo ad opus pium quod est causa concessionis aut cõmunicationis actiuæ Indulgentiæ requiratur ꝙ fiat in gratia. Nam ad actiuè cõmunicandum sufficit autoritas & causa rationabilis quod est op⁹ piũ ex genere, vt dictum est. Si verò in antecedente sumatur causa Indulgentiæ vno modo & in consequente alio modo, iam nil valet consequentia ratione æquiuocationis. ¶ Ad secũdam probationem maioris suprà dictæ, scilicet sicut thesaurus ciuilis &c. respõdeo vno modo, vt suprà ad argumẽtum responsum est, distinguẽdo de thesauro vitali. Alio modo respondeo negando simpliciter consequentiam, & ratio est, quia nõ est simile. Nam expensio thesauri ciuilis non est honorifica regi aut vtilis reipublicæ, nisi pro causa ciuili dispensetur, hoc enim importat ly causa ciuilis. Dispẽsatio autem thesauri Indulgentiarum semper est Deo honorifica aut vtilis Ecclesiæ, dum pro opere pio etiam facto à peccatore in peccato mortali fit, vt suprà, &.q.18. & infrà.q.22. habetur, ergo. Ideò formaliùs & meliùs argueretur dicendo ꝙ sicut thesaurus ciuilis non nisi pro causa ciuili, sic thesaurus Ecclesiasticus spiritualis Indulgentiarũ non nisi pro causa Ecclesiastica scilicet vergente ad Dei honorem seu vtilitatem Ecclesiæ potest dispensari. Sed tunc non posset probari minor, ꝙ scilicet op⁹ pium nisi fiat in gratia non est causa Ecclesiastica, scilicet ad vtilitatem Ecclesiæ aliquo modo, sed potiùs probatur oppositum, vt suprà, ideò potiùs est pro nobis talis ratio, & sic patet responsio.

Quæstio

Quæſtio vigeſima ſecunda.

Vtrùm requiratur ꝙ tale opus pium pro quo conceditur Indulgentia fiat in gratia, aut ꝙ ſit meritorium aut moraliter bonum: an ſufficiat aliquando ꝙ ſit actus bonus ex genere licèt moraliter malus. Quę.22.

REſpondeo per vnum notabile & tres propoſitiones. ¶Notabile eſt, quòd loquendo de bonitate aut malicia morali, non aũt entitatiua, actus dicitur bonꝰ ex obiecto ſeu ex genere aut ſimpliciter, quando cadit ſupra materiã approbatam aliquo Iure, diuino, naturali, vel humano præcipiente aut conſulente, vt eſt orare, dare eleemoſynam &c. & econtrà actus de genere malus aut ſimpliciter dicitur, quando cadit ſupra materiam reprobatam ſeu prohibitam aliquo Iure de prædictis, vt capere ſeu detinere rem alienam inuito domino, quod eſt furari, accedere ad non ſuam, quod eſt fornicari &c. Indifferens autem actus dicitur, quando cadit ſupra materiam non approbatã neque reprobatam aliquo Iure, vt comedere, ambulare &c. ¶Itẽ nota ꝙ actus malus ex circunſtantia dicitur, quando non cadit ſupra materiam vllo Iure reprobatam. ſed ei accidit circunſtantia ipſum actum vitians vt orare, vbi, quando quomodo, quantum, aut propter finem indebitum vitiantem, putà propter vanam gloriam &c. Malum autem vtroque modo ſcilicet ex genere & circunſtantia dicitur quod vtriusque illorum rationem habet ſcilicet materiam aliquo Iure reprobatam ſimul & circunſtantiam vitiantem, vt furari propter fornicari, aut econtrà. ¶Similiter triplex eſt actus bonus, ſcilicet ex genere tantùm, ex circunſtantia tantùm, ex genere & circunſtantia ſimul. Et iſte actus bonus ex circunſtantia & genere ſimul dicitur ſimpliciter & Notabile

perfectè moraliter bonus & virtuosus,quia est actus liber & de-
liberatus conformis rectæ rationi dictanti de omnibus requisitis
ad perfectam bonitatem moralem. Quando verò actus caret ali-
qua circunstantia requisita pro tunc, aut habet aliquam vitian-
tem,dicitur malus moraliter simpliciter & vitiosus,ex quo est
difformis rectæ rationi ad quam requiritur plenitudo omnium
requisitorum : & malum dicitur ex defectu cuiuscunque pro
tunc requisiti, quia licèt sit actus bonus ex genere tantùm,est ta-
men simpliciter malus moraliter, vt dictum est. ¶Item nota
ex Angest. in moralibus. capit. 8. quòd circunstantia adiacens
vel assistens tantùm actui ipsum non afficiens,non vitiat actum
tanquàm ei impertinens, vt si quis ieiunet cum vana gloria: si
autem afficeret actum vitiaret illum, vt si ieiunaret propter lau-
dem humanam principaliter,vel si prælatus fornicaretur, vel ha
bens votum castitatis duceret vxorem. Similiter circunstantia
mouens si afficit actum vitiat,illum, vt qui altitudine dignitatis
facit quod non conuenit ei abutens dono, si autem non afficiat
non vitiat, vt qui ex vana gloria mouetur ad ieiunandum tale
ieiunium est bonum, si non habeat vanam gloriam pro obie-
cto aut fine. Circunstantia autem mala informans actum sem-
per vitiat actum, & hoc est quando habetur pro fine seu pro ob-
iecto ipsius actus, putà si volo ieiunare propter vanam gloriam
talis volitio tendens in vtrunque.s.in ieiunium & in vanam glo
riam est vitiosa. ¶Quomodo autem actus malus ex genere po
test bonificari per circunstantias,& esse aut fieri simpliciter mo-
raliter bonus, vt occidere hominem auctoritate publica & ze-
lo iustitiæ aut auctoritate Dei: vel dolere de bono proximi ex
zelo iustitiæ, vel cognoscere non suam, inuincibiliter æstima-
tam esse suam, vt Iacob cognouit lyam(vt Gerson dicit in re-
gulis moralibus & Angest.in moralibus. ca.8. & alibi doctores)
non est pro nunc de hoc agendum,qui voluerit videat in alio no
stro tractatu de ignorantia, quæst.18.ibi latiùs. ¶Actus autem
meritorius est actus moraliter bon⁹ propter Deũ summè obediẽ
tialiter dilectum factus,modò fiat ex charitate seu gratia inclinã
te aut comproducente actum,modò in gratia assistente, vt tenet
Angest.in moralibus.cap.octauo agens de circunstantia finis, se
cundum Bonauenturam in secundo distin.41. articu.1.quæsti.
§.35.& Caietanus.1.2.quæstione. 109.artic.2.&.8. & alij docto-
res

res, de quo nunc non disputamus. ¶Hoc ergo supposito sit prima propositio. Non est necesse quòd op⁹ piũ quod fit ad lucrãdam Indulgentiam sit meritorium, nisi id specialiter ex tenore Indulgentiæ requiratur. Probatur. Quia non requiritur quòd fiat in gratia, vt suprà quæstione .12. habetur, nisi quando est simul tempus operis & fructus Indulgentiæ, ergo multò minùs requiritur quòd sit meritorium. Patet consequentia. Quia ad esse meritorium plus requiritur quàm fieri in gratia, ergo etiam quando est simul tempus operis & fructus Indulgentiæ non requiritur quòd tale opus pium sit meritorium, sed sufficit ꝙ tunc fiat in gratia, nisi ex tenore Indulgentiæ, aut alio Iure requiratur ꝙ fiat meritoriè, putà quando conceditur Indulgentia celebranti aut communicanti tali die. tunc enim ratione communicationis quæ non potest fieri dignè & fructuosè quò ad remissionem culpæ nisi etiam meritoriè fiat regulariter, ideò ad fructum Indulgentiæ tunc percipiendum in tali actu requiritur quòd fiat meritoriè, & sic patet prima propositio. *Propo. 1.*

¶Propositio secunda. Probabiliter valdè dici potest quòd ad lucrandum Indulgentiam non est necesse quòd opus pium iniunctum sit omnino, vel simpliciter ex genere & circunstantijs moraliter bonum. *Propo. 2.* ¶Probatur. Quia non videtur Ecclesia nos arctiùs obligare ad actum meliorem pro lucranda Indulgentia quàm ad impletionem præcepti. Sed ad impletionem præcepti non nos obligat quòd faciamus actum plenè moraliter bonum, ergo nec ad lucrandam Indulgentiam. Consequentia patet, & maior probatur. Quia non videtur ratio quare Ecclesia arctiùs nos velit obligare ad id, cùm ad finem intentum in opere pio pro lucranda Indulgentia non plus requiratur ad esse pium quàm ad esse impletiuum præcepti: vel detur ratio de hoc. Minor autem probatur supposita opinione communi, quòd per opus bonum ex genere, licèt sit moraliter malum & culpabile, possumus implere regulariter præceptum Ecclesiæ & Dei, vt patet. Quia qui honorat parentes, aut ieiunat, orat, dat elemosynã, & restituit ex vana gloria aut ex cupiditate culpabili aut alio malo fine, certè implet prædicta præcepta, licèt culpabiliter agat contra alia præcepta in eodem actu qui est moraliter malus eo quòd habet circunstantiam vitiantem, vt manifestissimè patet ex suprà dictis. Similiter per opus mo-

raliter malum & culpabile potest quis satisfacere Deo & Eccle-
siæ de suis peccatis, vt refert Gerson in regulis moralibus, & An-
gest. in moralibus. cap. 8. de circunstantia modi agens: & cap. 6.
in. 1. textu, in responsione ad. 15. argumentum. Solùm enim opus
moraliter bonum ex genere præcipitur & requiritur in prædictis
& similibus præceptis. ¶ Igitur similiter in proposito dico ꝙ nõ
requiritur regulariter quòd tale opus pium sit moraliter bonum,
aut fiat bene moraliter perfectè, sed sufficit ꝙ sit actus ex genere
bonus & pius & ad honorem Dei vel vtilitatem Ecclesiæ ex se seu
ex relatione, qualis ex tenore bullæ imponitur, licèt sit moraliter
malus & culpabilis ex circunstantia mala, putà quia per vanam
gloriam aut aliàs vitiatur mortaliter aut venialiter talis eleemosy-
na vel ieiunium. Et hoc est verum, etiam si requiratur ꝙ talis act'
fiat in gratia, quia potest esse moraliter malus ex circunstantia ve
nialiter tantùm vitiante, cum quo stat gratia, & potest acquiri fru
ctus Indulgentiæ tunc quò ad pœnas peccatorũ iam quò ad cul-
pas remissorum. ¶ Secùs si ex tenore Indulgentiæ vel aliàs requi
ratur ꝙ sit actus meritorius, vt celebrando, aut communicando,
tunc enim requiritur etiam ꝙ sit moraliter bonus. Non enim stat
esse actum meritorium quin sit moraliter bonus, vt supponitur
Obiectio. secundum veram & catholicam doctrinam, ergo. ¶ Si arguatur
ꝙ actus pius pro quo conceditur Indulgentia est meritum de cõ
gruo ad stipendium spirituale Indulgentiarum, ergo requiritur
ꝙ sit saltem moraliter bonus, nam moraliter malus non videtur
habere rationẽ vllã meriti, sed potiùs demeriti etiã de congruo,
respondeo vno modo potest negari antecedens, sed ille actus est
conditio iniuncta quæ poterat nõ iniungi aut imponi, existente
aliàs causa pia vt suprà. q. 19. habetur. Alio modo concesso ante-
cedente, negatur consequentia. Nã actus moraliter mali nõ qua-
tenus sunt mali, sed quaten' habent rationem bonitatis ex gene-
re, habent rationẽ meriti de congruo ad aliqua bona temporalia
August. & spiritualia, vt dicit August. lib. 5. de ciuitate Dei. ca. 12. 15: ꝙ Ro
mani promeruerunt à Deo imperium mũdi pro iusticia & alijs
actibus suis strenuis, & bonis ex genere, quos tamẽ dicit egisse
ex vana gloria & esse moraliter malos actus. Similiter actus boni
ex genere est pi', id est, ad honorẽ aliquẽ Dei, & vtilitatẽ Ecclesiæ
quatenùs habet prædictam bonitatẽ, non quatenùs est moralite
malus aut culpabilis, & sic est meritorius de congruo & pius ex
ge-

genere suo, vt hoc etiam dicit Gerson in regulis moralibus & cõ muniter doctores, & talem bonitatem & pietatem eleemosynæ aut ieiunij genericam requirit Ecclesia ad lucrandum Indulgentias. Et sic patet secunda propositio probabiliter posita secundũ cõmuniter doct. ¶Si aũt teneatur alia opinio Adri. in materia de Indul. & de restitut. vbi agit de beneficijs Ecclesiasticis, & in materia de contritione seu pœnitentia, & tandem in materia de confessione dubio. 4. quòd scilicet coram Deo non impletur præceptum aliquod, neq; satisfactio valet, neq; opus pium pro quo conceditur Indulgentia, nisi sit actus moraliter bonus, quòdq; talis actus præcipitur & imponitur & non solùm actus de genere bonus, tunc iam patet ꝙ aliter esset dicendum. Sed vt dixi propositio suprà posita videtur probabilior & secundum cõmuniter doctores, vt probatum est, tu autem elige vt placet. ¶Tertia propositio. Actus pius pro quo conceditur Indulgentia requiritur & sufficit ad eam lucrandam ꝙ sit ex genere suo bonus: & quòd principaliter ex intentione actuali seu virtuali fiat ad lucrandum talẽ Indulgentiam secundũ formã concessionis Indulgentiæ. ¶Probatur primò ꝙ requiratur ꝙ sit bonus ex genere suo. Quia deficiente bonitate generica nõ habet vnde habeat bonitatẽ, quia regulariter loquendo præsupponitur ad bonitatẽ moralem, & requiritur aliqua bonitas, sicut & ad esse pium, id est, Deo honorificum & vtile Ecclesiæ requiritur aliqua bonitas: & cum nõ requiratur moralis, vt patet ex propo. 2. neq; possit esse moralis sine generica: ergo generica requiritur & sufficit regulariter. ¶Quod ideò dico regulariter, quia actus malus ex genere potest aliquãdo per ignorantiã inuincibilem esse moraliter bonus, vt cognoscere non suã æstimatam inuincibiliter esse suam, & de aliena re inuincibiliter æstimata sua dare eleemosynam pauperi &c. & talis actus etiã credo ꝙ sufficiat ad lucrandũ Indulgentiã quia quòad obiectũ formale seu intentionale cẽsetur bonus ex genere seu ex obiecto, licèt quò ad materiale aliter sit, vt latiꝰ de hoc egi in tractatu de ignorãtia. q. 18. ¶Secũdò requiritur ꝙ principaliter fiat ex intentione actuali seu virtuali, ad lucrandum Indulgentiã &c. quia si non hac intentione sed alio fine principaliter fiat, putà si principaliter quis visitat Ecclesiam, aut adit Sanctum Iacobum, Hierusalem, aut in expeditionem terræ sanctæ, aut dat eleemosynam, aut ieiunat ex causa auariciæ, recreationis, aut ...

Propo. 3.

dani, aut visitandi parentes seu amicos, aut vt satisfaciat pro aliàs debito & huiusmodi, non autem principaliter facit pro illo fine lucrandi Indulgentiam: certè non lucratur illam per tale opus. Quia non eo modo & qualitate fit, quomodo imponebatur, neque vllo modo fit piè, vt requiritur, neque ad eum finem ad quē imponitur tale op⁹ principaliter, ergo requiritur & sufficit quòd tale bonum opus ex genere & pium fiat piè, id est, ad id ad quod ex tenore bullæ imponitur fit principaliter, & ex intentione actuali seu virtuali. Quod tunc fit quando fit principaliter pro lucranda Indulgentia, vt habetur in forma concessionis vt dictum est. ¶ Ex prædictis patet, quòd si quis vadit ad sanctum Iacobum ad visitandum parentes principaliùs & minùs principaliter pro lucranda Indulgentia, sic scilicet quòd non nisi pro visitandis parentibus iret, non lucratur eam. Si autem econtrà principaliùs pro lucranda Indulgentia, & minùs principaliter pro visitandis parentibus, sic scilicet quòd nihilominus iret, etiam si non essent ibi parentes visitandi: tunc benè lucratur illam. Si verò æquè principaliter vadit propter vtrunque, etiam lucratur illam, quia simultas alterius finis seu intentionis æquè principalis non excludit alium, nisi sint illi duo fines incompossibiles saltem de lege, vt ire ad lucrandum Indulgentiam simul & in despectum concedentis aut ad fornicandum & huiusmodi, vel nisi sint duo vltimi fines: quales non sunt in proposito, vt latiùs Angest. in moralibus. capit. octauo, vbi agit de circunstantia finis, & capit. 14. de his agit.

Quæstio

Quæstio vigesima tertia.

Vtrùm & quomodo vnus pro alio posit lucrari Indulgentiam.

REspondeo per tres propositiones. ¶Prima propositio est. Nullus potest pro alio viuo aut defuncto lucrari Indulgentiam. nisi hoc ei specialiter concedatur, secundum formam bullæ aut concessionis. ¶Probatur secundum Palud. in quarto, distinctione.20.quæstione quarta, articulo tertio, conclusione sexta: & beatum Thomam in additione tertiæ partis, quæstione vigesima septima, articulo tertio: & communiter doctores eadem dist. 20. quia qui dat Indulgentiã applicat cui & quomodo vult: non autem ille qui implet conditionem, vt patet suprà .q.1. ergo licèt quilibet possit valorem satisfactorium sui operis alteri applicare, non tamen valorem Indulgentiæ concessæ pro illo opere, nisi hoc ei concedatur. Item quia Indulgentia est stricti Iuris quò ad hoc, scilicet ne valeat vltra tenorem concessionis, vt suprà. q.19. in respõsione ad quartum argumentum & quæst.7.in responsione ad tertium habetur. ergo. ¶Et nota, quòd quando ex concessione Papæ, vnus alteri lucratur Indulgentiam, non dat illi talem Indulgentiam, quia talis datio est actus iurisdictionis quò ad viuos: superioritatis autem supra thesaurum Ecclesiæ communicandum quò ad viuos & defunctos, quibus talis Indulgentia conceditur: ideò solus Papa seu prælat⁹ concedit talẽ Indulgentiã, quam vnus alteri lucratur ex bullæ cõcessione. Et dicitur eam alteri lucrari quia facit pro eo id quod requiritur, ut ille alius eam lucretur secũdum formã cõcessionis.

Prima proposi.

Ex quo patet ꝙ id quod aliqui doctores dicunt, ꝙ scilicet Indulgentia ex intentione suscipiētis transfertur in illum qui est in purgatorio, intelligitur sano modo, non quidem sic, ꝙ ipse communicet animæ purgatorij Indulgentiam de thesauro Ecclesiæ, neq; ꝙ ipse priùs lucretur sibi Indulgentiam: & pòst tempore vel natura cōmunicet illam animæ purgatorij. Quia talis cōmunicatio etiam per modum suffragij pertinet ad auctoritatem superioritatis super tali thesauro, quæ auctoritas soli Papæ aut prælatis conuenit, vt suprà. q. 1. & q. 13. latè dictum est. Sed intelligitur sic scilicet ꝙ ipse facit tale quid requisitum vt anima purgatorij lucretur talem Indulgentiam ei concessam à Papa secūdum tenorem cōcessionis, vt dictum est. ¶ Patet etiam ex dictis ꝙ qui aliquem pro se mittit Romam aut Sanctum Iacobum pro lucranda Indulgentia, tunc, nisi habeat concessionem ꝙ sic mittendo ipse lucretur Indulgentiam ac si ipse iret, non lucratur illam, licèt mereatur & satisfaciat voto si quod habet de visitando talem locum per se vel per alium. Is autem qui mittitur & venit loco alterius, si venit cum debita intentione lucrandi etiam sibi Indulgentiam, (vt suprà. q. 22. proposi. 3. habetur) lucratur etiam talem Indulgētiam sibi & meretur: quamuis simul impleat votum alterius & lucretur alteri illam Indulgentiam ex tenore cōcessionis, vt ait Abulen. super Matth. 19.

Propo. 2. ¶ Propositio secunda. Licèt quis (modò sit debitor pœnarum pro suis peccatis modò non) benè possit pro alio promereri aut lucrari Indulgentias ad sensum suprà dictum, nemo tamē quantuncunq; sit in gratia & nullius Indulgentiæ indigens potest transferre in alium fructum Indulgentiarum, quas iam sibi lucratus est. ¶ Hæc propositio est Adriani in. 4. in materia de Indulgentijs, conclu. 5. Quæ probatur secūdum eū. Quia sicut non potest quis in alium transferre gratiam abolitionis culpæ, ita nec remissionē pœnæ. Hæc ratio non videtur efficax, nec est simile de culpa & pœna, vt patet de satisfaciente pro alio quò ad pœnam pro peccatis iam quò ad culpā dimissis, ideò melior ratio est, quia iam illæ Indulgentiæ habuerunt suum effectum in lucrante, vel redierunt ad thesaurum Ecclesiæ: ideò non possunt applicari, nisi per modum Indulgentiæ de nouo acquirātur alteri vt de hoc infrá. q. 39. in secundo puncto habetur.

Propo. 3. ¶ Propositio. 3. Existens in mortali peccato potest alteri existenti in gratia lucrari Indulgentias secundum formam cōcessionis, nisi hoc specia-

liter ex bulla aut aliàs alio iure caueatur. ¶Probatur. Quia nõ requiritur status gratiæ nisi pro eo tempore quo quis lucraturus est Indulgentiam seu fructum eius sibi ipsi, vt suprà q.21.&.q.22. dictum est, ergo sufficit ad lucrandum Indulgentiam alteri ꝙ in eo statu talem actum faciat, qualis requiritur & sufficit ad lucrandũ sibi: ex quo per hoc non tollitur debita dispositio gratiæ eius pro quo acquiritur talis Indulgentia, vt de hoc etiam quò ad defunctos specialiter dictũ est supra. q.14. in fine dubij tertij: licèt Sum. Ange. ti. Indul §.21. secundum aliquos teneat oppositum. Et hoc est verum etiam quando quis motu proprio secundum tenorem concessionis vult acquirere alteri viuo aut defuncto Indulgentiã, in quo posset esse aliqua difficultas, vt suprà. q.22. habetur. Nam si mandato aut prece alterius faciat pro eo id quod per bullam imponitur ad lucrandum Indulgentiam secundum tenorem bullæ: tunc nihil obstat ꝙ talis minister exequens sit in mortali vt cõmuniter dicunt doctores, vt refert etiam Gabriel in cano. lect. 58. litera. V. X. &c. ¶Sed ad prædicta dubitatur, vtrùm quando forma Indulgentiæ non concedit ꝙ quis eam posit alteri lucrari, is qui mandat seu procurat ꝙ alius det pro eo talem eleemosynam requisitam ad lucrandum Indulgentiam, aut qui ratificat talẽ dationem eleemosynæ pro eo, lucretur Indulgentiam ac si ipse dedisset? *Dubium.* ¶Respondeo quò ad primum ꝙ sic. Nam licèt quædam sint opera quæ quò ad ipsum genus & substantiam operis requirunt personalem operationem ad hoc ꝙ dicantur fieri per talem personam, vt est visitatio Ecclesiæ, oratio, ieiunium & huiusmodi (nullus enim propriè dicitur hęc facere nisi per se faciat, nõ autem quando per alium, ideò nisi bulla concedat non potest quis hæc facere ad lucrandum Indulgentiam pro alio, vt suprà dictũ est, etiam si ille alius ratificet ea nomine suo gesta) sunt tamen alia opera quæ ad hoc ꝙ iste dicatur propriè ea facere, non requirunt personalem eius executionem eorum, sed sufficit eius causalitas, sic scilicet ꝙ alius eius iussu, prece, suasione, aut causalitate ea faciat pro eo, vt sunt opera & vocabula eorum quæ politicè & ciuiliter vel in communi modo concipiendi sic intelliguntur, putà dare, mutuare, emere, vendere, accipere & huiusmodi. Nõ enim is tantũ dicitur dare eleemosynam propriè qui personaliter exercet per se talem actum, sed & qui præcipit, aut quomodocunque mandat dari per alium seruum. Ideò qui per suum famulum vel *Respõsio.*

amicum dat eleemosynam in bulla taxatam mãdans dari pro se, benè lucratur Indulgentiam ac si ipse dedisset: & impleuit quod bulla imposuit dandum in sua propria significatione polytica vt polyticè talia accipiebantur, vt dictum est. ¶Verùm est ꝙ etiam si dominus mandet & per famulum mittat eleemosynam si tamẽ ipse famulus non dat efficaciter eam vt bulla disponit, sed sibi rapit, perdit, vel aliud facit: tunc ipse dominus non lucratur Indulgentiam, licèt per eum non stetit neq; ipse fuit in culpa ꝙ nõ daretur: quia non est impleta conditio in effectu, ex quo nec per se nec per alium efficaciter dedit vt bulla disponit. ¶Ex his sequitur ꝙ frater Minor qui etiam de licentia prælati non potest per se vel per interpositam personam accipere pecuniam aut super eius expensione auctoritatem habere ex vi regulæ suæ: potest tamẽ per amicum spiritualem pecuniam procurare vt detur pro eo ad lucrandum Indulgentiam, sicut & alias res necessarias sibi procurandas, sic etiam ad bullam & Indulgentiam habendam: & quò ad hoc dicitur ipse facere per se quod bulla dandum imponit, vt hoc etiam ait Sum. Ro. tit. Indulgentia. §. 17. & Ioannes Maioris in. 4. d. 20. quia & talis est intentio Papæ, vt patet ex cõmuni practica & ex tenore bullarum. Et sic patet responsio ad primũ, quod in dubio quærebatur. ¶Quó ad aliud. s. vtrùm sit idem iudiciũ de ratificante quod nomine suo datum est per alium non rogatũ, putà si quis proprio motu dedit eleemosynã & accepit bullã pro alio seu Indulgentiam: ac si ipse à principio mandasset aut procurasset id dari pro eo, respondeo videtur probabiliter ꝙ sic. Ratio, quia ratihabitio retro trahitur & mandato comparatur. de re. iu. maximè in talibus operibus & actibus ad quorũ propriam significationem non requiritur executio personalis vt dictum est, qualis est hæc. Maximè hoc videtur verum quando qui habet curam aut potestatem alterius dat pro eo eleemosynam pro lucrãda Indulgentia vt pater pro filio &c. nõ tamen per hoc excluditur amicus pro amico, vt probatum est. Et ad hoc videtur etiam practica huius temporis quæ est optima interpres voluntatis Papæ & tenoris bullarum. ¶Et nota ꝙ ex eo tempore quo ille pro quo per alium data est eleemosyna, eam ratificat & non ante censetur ipse eam dedisse & bullam accipere. Nota etiam ꝙ hæc non est concessio Indulgentiæ per modum suffragij, vt suprà. quæst. 15. latè habetur.

Quòad F. Mino.

Rosella.

Quæſtio vigeſima quarta.

Vtrùm ad lucrandum Indulgentiam conceſſam verè pœnitentibus & confeſsis de omnibus peccatis de quibus corde contriti & ore confeſsi fuerunt, ſufficiat confeſsio quadrageſimalis tantùm, & generalis, etiam de oblitis & ignoratis: & quomodo intelligantur aliæ ſimiles formæ, & quomodo impleri debeant ad lucrandum Indulgentiam eo modo conceſſam.

REſpondeo per ſeptem propoſitiones. Propoſitio prima. Confeſsio actualis præſens, præterita, vel futura nō requiritur ex vi Indulgentię ad eā lucrandū, ſed requiritur & ſufficit ſtatus gratiæ, niſi concedens impo nat talem confeſsionē aut reconfeſsionem. ¶Probatur prima pars ex ſuprà dictis. q. 21. Propo. 1.
22. vbi de hoc latè habetur. Secunda pars. ſ. niſi concedens impo nat &c. patet, quia in eius arbitrio eſt concedere Indulgentiā ſub tali onere ſeu conditione confeſsionis aut recōfeſsionis. Dico vel reconfeſsionis, quia licèt abſolutè non poſsit etiam Papa nos obli gare ad reconfitendum iam ſemel ritè confeſſa, poteſt tamen ex ſuppoſitione ſeu conditione, vtpote ſi volumus lucrari Indulgen tiam, ꝙ non aliter lucremur niſi reconfiteamur, ſicque talis recon feſsio non eſt abſolutè inuoluntaria ſed voluntaria quia ex ſuppo ſitione ſeu in ſua cauſa eſt voluntaria: q̃uis in ſe ſola cōſiderata eſ ſet inuoluntaria, vt cōmuniter doct. in. 4. in mate. de confeſsione tractāt. ¶Sed no. ꝙ nunquā ferè Papa ſic cōcedit Indulgētias ſub cōditione recōfeſsionis, niſi ſpecialiter exprimatur hoc. ſ. ꝙ itera ta eorūdē cōfeſsio fiat ſed de cōfeſsione tm̄ nondū confeſſorum

peccatorum

peccatorum intelligitur confeſsio ibi iniuncta: de qua quomodò ſit intelligenda eſt dubiũ, ideo quó ad hoc ſint propoſitiones ſequentes. ¶Propoſitio ſecunda. Forma hæc ſcilicet omnibus verè
Prapo. 2. pœnitentibus & confeſsis concedimus Indulgentiam omnium ſuorum peccatorum poteſt intelligi tripliciter ſecundum triplicẽ
Opinio. 1. opinionem. Prima opinio eſt de Turrecremata & Florent. 1. parte. Sum. titu. 10. cap. 3. §. 5. & Supplemen. Gabrielis in. 4. diſt. 45. q. 3. articu. 3. dub. 1. quæ ſtat in duobus punctis, quorum primum eſt ꝙ ad lucrandum talem Indulgentiam requiritur & ſufficit ꝙ quis tunc confiteatur. vel ꝙ antè ſaltem in quadrageſima ſecundũ Eccleſiæ præceptum fuerit confeſſus. Quod hoc requiratur patet. Quia tenor Indulgentiæ requirit confeſsionem & contritionem ſeu veram pœnitentiam, ergo requiritur confeſsio propriè accepta, ex quo Indulgentiæ ſunt ſtricti iuris quó ad hoc ꝙ .i. in ſua propria ſignificatione eſt earum forma intelligenda. Hæc autem eſt confeſsio actualiter & ſacramentaliter & non in ſolo voto iam facta: vt patet, quia ibi diſtinguitur confeſsio à pœnitentia & contritione, dum vtrumq; ſimul vt diſtinctum à ſe inuicem in p̄dicta forma imponitur, alioqui ſuffeciſſet dicere, omnibus verè pœnitentibus, ergo requiritur confeſsio ſacramentalis actualis & non ſufficit confeſsio in voto. ¶Quòd autem ſufficiat confeſsio ſacramentalis facta illo anno ſecundum præceptum Eccleſiæ, patet tripliciter. Primò quia verba generalia iudicis ſunt ſecundum formam Iuris generalis interpretanda, ergo ſufficit ꝙ talis ſit confeſſus ſecundum ius ſemel in anno. Secundò quia Papa in tali conceſsione non intendit inducere ad confeſsionem ſed ad eleemoſynam ſeu ad aliud opus pium pro quo conceditur Indulgentia, & vt quis ſit capax Indulgentiæ addit quòd ſit contritus & confeſſus, ergo ſufficit quòd ſic ſit contritus & confeſſus quòd ſit capax Indulgentiæ, id eſt, in ſtatu gratiæ, hoc autem poteſt haberi per contritionem de peccatis commiſsis poſt confeſsionem quadrageſimalem ſecũdum ius, ergo hoc ſufficit. Tertiò, quia ex quo tenor bullæ non dicit ꝙ ſit tunc de nouo contritus & confeſſus, ſufficit iam facta confeſsio ſecũdum ius cum ſtatu gratiæ, qui per contritionem haberi poteſt ergo. ¶Secundum punctum huius primæ opinionis eſt, ꝙ per totalem formam Indulgentiæ habebit quis remiſsionem omnium peccatorum ſuorum etiam oblitorum vſque tunc commiſſorum ſimpliciter, vt ſonat tenor con-

ceſ-

ceſsionis ſine vlla exceptione. Secùs ſi concedatur ſolùm Indulgentia de omnibus peccatis de quibus corde cõtritus & ore confeſſus fuerit: tunc enim licèt ſufficiat confeſsio facta ſecũdum ius, vt ſuprà dictum eſt: non tamen habebit Indulgentiam niſi de illis tantùm peccatis de quibus eſt contritus & confeſſus ſacramẽtaliter in ſpeciali vel generali, vt infrà propoſi.3. habetur, vt ſonat forma conceſsionis huius, ideo oportet ea confiteri ſaltem in generali vt ad ea extendatur Indulgentia. Quòd ergo ſuprà dicto modo verè contritus & confeſſus lucratur Indulgentiam præfactam etiam quò ad peccata inculpabiliter oblita & ignorata in confeſsione patet, & ratio eſt quia Papa non ſtrictiùs exigit confeſsionem ad lucrandum Indulgentiam quã ad implendum prçceptum de confitendo, ſed tali præcepto ſatisfit confitendo cum debita examinatione, etiam ſi ex obliuione ſeu ignorantia nõ tamen notabiliter culpabili maneãt aliqua mortalia non ſpecialiter confeſſa, ergo ſimiliter impletur hæc conditio de confitendo ad lucrandum Indulgentiam, alioqui videtur Papa imponere impoſſibile aut etiam defraudare, cum ſæpe concedat de omnibus ritè aut debitè confeſsis. Et facit etiam ad hoc quod dicitur communiter ſecundum prædictos doctores ꝙ quando forma indulti cõtinet ꝙ ſi quis tenetur alteri reſtituere aut ſatisfacere ſatisfaciat, intelligitur ſi & quomodo commodè poteſt, nam id dicitur ciuiliter poſſe quod iure & commodè ſine maiore damno poteſt fieri. Quòd ſi nullo modo poteſt in toto vel in parte reſtituere certè dicunt ꝙ nihilominus lucratur talem Indulgentiam ſi aliàs eſt debitè diſpoſitus. Quia dicunt ꝙ non eſt credibile Papam per has conditiones impoſsibiles aliquibus velle eos fruſtrare fructu Indulgentiæ, ergo prædictum ſecundum punctum eſt verum, maximè quando bulla non limitat Indulgentiam de omnibus peccatis de quibus corde contritus & ore confeſſus eſt: ſed abſolutè de omnibus peccatis ſuis conceſsit Indulgentiam, vt ſonat prçdictus tenor Indulgentiæ.

¶Secunda opinio eſt Sylueſtrinæ titu. Indul. q.7. & Sum. Angel. §.17. & Ro. eo. titu. ſecundum Palud. in. 4. d.20. q.4. art.3. cõcluſio.1. & Panor. in cap. omnis vtriuſque ſexus. de pœni. & re. & Ioan. Andr. in ca. Quod autem. eo. titu. & gloſſa. in Clemẽ. vnica de reliqui & vene. Sanctorum. & Ioan. de Imola & Cardi. ibidem, & Gerſon. Alphab.33. litera. ꝯ. in tract. de Indul. conſidera *2. Opinio* *Ioan. de Imola.*

tione

tione.3. ¶Quæ opinio ſtat in duobus punctis,quorum primum eſt, ꝙ in ſuprà dicta forma Indulgentiæ non requiritur confeſsio ſacramentalis tũc vel ante illo vel alio anno præterito facta ſecũdum ius vel alio modo: ſed ſolùm requiritur & ſufficit ꝙ habeat propoſitum confitendi ſecundũ ius.ſ.in quadrageſima, quo habito cum vera contritione fit capax Indulgentiæ,& implet illam conditionem,& poteſt illam ex tunc lucrari,etiam ſi ante non ſit confeſſus per decem annos. Quàmuis ſtando in rigore vt dicit Gerſon vbi ſuprà & in regulis moralibus.alphab.25.litera G.videtur ꝙ requiritur confeſsio facta ſaltẽ ſecundũ ius, vt ſupra in.1. puncto dicebat prima opinio. ¶Ratio huius primi puncti huius ſecundæ opinionis eſt triplex.Primò,quia qua ratione nõ requiritur cõfeſsio ſacramentalis nunc facta,vt dicebat prima opinio, eadem ratione nec olim ſecundum ius facta requiritur, quia Papa non intendit neq; exprimit ꝙ nunc vel olim ſit confeſſus,ergo.Sed certè hæc probatio nil valet,quia bulla expreſsè dicit omnibus confeſsis,& conſtat loqui de confeſsione ſacramentali, vt ſuprà in prima opinione probatum eſt,ergo.Secundò probatur, quia (vt refert Silueſtrina vbi ſupra) ſic fuit reſponſum & declaratum in Concilio Conſtantieñ. quód ſcilicet ſufficit propoſitũ confitendi ſecundum Ius, vt habetur in quodam libello cuiuſdam patris de ordine Prædicatorum.Sed certè ſi prædictus libellus ſufficeret ad faciẽdum fidem de hoc,etiam ſufficeret pro hac opinione,ſed non ſufficit.quia neſcitur quis & quomodo id ſumpſit,neque in libro Conciliorum id habetur. Tertiò probatur idem.Quia ſic videtur iam eſſe in practica & conſuetudine,quæ eſt optima interpres legum & diſpoſitionũ humanarum: & niſi Papa aliud exprimat ſeu aliam formam apponat, ſic eſt intelligẽda prædicta forma quò ad hoc. ¶Secundum punctum huius.2. opinionis eſt quòd valet talis Indulgentia ad remiſsionem omnium peccatorum etiam oblitorum & ignoratorum,vt dicebatur in ſecundo puncto.1.opi.propter eaſdem rationes.

Tertia opinio. ¶Tertia opinio eſt Caieta.in.2.quodlib. in tracta.de Indulg. q.10.& aliquorum antiquorum. Quæ opinio ſtat in duobus punctis,quorum primum eſt ꝙ requiritur vera pœnitentia ſimul & confeſsio ſacramentalis de omnibus mortalibus commiſsis non confeſsis vſque ad illud tempus quo quis eſt lucraturus talem Indulgentiam:alioqui non lucrabitur illam nec in toto nec in parte.

te. Et ratio est, quia in prædicta forma Indulgentiæ ponũtur duæ conditiones distinctæ. s. quòd sit verè pœnitens seu contritus, & quòd sit confessus, ergo vel vtrumque requiritur & sufficit secundum formam iuris tantùm, scilicet tempore quadragesimæ esse impletum aut implendum illo anno, vel vtrumque simul requiritur tunc esse impletum aut impleri tempore lucrationis Indulgentiæ. Patet consequentia. Quia eodem modo simul ponitur vtraque conditio requisita: sed constat contritionem veram requiri de omnibus vsque tunc commissis, ergo & confessionem simul sacramentalem, vt dictum est, alioqui sufficeret dicere. Verè contritis seu pœnitentibus. Hæc ratio militat contra vtramque opinionem suprà positam. Item est alia ratio, quia si intelligatur de iam confessis solùm secundum formam iuris (vt dicebat prima opinio) iam sequitur contra ipsos quòd tales Indulgẽtiæ non valerent nisi confessis singulis annis secũdum ius: & per consequens quód si omisisset vno vel illo anno confiteri, nõ posset lucrari talem Indulgentiam, etiam si tunc extra tempus iuris confiteretur ad eam lucrandum, quod tamen concedere est contra omnes doctores: & contra intentionem Papæ & practicam Ecclesiæ, ergo prima opinio quò ad hoc non valet.

¶ Secundum punctum huius tertiæ opinionis est: quòd prædicta Indulgentia solùm valet quò ad pœnitentias iniunctas pro suis peccatis confessis & oblitis &c. Sed hoc procedit supposita alia sua opinione quòd nullę Indulgentiæ valent nisi quò ad pœnitentias iniunctas à confessore, quæ opinio suprà reprobata est quæst. septima, propositione quarta, & ibidẽ in responsione ad primum argumentum. ¶ Igitur inter tot opiniones doctorum videtur michi (saluo meliori iudicio) quò ad supradictam formam Indulgentiæ tandem dicendum: primò quòd stando in tenore dictæ formæ qui est maximè attendendus: sicut requiritur vera pœnitentia ita & sacramentalis confessio simul de omnibus mortalibus commissis vsque ad tempus fructus Indulgentiæ, vt dicebat tertia opinio Caietani in primo puncto & propter rationes ibi positas, nisi communis practica Ecclesiæ sit aliquando in oppositum. Quod ideo dico, quia tunc consuetudo talis scita & tollerata à Papa, videtur eius mentem interpretari piè & fauorabiliter quòd sufficeret confessio in voto, vt dicebat secunda opinio suprà posita in

1. puncto

primo puncto,& sic concordãtur illi doctores, vt ibi etiam innuitur ex dictis Gersonis. ¶Secundò dico ꝙ prædicta Indulgentia valet ad remissionem pœnarum omnium suorum peccatorũ absolutè, vt sonat tenor Indulgentiæ tam confessorum q̃ inculpabiliter oblitorum & ignoratorum, vt dictum est in secundo puncto primæ & secundæ opinionis, quàmuis rationes ibi positæ ad hoc non probent intentum. Non est enim inconueniens ꝙ Papa imponat pro lucranda Indulgentia aliquam conditionem impossibilem aliquibus.s.infirmis, puta visitationem Ecclesiæ aut in expeditionem Hierusalem aut ieiunium, qui ideo non lucrabuntur talem Indulgentiam, tamen erit possibilis alijs, aut ꝙ in tanta parte peccatorum aut de tot & non de alijs peccatis lucretur quis talem Indulgentiam. Ideò præcipua ratio huius secundi puncti est quia tenor Indulgentiæ nihil excipit, & ergo cõcedit ꝙ de omnibus etiam oblitis lucretur talem Indulgentiam qui cõtritus & confessus fuerit, quia vbi ius non distinguit nec nos distinguere debemus vt habetur in ca.Solitæ.de maiori. & obedi.

3.Propo. ¶Tertia ꝓpositio est qñ cõceditur Indulgẽtia sub hac forma, Cõcedimus seu cõcedatur ei qui hoc vel hoc fecerit Indulgentia omnium suorum peccatorum de quibus corde contritus & ore confessus fuerit, seu de omnibus suis peccatis ore confessis: est triplex opinio, quarum prima stat in duobus punctis contentis in prima opinione suprà posita in secunda propositione. Nullã enim facit differentiam inter hanc formam & illam, præter illud quod in secundo puncto eiusdem opinionis ibi notatum est quãdo venit hæc forma Indulgentiæ. ¶Secunda opinio stat in duobus punctis. Primùm est ꝙ requiritur confessio sacramentalis facta sicut & contritio de omnibus vsque ad tempus fructus huius Indulgẽtiæ commissis: & non sufficit cõfessio secundum ius facta illo anno neq; solum propositum postea confitendi. ¶Secundum punctum huius secundæ opinionis est ꝙ talis Indulgentia etiam plenaria solùm valebit ad remissionem peccatorum tempore fructus seu ad lucrandum Indulgentiam tunc confessorum: non autem ad remissionem olim iam confessorum neque oblitorum aut ignoratorum inculpabiliter. Ratio horum omniũ est (vt dicit opinio) quia sic sonat tenor concessionis præfatæ. Item quia in bulla Africæ in qua talis tenor habebatur, dicebatur consequenter, ꝙ concedit Papa ꝙ talis Indulgentia etiam extẽdatur & valeat quo ad

Prima opinio. *Secunda.*

ad peccata olim confessa: ex quo videtur quod si id specialiter nõ expressisset, certè non includeretur neque intelligeretur in prædicta forma de qua nunc agimus, ergo. ¶ Sed certè ista secunda opinio non est vera, neque communiter tenetur, neque eius rationes quid probant. Quia neque tenor Indulgentiæ sic sonat, quod scilicet requiratur tunc cõfessio aut reconfessio: neq; ex eo quod Papa aliquando specialiter expressit quod valeret quò ad peccata olim confessa, non sequitur quod ergo si non expressisset non sic valeret. Nam dici potest quod ideo sic expressit vt tolleretur omnis occasio dubitãdi, maximè vbi sunt diuersę opiniones, ideo ad maiorem declarationem expressit id quod & quomodo bulla intelligebatur. ¶ Ideo tandem est tertia opinio communis & vera quæ stat in duobus punctis, quorum primum est, quod in prædicta forma non requiritur actualis vlla confessio tunc aut ante seu illo anno facta secundum ius, sed status gratiæ tantùm. Ratio, quia ex quo forma Indulgentiæ non dicit quod concedatur confessis & contritis: vt dicebatur in prima forma suprà posita in secunda propositione, neque dicitur de confessis tunc aut suo confessori, sed solũ dicitur, vt supponitur, quòd facientibus tale quid cõcedatur Indulgentia de peccatis de quibus corde contriti & ore confessi fuerint, ergo sufficit quod sit capax Indulgẽtiæ in statu gratię. Quòd si in tali forma diceretur, quod talis Indulgentia concedatur ei per confessorem: iam videtur requiri confessio actualiter tunc faciẽda eo modo quo infrà. propo 6. habetur. ¶ Secundum punctũ huius tertiæ opinionis est quod talis Indulgentia solùm valebit quó ad peccata vsque tunc iam contrita simul & confessa quocunque tempore: quia sic sonat tenor prædictæ formæ Indulgentię. Ideò non remittuntur peccata oblita aut ignorata in cõfessione sacramentali etiam omnino inculpabiliter, nisi sint iam aliquomodo confessa sacramentaliter secũdum ius vel aliquo tempore, vt infrà. propo. 6. & 7. habetur. Imò licèt tale peccatum inculpabiliter oblitum postea quis confiteatur sacramentaliter transacto tẽpore lucrandi illam Indulgentiam, postea non lucrabitur eã de illo peccato. Quia tenor Indulgentiæ solùm erat de sacramentaliter confessis vsq; tunc quando lucrabatur illã. Et sic fuit practicatum inter multos doctores tempore Sixt. 4. & sic tenet Gerson in tracta de absolu. sacramentali alphab. 33. litera. K. & Supplemen. Gabrielis. in. 4. d. 45 q. 3. art. 2. propo. 8. & arti 3. dub. 1.

Tertia opinio.

Gerson.

&

& Sum. Ang. titu. Indul. §. 2. & Sum. Ro. & communiter doct. per rationẽ prædictam. ¶ Quamuis Florenti. 1 par. Sum. titu. 10 ca. 3 § 5. & Turrecremata. & Siluest. titu. Indul. q. 8. q. 10. dicant posse piè dici ꝙ inculpabiliter oblita & ignorata remittũtur per talẽ formã Indulgentiæ sicut & per illã aliam formã suprà positã propo. 2. & cũ eis cõcordãs Adria. in. 4. in materia de Indul. dicit insuper sic esse in communi opiniõe doctorum. Sed salua reuerentia debita nec communis opinio id tenet, neq; tenor Indulgentiæ ei suffragatur, vt dictum est, neq; est simile de hac forma & de illa alia forma suprà posita, in proposit. 2. vt ibi dictum est. ¶ Nisi fortè pro concordia dicatur ꝙ illa oblita vel ignorata iam censentur ore confessa, si pœnitens in confessione sacramentali aliquãdo facta post particularẽ aliorũ confessionẽ intendebat illa includere in generali omniũ oblitorũ & ignoratorũ cõfessiõe. Tunc em̃ id sufficit ad absolutionẽ sacramentalẽ de eis habendã & ad lucrandũ Indulgentiã, vt videtur innuere Adria. vbi suprà, & latius dicetur infrà. proposi. 6. & 7. circa hoc. Ideò ait Gerson vbi suprà, videat ergo quilibet quantum expediat non dari obliuioni peccata, sed illa expresè confiteri, habita copia sacerdotis. ¶ Sed vtrùm per prædictã formã Indulgẽtiæ requiratur etiã confesio aliqua specialis aut generalis aliqñ facta de venialibus, vt ad eorũ pœnas extẽdatur & valeat talis Indulgẽtia: dicit Adrianus vbi suprà ꝙ sic: alioqui nõ valebit eis talis Indulgẽtia, nisi ea quis cõfessus fuerit in specie aut in genere modo ꝑdicto, cõsequendo alique effectũ remisiõis per sacramẽtalẽ absolutionẽ, vt etiã de hoc latiùs habetur infrà propo. 6. & q. 25. ¶ Quarta propo. est. Quãdo Indulgẽtia cõceditur sub hac forma. s. Cõceditur Indulgẽtia plenaria de iniũctis pœnitẽtijs, quomodo debeat intelligi. ¶ Respõdeo ꝑ duo pũcta. Primũ est, ꝙ nisi ibi exprimatur ꝙ tũc seu illo anno fiat cõfesio seu ꝙ confessor concedat talẽ Indulgẽtiam, non est necessaria cõfesio tũc vel olim facta, sed sufficit status gratiæ, vt suprà propo. 3. habetur in. 3. opinione ibi tandẽ posita. ¶ Secundũ punctũ est, ꝙ talis Indulgẽtia solũ valet quò ad pœnitẽtias vsq; tũc iniũctas sacramẽtaliter à sacerdotibus. Ratio quia sic sonat forma Indulgẽtiæ & sic cõmuniter tenetur. Ideò si nil est aliquo modo à sacerdote iniunctũ: certè nil remittitur ꝑ talẽ formã Indulgẽtiæ etiã plenariẹ de iniunctis tantũ pœnitentijs concessæ. Sed not. ꝙ vt dicatur pœnitẽtia iniuncta sufficit ꝙ sacerdos

Marginalia: *Turrecr.* (beside "ca. 3 § 5."); *Adrian.* (beside "propo. 2."); *Propo. 4.* (beside "Quãdo Indulgẽtia")

sacerdos post impositionē alicuius breuis pœnitētię, vt cōiter fit, postea simul relinquēdo arbitrio pœnitētis gñaliter iniungat aut dicat, Oīa bona quę feceris & mala quę passus fueris, sint tibi in remissionē peccatorū. Talis em̄ iniūctio gñalis & relicta arbitrio pœnitētis (vt ait Gerson in regulis moralibus alphab. 25. G.) videtur ꝙ ꝓdest & sufficit ad hoc ꝙ omnes pœnitentię specialiter iniūgēdæ sint & dicātur iā quodāmodò iniūctæ generaliter, vt sic Indulgentia ꝑdicta extēdatur etiā ad specialiter iniūgēdas. Et fortè scd̄m hoc intellexerūt Florēt. 1. par. Sū. titul. 10. ca. 3. § 5. & Turrecremata qñ dixerūt ꝙ etiā pœnitētiæ quę claue nō errāte essēt iniūgēdę, remittūtur per ꝑdictā formā Indulgētię plenariæ de iniūctis pœnitētijs: & etiā Palude. in. 4. d. 20. q. 4. art. 2. idē dicit, quod est intelligendū qñ iā generaliter sunt iniūctæ, vt dictū est, aliàs nō videtur habere veritatē ex quo forma Indulgētiæ apertè reclamat similiter & opinio cōmunis Neq; em̄ dicitur pœnitentia iniūcta ea quæ est à Canone tantū statuta, sed ea quæ est à iudice imposita aliquo modo, vt dictum est & etiam latiùs habetur suprà. q. 7. propo. 3. ¶ Propositio. 5. Quādo forma Indulgētiæ sine vlla limitatione absolutè dicit ꝙ facienti aut danti tale quid cōcedatur talis Indulgētia, & nō dicit per quē debeat ei cōcedi, tunc secundū Florent. vbi suprà, & Syluest. titu. Indul. q. 10. quilibet etiā laicus, cui per Papā potest iurisdictio Ecclesiastica cōmitti potest talē Indulgentiā cōcedere, quia per talē formam videtur Papa sic cōcessisse ꝙ. s. per aliquē cōcedatur, & cū nō signauerit per quē, ergo videtur cōmisisse cuicūq; voluerit ipe lucratur⁹ talē Indulgētiā. Hęc illi. Sed fortè meliùs videtur ꝙ nō oportet ꝙ ꝑ aliquē cōcedatur, sed ꝙ videtur ipso facto cōcessa ac si diceret, ꝙ cōceditur talis Indulgētia, vt infrà habetur in fine huius. 5. proposi. & nō requiritur vlla cōfessio: & valet talis Indulgentia etiā quò ad peccata oblita & ignorata & etiā nō cōfessa, ex quo ipa bulla nil excipit neq; restringit. ¶ Quòd si bulla signaret per quē deberet cōcedi talis Indulg. dicēdo ꝙ cōfessor electus eā cōcedat: tūc esset necessaria aliqua cōfessio (de qua infrà. propo 6. habetur) in qua cōfessor cōcedat ipsā Indulgētiā. Similiter si bulla diceret ꝙ ꝑdicator cōcedat talē Indulgētiā audiētibus sermonē: reqritur ꝙ ita fiat vt tenor bullę explicat: alioq. nō lucrabitur talē Indulgē. quis, nisi post auditū sermonē ꝑdicator ipe eā cōcedat. ¶ Quòd si tenor cōcessionis dica. ꝙ tali faciēti tale quid ipso Propo. 5.

ſo facto concedatur aut ꝙ conceditur per Papam talis Indulgentia, tunc ipſo facto eam lucratur, nec requiritur ꝙ per aliquem alium concedatur: quia Papa ex tunc pro nunc eam illi cōcedit.

Propo. 6. ¶ Propoſitio ſexta. Quando in bulla ſeu conceſsione dicitur vel requiritur confeſsio aut confeſſor ad lucrandum Indulgentiam, intelligitur de confeſsione ſacramentali & de confeſſore ſacramentali, qui eſt ſolùm ſacerdos habens poteſtatem audiendi talem pœnitentem. Ratio, quia cum Indulgētiæ ſint ſtricti iuris quò ad hoc (vt ſuprà. q. 7. propoſitione. 4. & in reſponſione ad primum argumentum ibi habetur) in ſua propria ſignificatione ſunt eius verba intelligenda & ſecundum ius. Nunc autem in materia clauium & ſacramentali, qualis eſt confeſsio & contritio quæ in Indulgentiarum collatione exigitur, confeſsio & confeſſor propriè & ſecundum ius eſt ſacramentalis, vt dictum eſt, ergo licèt ad lucrandum Indulgentiam quantum eſt ex ſua natura non requiratur confeſsio aut confeſſor ſacramentalis ſuprà dictus, requiritur tamen ex impoſitione concedentis ſub tali conditione, quæ debet modo prędicto & non aliter intelligi.

¶ Et confirmatur. Quia ſicut quando datur Indulgentia de ore confeſsis intelligitur de ſacramentaliter confeſsis, vt ſuprà propo. 2. & 3. ſecundum communiter doctores habetur, ergo ſimiliter vbicunque requiritur confeſsio & cōfeſſor intelligitur de ſacramentali vt dictum eſt. Concordat Supplementum Gabrielis in. 4. diſt. 45. q. 3. art. 3. dub. 1. ¶ Confeſsio autem ſacramentalis eſt confeſsio particularis peccatorum: eſt etiā ſecundū cōmuniter doct. generalis quædā cōfeſsio, quæ poſt particularem fit de alijs oblitis & ignoratis in cōmuni recognoſcendo & accuſando ſe de illis ſpecialiter coram ſuo ſacerdote in foro ſacramentali, quàmuis in hoc aliqui doctores contradicant aut negent. Secùs de confeſsione illa generali quæ fit in principio miſſæ aut in prima ſeu in cōpletorio, aut etiā in principio cōfeſsiōis ſacramētalis dicēdo cōfiteor Deo &c. Hęc. n. aut alia ſimilis extra ſacramētū facta nulla oīo peccata in numero aut ſpecie cū circūſtātijs ſpecificās nō eſt ꝓpriè ſacramētalis. i. nō eſt materia abſolutiōis ſacramētalis ſcd̄m cōiter doct. ideò hæc vltima cōfeſsio gn̄alis ex quo nō eſt ꝓpriè ſacramētalis, nō ſufficit ad lucrādū Indulgētiā requirētem cōfeſsionē, vt dictū eſt.

Corollar. ¶ Ex quo infertur ꝙ nō valet opinio Florēt. 1. par. Sū. tit. 10. ca. 3. § 5. & Sylueſt. titu. Indul. q. 10. & alio-

aliorum dicentium quòd quando forma Indulgentię dicit quòd confessor idoneus concedat eam Sorti si non dicit ꝙ sit sacerdos tunc si non adsit sacerdos potest quilibet clericus etiam primę tõsuræ seu etiam laicus eam concedere facta confeſsione tantũ generali.s.Cõfiteor Deo &c. & similiter dicunt quãdo bulla concedit ꝙ quis confessus &contritus lucretur talem Indulgentiam: aut ꝙ confesso & contrito concedatur à confeſsore talis Indulgẽtia. Quia si sit contritus cum proposito sacramentaliter confitendi secundum ius, potest, vt dicunt isti, facta prædicta tantùm confeſsione generali confiteor Deo &c. clericus seu laicus in absentia sacerdotis concedere Indulgẽtiam illam. Et ratio eorum est, quia ad lucrandum Indulgentiam ex natura sua non requiritur confeſsio sacramẽtalis sicut nec ad remiſsionem pœnarum quæ fit per Indulgentias ergo nisi exprimatur in bulla nõ requiritur. ¶ Sed certè, vt dictum est, talis confeſsio sacramentalis requiritur ex impositione Papæ sub tali conditione concedentis, cuius intentio satis exprimitur in significatione confeſsionis &confessoris si propriè & secundum ius vt accipi debent, capiãtur vt probatum est. ¶ Propo. 7. Quando ad lucrandum Indulgentiã deberet quis confiteri & tamen amisit non quidem vsum rationis sed loquellam tantùm: tunc sufficit confiteri, vt mutus confitetur per signa æquipollentia confeſsioni vocali sacramentali. *Propo. 7.* ¶ Secùs si nullo modo potest talia peccata intimare confessori per signa prædicta, neque enim sufficiunt generalia signa contritionis tantùm: licèt hæc signa generalia contritionis sufficiant ad abſolutionem ab excommunione, & secundum quosdam doctores etiã ad abſolutionem à peccatis sicut & generalis confeſsio sacramentalis de oblitis & ignoratis, vt suprà propo. 6 dictum est: cõcordant Floren. & Syluest. & Supplement. Gabrielis vbi suprà. Piè tamen mihi videtur ꝙ talis confeſsio sufficiat etiam ad lucrandũ talem Indulgentiam, sicut & ad abſolutionem sacramentalẽ peccatorum obtinendam: ex quo aliquo modo sacramentalis est, vt infrà. q. 36. in secundo puncto principali habetur. ¶ Si autẽ bulla specialiter concedat Indulgentiam de ore confeſsis, seu ei qui fuerit ore confessus: dicit Supplementum Gabrielis vbi suprà articulo secundo, proposi. 8. quòd non sufficit confeſsio per signa quantumcunque particulariter explicatiua peccatorum. ¶ Sed certè hoc ego non credo potiùs enim videtur quód tali non po-

tenti aliter confiteri sufficiat per talia signa particularia, quia ex
quo Papa non intendit exigere confessionem nisi sacramentalē
secundum ius vel iuridicam, qualis censetur ista facta per signa à
mutis non potentibus aliter confiteri, ergo licèt exprimat de ore
confessis, vt communiter solet fieri, non est excludenda alia æ-
quiualens facta à mutis & non potentibus aliter confiteri. Neque
standum est in tam amaro rigore verborum, vt ait Glossa in Cle
men. vnica de reliqui. & ven. sanctorum, sed potiùs hic habet lo
cum epicheia. ¶ Si verò quis amisit loquelam simul & vsum ra-
tionis per amentiam, frenesim aut alio quouis modo: tunc in ca-
su quo secundum bullam requirebatur confessio sacramentalis
non lucrabitur Indulgentiam, ex quo non impleri potest condi-
tio requisita ex quacunq; causa, vt suprà. q. 20. habetur. Quàm-
uis Florent. vbi suprà dicat quòd tali benè potest confessor con-
cedere Indulgentiam, & ille eam lucrabitur quó ad peccata iam
aliàs confessa tantùm: sed quomodo hoc sit verum dictum est su-
prà propo. secunda & tertia &c. Sed vt proximè dixi videtur ꝙ si
ostendit signa contritionis potest & debet ei talis Indulgentia &
absolutio sacramentalis impendi, non autem si nulla signa con-
tritionis tunc vel ante priuationem rationis & loquelæ ostendit.

¶ Quòd si tenor Indulgentiæ habet ꝙ confessor electus ab eo
ei concederet Indulgentiam: & ipse ante electionem confessoris
priuetur vsu rationis, tunc si ante talem priuationem vsus ratio-
nis elegit aut dixit se velle per quemcunque aut per aliquem sig-
natum confessorem sibi concedi Indulgentiam, quilibet aut ille
sacerdos signatus, qui illum in confessione poterat audire, potest
in tali casu etiam extra confessionem sacramentalem, si talis con
fessio, vt suprà dictum est, aliàs ex tenore cōcessionis ad id nō re
quiritur, concedere talem Indulgentiam. Si autem in dicto casu
non elegit talem seu aliquem confessorem expressè aut id nō de-
clarauit quàmuis intendebat & volebat eligere: non valet ei con-
cedi talis Indulgentia: quia tenor indulti electionem confessoris
& non solùm voluntatem eligendi requirit vt supponitur, quā-
uis Florent. vbi suprà & Syluest. dicant ꝙ sufficit voluntas eligen
di. Sed vt dixi contra eos est tenor indulti & Supplemen. Gabrie
lis vbi suprà propositione octaua, & imputet sibi qui cum pote-
rit omisit eligere confessorem ad id in tali casu, & a'ij caueant si-
milem negligentiam. Stādo in rigore ita videtur vt ait Supple-
men.

men. sed de bona æquitate videtur ꝙ sufficit voluntas eligendi secundum Florent. tum quia Papa sic creditur velle, tum etiam quia per prædictam formam potiùs videtur Papa in fauorem lucrantis Indulgentiam concedere vt posit eligere quem vellet cõfessorem: quàm in eius pręiudicium ipsum arctare: & maximè in tali casu quò priuatus loquela vel vsu rationis tunc vel antè signa contritionis ostendit vt dictum est, quòd si vtens loquela vel vsu rationis ex negligentia omisit eligere confessorem qui sibi concederet Indulgentiam non lucrabitur eam, vt suprà dictum est.

¶ Quomodo autem cum talibus priuatis vsu rationis prope mortem se debeat habere confessor circa hæc & alia eiusmodi latiùs habetur infrà. q. 36. quia secundum Gerson faciat quod potest & quod melius est, valeat quod valere potest coram Dei misericordia, & nil omittatur de posibilibus fieri vtiliter.

Quæstio vigesima quinta. Quest. 25

Vtrùm quando forma Indulgentiæ est de peccatis ore confessis, requiratur confessio aut contritio aliqua de venialibus peccatis, vt ad ea extendatur prædicta Indulgentia.

RESpõdeo per duas propositiones, quarum prima est. ¶ Si transacto peccati venialis actu manet ratio culpæ quò ad reatum seu maculam secundum Thomam & sequaces, tunc requiritur quòd talis culpa per cõtritionem aut displicentiã aliquã aut per confessionem generalẽ vel particularem de eis sacramentaliter factam aliquomodo deleta sit: vt quò ad eius pœnam posit Propo. 1.

extendi Indulgentia aliqua. Secùs si secundum Scotum non manet ratio culpæ, vt suprà. q.6.propo.1. habetur & in hoc cōcordant communiter docto. & Adria. in. 4. in materia de Indulgen. vt infrà habetur. ¶ Propositio secūda. Post deletam culpam venialium secundum Tho. aut secundum Scotum, hoc vel illo modo vt dictum est: ita ꝙ iam nō manet nisi reatus seu obligatio ad pœnam temporalem, vtrùm sit necessaria aliqua cōfessio venialium vt prædicta Indulgentia de ore cōfessis ad ipsa venialia extendatur: sicut & quò ad mortalia iam quò ad culpam dimissa dictum est suprà. q.24. prop. 2. & 3. Dico quò ad hoc est duplex opinio. Prima Adriani in. 4. in materia de Indul. & Floren. 1. par. Sum. titu. 10. cap. 3. §. 5. & communiter doct. ꝙ requiritur aliqua confessio sacramentalis specialis aut generalis de eis, alioqui non valebit eis talis Indulgentia, nisi ea quis confessus fuerit sacramētaliter in genere aut in specie modo supràdicto in. q. 24. propo. 6 & 3. consequendo aliquem effectum remissionis per sacramentalem absolutionem, & ratio huius est, quia tenor indulti supràdicti, vt supponitur, id requirit, scilicet talem confessionem de peccatis ad quorum pœnas se extendere habeat talis Indulgentia: & nō est maior ratio de mortalibus quā de venialibus ex quo tenor Indulgentiæ nil excipit nec limitat, ergo intelligendus est de cōfessione secundum ius requisita proportionabiliter ad peccata. s. de confessione saltem generali sacramentali peccatorum omniū inculpabiliter oblitorum & ignoratorum & venialium omniū in generali: talis enim confessio est quæ secundum ius diuinum & humanū talibus peccatis venialibus & mortalibus oblitis debetur, ergo. ¶ Alia opinio est ꝙ de venialibus nulla cōfessio requiritur ad lucrandum talem Indulgentiam de ore confessis. Ratio, quia non requiritur cōfessio specialis aut particularis, ex quo hæc secundum ius non est necessaria de venialibus, imò & est impossibilis de omnibus venialibus. Papa autem nō intendit ad impossibile obligare, neque confessionem non necessariam imponere sed iuridicam, qualis est particularis de mortalibus, ergo. Nec requiritur confessio generalis venialium, quia hæc aut non est sacramentalis, aut non est iuridica de qua habetur. in ca. Omnis vtriusque sexus. de pœ. & re. & Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata &c. nam ibi de confessione particulari peccatorū intelligitur secundum communiter doct. Papa autem loquitur, & in-

Propo. 2.

Prima opinio.

Altera opinio.

intelligitur de confessione sacramentali & iuridica cùm dicit de peccatis ore confessis. Igitur de confesione venialium intelligitur, ex quo nullam differentiam mortalium & venialium facit: sequitur quòd sicut de confesione particulari mortalium intelligit, ita & de venialium, sed non intelligitur de particulari venialium, vt suprà probatum est, ergo non intendit vllo modo de vlla confessione venialium. ¶ Mihi autem (saluo meliori iudicio) videtur quòd requiritur confessio particularis de venialibus notabiliter agrauantibus memoriæ occurrẽtibus sine nimia eorum examinatione aut anxia perscrutatione, sicut de mortalibus etiam aliàs quò ad culpam remissis: & propter eandem rationem: quia sic videtur tenor Indulgentiæ, vt suprà quæstione vigesima quarta, propositione tertia habetur. De alijs autem requiritur & sufficit confessio sacramentalis generalis seu in genere de venialib⁹, sicut & de inculpabiliter oblitis & ignoratis mortalibus, & sicut de eis quæ non possunt commodè particulariter confiteri tunc sufficiat, vt suprà dictum est loco allegato & propositione sexta ibi videatur. Et sic concordant Adrianus & Florent. & communiter doctores in hoc. Neque ex hoc Papa nos obligat ad impossibile, neque imponit confessionem præter Ius, licèt imponat confessionem non obligatoriã de venialib⁹ sicut & de mortalibus, vt suprà dictum est.

Quæstio vigesima sexta,

Quando Indulgentia conceditur facientibus tale quid determinatum aut indeterminatum, putà porrigentibus manus adiutrices aut eleemosynã aut tot argenteos pro fabrica, pro bulla, aut laborãtibus in opere fabricæ, aut visitãtibus talem locum sacrum, aut orantibus tot Pater noster coram tali imagine, aut ieiunantibus tali die, aut cõfitentibus & recipientibus Eucharistiam & huiusmodi, vtrum eam æqualiter lucretur quilibet id determinatũ opus faciẽs, & similiter si est indeterminatum, vtrũ æqualiter eã omnino lucretur is qui parũ sicut qui multum facit de tali opere pio, similiter qui magis & qui minus deuotè id facit.

RESpondeo quòd si id quod imponitur & fit pro lucranda tali Indulgentia est causa pia sufficiẽs ad tantã & talẽ Indul. modò sit indeterminatũ, mõ determinatũ in sua quantitate per Papã concedẽtẽ, quilibet id faciens lucratur eam æqualiter sicut conceditur, & qui plus facit non plus lucratur. Quòd si nõ sit sufficiens absolutè vel respectiuè ad tantã Indulgentiam: tunc non æqualiter sed secundum ratam & proportionem causæ assignatæ ad tantã Indulgentiam lucratur quilibet respectiuè, scilicet secundum quòd respectu ipsius personæ tale opus impositum taliter ab eo factum magis vel minùs accedit ad causam sufficientem assignatam talis Indulgentiæ, sic magis vel minùs lucratur de illa Indulgentia, vt suprà . q. 17. latiùs habetur de his . ¶ Sed quia de nulla ferè causa pia determinatè seu indeterminatè assignata per Papam constat manifestè q̃ sit coram Dei iudicio sufficiens ad tantam quantitatem Indulgentiæ, vt suprà. q. 19. dictum est, ideò etiam non constat q̃ quilibet æqualiter lucretur dans duos argenteos in bulla assignatos: quia & talis eleemosyna potest esse causa pia sufficiens ad tantam & to

tam

tam illam Indulgentiam respectu vnius putà pauperis & non respectu alterius putà diuitis. Et similiter visitatio Ecclesiæ facta ab eo qui deuotiùs aut de longe venit cum magno labore potest esse causa sufficiens respectu eius ad totam illã Indulgentiam, aut magis accedere ad sufficientẽ causam assignatam pro illa Indulgentia q̃ visitatio facta ab alio, qui non tã deuotè aut non de tã longe venit. Ideò non nisi secundum ratam & proportionem causæ signatæ per Papam ad talem Indulgentiam magis vel minus de illa Indulgentia lucrabitur, vt dictum est. ¶Et ad hoc facit extrauagans Bonifa. 8. Antiquorum. de pœ. & re. vbi postq̃ verè pœnitẽtibus & confessis visitãtibus basilicas vrbis Romæ sub forma ibi expressa conceditur Indulgentia plenissima omnium suorũ peccatorum: statim ibi subinfertur. Vnusquisq; tamẽ plus merebitur & Indulgentiam efficaciùs consequetur qui basilicas ipsas ampliùs & deuotiùs visitauerit. Hæc ibi. Ex quo patet ꝙ mens etiam Papæ est ꝙ nisi sufficienter deuotè visitauerit ita vt sit sufficiens coram Dei iudicio causa tantæ Indulgentiæ, non lucrabitur totã illam: nisi solùm secũdum ratam & proportionem talis causæ ad Indulgentiam, vt dictum est secũdum Dei iudicium & nostram probabilitatem. Ad hoc etiam facit censura Parisiensis contra Erasmum. ¶Ad hoc etiam faciunt communiter doctores antiqui, putà beat⁹ Tho. in. 4. disti. 20. q. 3. & quæstiuncula. 2. in resp. ad tertium. & in addi. 3. partis. q. 25. art. 2. ad tertium. Et Florent. 1. part. Sum. tit. 10. ca. 3. §. 3. & Palud. ea. dist. 20. q. 4. art. 2. & Duran. ea, dist. & Summistæ omnes & Canonistæ secũdũ Inn. in. ca. Quod aũt. de pę. & re. dicẽtes ꝙ qñ indeterminatè cõceditur Indulgẽtia porrigẽtib⁹ man⁹ adiutrices fabricæ aut huiusmodi debet diues dare scd̃m suã conditionẽ. s. rex vt rex, & miles vt miles & pauper vt pauper: alioqui diues non lucrabitur tantã Indulg. dando vnũ denarium, quantam lucrabitur pauper dando denarium. Hæc illi. Item Bonauen. ea. dist. 20. q. vltima dicit ꝙ collator Indulgentiarum secundum rectũ iudicium considerat & põderat causam pro qua dantur Indulgentiæ: & secundũ quod homines plus vel minus accedũt ad causam illã, plus vel minus participant de Indulgẽtia: vnde cùm stationes in vrbe Roma constitutæ sint pro peregrinis, ideò non tm̃ lucrãtur de eis illi qui sunt ꝓpe & in vrbe sicut veniẽtes à remotis. Quantũ ergo est ex parte dãtis (adde & tu & ex parte Indulgentiæ) tantũ valet Indulgẽtiæ quã

b. Thom. *Florent.* *Bonauẽ.*

quantum promittunt, non tamen æqualiter omnibus sed secundum existimationem quam habuit vel habere debuit concedēs Indulgentias, quam tamen non oportet exprimere, quia fideles debent credere ꝙ dona Spiritus sancti æquo librāmine donētur. Hæc ille. Et videtur concordare Richar. ea. dist. art. 3. q. 2. licèt nō apertè: & Gerson & idem Bouauen. vt allegati sunt suprà. q. 17. in probatione tertiæ partis propositionis, in corollario ibi ad propositum videatur. Et ratio prædictorum doctorum solùm videtur esse ea quæ suprà dicta est: quia scilicet Papa rationabiliter intendit in suis Indulgentijs determinatè aut indeterminatè concessis ꝙ eas omnino lucretur qui sufficientiam talis causæ ad tales Indulgētias attingit, aliàs secùs nisi secundū ratam vt dictum est. ¶ Et secundum hunc intellectum seu sententiā fortè possunt in hoc concordari & intelligi Raymū. & Altisiodoren. & alij doctores antiqui dicentes ꝙ secundum mensuram fidei, deuotionis, laboris, seu operis: ita plùs vel minùs intensiuè aut extensiuè participat quis de Indulgentia (vt recitatum est suprà. q. 17. in prima & secunda opinione, & habetur infrà. q. 29. in tertio corollario) quia per hęc magis vel minùs accedit ad sufficiētiam talis causæ signatæ ad talem & tantam Indulgētiam, vt dictum est. Præsupponitur etiam ꝙ fiat id totum quod & quomodo imponitur pro lucranda tali Indulgentia aliàs nil lucrabitur, vt suprà. q. 20. habetur. ¶ Quòd si prædicti aut alij doct. nō sic patiātur intelligi, vt dictum est, sed aliter, sicut & Supplementū Gabr. in. 4. dist. 45. q. 3. art. 2. prop. 10. aliter intelligit & aliter sentit ipse dicēs ꝙ qui æqualiter facit quod bulla imponit, æqualiter lucratur totā illam indulgentiam sine vlla differentia, & sic glossat illam extrauagan. Antiquorum. Quòd vnusquisq; plus merebitur &c. scilicet quò ad præmium essentiale seu etiam quò ad releuationē pœnarum ex vi sui operis seu deuotionis, secùs ex vi Indulgētiæ &c. Sed certè hic eorum sensus & glossa neq; rationi neq; prædictæ extrauaganti consonare videtur. Ideò consequenter ad dicta suprà. q. 17. q. 19. videtur standum his quæ dicta sunt in præsenti. q. saluo meliori iudicio. ¶ Et hinc patet ꝙ si duo regalia attentis alijs circunstantijs seclusa circunstantia seu relatione ad personam dantem est causa sufficiens ad totam Indulgentiam seu Indulgentias quę conceduntur: tunc omnes diuites & pauperes dantes illa duo regalia secundum tenorem concessionis lucrātur omnes

Indulgẽtias conceſſas, aliàs aũt nõ: ſed pro rata vt dictum eſt. Nã licèt illa duo regalia ſit cauſa ſufficiens ad Indulgentiam plenariã quando in communi pro omnibus id bulla concedit, ſi tamẽ nõ eſt reſpectu omniũ aut ſingularium perſonarum putà valde diuitum: tunc ipſi diuites dantes duo regalia non æquè lucrabuntur, aut non totas illas Indulgentias, vt pauperes dantes ipſa duo regalia: ſed ſolùm pro rata ſecundum quod accedunt ad ſufficiẽtiam cauſæ plùs vel minùs, vt ſupra. q.19. in reſponſione ad dubium habetur. Si tamen quis non dederit illa duo regalia ſignata in bulla ſed vnum tantùm: tunc nil de illa Indulgentia lucrabitur vt ſuprà. q.20. habetur, & patet ex dictis.

Quæſtio vigeſima ſeptima. *Quę.27.*

Vtrùm ex parte lucrantis Indulgentias vltra ſtatum gratiæ & impletionem operis impoſiti requiratur aliquid aliud, putà fides, deuotio, aut alia dignitas ſeu diſpoſitio ad lucrandum Indulgentiam?

REſpõdeo per duas propoſitiones. ¶Prima propoſitio eſt, ꝙ licèt ex parte ipſius lucrãtis Indulgentias requiratur ad ſtatum gratiæ illa deuotio fidei qua credat in genere ſeu ſaltem implicitè Eccleſiam dare poſſe Indulgentias, non tamen requiritur quòd credat prælatũ ſeu Papam ex hac ſeu tali cauſa poſſe concedere hanc ſeu quãcunq; voluerit Indulgẽtiam. *Propo. 1.* ¶Probatur prima pars. Quia illa fides requiritur ad ſtatum gratiæ alioqui eſſet infidelis, vt patet ex ſuprà dictis quæſ.5. ¶Secunda pars probatur ſecundum Adrianum in materia de Indulg. concl.1. Quia ſi quis propter contrarietatem opinionũ dubitet, an Indulgentiæ valeãt omnino quantum ſonant, an ſolùm ſecundum proportionem cauſæ pro qua conceduntur, non facit contra fidem Eccleſiæ: ex quo ſolùm opinatur cum doct. vt licèt:

quia

quia & de his particularibus factis non est fides, vt suprà.q.17.19. habetur, & per consequens non ponit obicem effectui Indulgentiarum. Si tamē nihilominùs vult facere quod pro illa lucrāda institutum est, valeat quantum valere potest: certè hoc nō impedit fructum Indulgentiæ: sicut nec dubium vtrùm sit sufficiens causa dispensationis impedit quin sit sufficienter à Papa dispensatū cum ipso in eo in quo verè potuit dispensare. Imò sicut dubium seu etiam credulitas de contrario ꝙ scilicet ad hunc dolorē Deus non dimiserit peccatum, stat cum hoc ꝙ scilicet Deus plenè remisit: ita similiter in proposito, & secundum prædicta limita & intellige doctores qui dicunt requiri aut non requiri prædictam fidem, distinguendo, vt dictum est. ¶Propositio secunda. Ad lucrandum Indulgentias viuentibus concessas non requiritur alia dignitas seu dispositio vltra statum gratiæ & impletionem operis impositi, quantum est ex parte lucrantis Indulgentias. ¶Probatur. Quia si aliud requireretur, hoc esset vt impleretur conditio operis impositi per concedentem: & hoc non, quia vt supponitur id non imponitur. Vel secūdò requirererur ad hoc ꝙ esset capax Indulgentiæ, & hoc non quia ad id sufficit status gratiæ, vt suprà.q.20.habetur. Vel tertiò requireretur ad hoc ꝙ ei valeret Indulgentia quantū sonat, & hoc non, quia ad id sufficit ꝙ sit cōcessa ex causa sufficiente ad eam. Non enim commensuratur fructus Indulgentiæ dispositioni suscipientis sed suæ causæ pro qua conceditur vt suprà.q.17.habetur latiùs. Vel quartò requireretur ad hoc ꝙ à Deo infallibiliter acceptaretur quātum sonat pro eo cui conceditur, & hoc non: quia ex iustitia legis orta ex suo pacto liberali stante lege infallibiliter Deus Indulgentias acceptat quātum rationabiliter sonant pro viuo cui conceduntur, quantūcunq; aliàs sit aut fuerit negligens aut indignus tali misericordia, vt patet suprà.q.3.ex Matth.16. Quodcunq; solueris &c. & Ioā.20. Quorū remiseritis peccata &c. & sic nil aliud requiritur vltra prædicta, & sic tenent communiter Theologi & Canonistæ.

Propo.2.

¶Dictum est in propositione quantum est ex parte lucrantis Indulgentias. Nam deuotio vel fides potest esse circunstātia ratione cuius causa pia Indulgentiæ respectu huius sit sufficientior ad maiorem fructū Indulgētiæ: sicq; quatenùs per modū circunstātiæ reducitur ad causam Indulgentiæ potest requiri plus vel minus ad plus vel minus de Indulgētia lucrandū, vt suprà.q.26.dictū

ctũ est, vide etiam infrà. q. 29. in fine. ¶ Quò ad Indulgentias autẽ defunctorũ per modum suffragij fortè requiritur alia dignitas vt suprà. q. 13. & q. 14. latiùs habetur ibi videatur: nam hic de Indulgentijs propriè dictis quò ad viuos agimus. ¶ Contra hanc secundam propositionem arguitur tripliciter. Primò, quia nullus indignus aliena satisfactione pro pœna à se debita consequitur apud Deum veraciter fructum Indulgentiæ: sed quilibet quantũcunq; in statu gratiæ existens negligens satisfacere per se ipsum, est indignus aliena satisfactione, ergo nullus negligens satisfacere per seipsum etiam si sit in statu gratiæ acquirit fructum Indulgentiæ totaliter, sed solùm vt dign⁹ est. Consequẽtia patet. Et maior probatur. Quia indignus satisfactione aliena est similiter indignus Indulgentia: cum Indulgẽtia locum satisfactionis habeat pœnarum de thesauro Ecclesiæ, vt suprà quæstione tertia habetur. Nunc autem indignus Indulgentia non consequitur eius fructum. Quia distributio diuinorum bonorum solùm habet locũ in debitè dispositis quales non sunt illi qui sunt indigni talib⁹ distributionibus, quæ à Deo principaliter ab Ecclesia autem ministerialiter fiunt, ergo patet maior. Minor autem, ꝙ scilicet quilibet etiam in gratia si est negligens satisfacere per se est indignus aliena satisfactione &c. probatur. Quia licèt satisfactio ita sit op⁹ personale ꝙ potest esse capax amicabilis adiutorij, ex quo fit per exteriora bona inter quæ computantur amici: tamen indignus amicabili adiutorio est indignus aliena satisfactione. Sed constitus in gratia negligens per se satisfacere est indignus amicabili adiutorio, ex quo amicorum est idem velle & idem nolle: & per consequens si ego nolo per me satisfacere, par est vt amicus hoc nolit: alioqui non amicè sed iniustè id peterem ab amico alligans ei onera grauia & nolens digito ea tangere, ergo. *Argu. 1.*

¶ Secũdò arguitur ad idem. Quia in qualibet benè ordinata republica, quantumcunq; rationabilis causa adesset aliquando dispensandi communem thesaurum in ciues grauatos ære alieno: negligentes tñ soluere censerentur indigni auxilio de tali thesauro: & per consequens non fuit intentio dñi talis thesauri ꝙ solueretur de eo pro talib⁹ qui possunt & nõ curant de suo soluere, qui propter hoc indignos se reddunt tali subuentione. Alioqui fouetur negligentia, & alij istorum exemplo ad similẽ negligentiã ꝓuocarentur: legis autem est facere nõ negligentes sed virtuosos *Argu. 2.*

1.Polyt.ergo cùm Ecclesia sit à Deo benè ordinata, nõ est æquũ vt aliter sehabeat circa suum thesaurum spiritualem dispensandũ talibus indignis & negligentib⁹ notabiliter per se satisfacere, hoc enim esset eneruare satisfactionem pœnitentialem & fouere negligentiam, neq; Deus acceptaret. ¶Et hoc confirmatur ex antiqua forma Indulgentiarum, vbi conceditur Indulgentia verè pœnitentibus. Verè autem pœnitens non solùm dicitur is qui nõ est in mortali, sed & positiuè is qui habet affectũ & solicitudinẽ ad satisfaciendum per se, vt tenetur, cuiusmodi non est is qui negligens est, vt ait Richard.in.4.dist.20.art.1.q 3. Quod etiã innuitur ex eò ꝙ de iniunctis pœnitentijs Indulgentia conceditur. Nã inde colligitur ꝙ talis debet acceptare pœnitentiam illam iniunctam cum proposito exequendi debitè per se ipsum: alioqui non est verè pœnitens. ¶Tertiò arguitur ad idem. Quia ad plenariã

Argu.3. remissionem pœnarũ per viam sacramenti pœnitentiæ, non sufficit status gratiæ ex parte suscipientis, vt sic sit dignus tali remissione, ergo neq; ad eam per viam Indulgentiæ. Antecedens patet. Alioqui quilibet in statu gratiæ confessus consequeretur huiusmodi plenariam remissionem pœnarũ ex vi sacramenti, quod patet falsum. Consequentia probatur. Tum primò quia sacramẽtum est potius & efficacius q̃ Indulgentia: tũ secundò, quia Deus principalis distributor thesauri per secramenta est longè liberalior quàm quilibet pontifex vt patet, ergo. ¶Respondeo. Propter has rationes Caieta. in secundo quodlib. quæsito.1. de Indul.

Respon. tenuit ꝙ vltra statum gratiæ ad lucrãdas quascunq; Indulgentias legitimè concessas requiritur ꝙ homo habeat hanc dignitatem, ꝙ scilicet fuerit & sit diligẽs & paratus libenter acceptare & exequi per se pœnitentias debitas rationabiliter iniunctas aut iniungendas per confessorem: alioqui qui negligens est in hoc sperans per alios & per Indulgentias satisfacere hic vel in purgatorio, nõ lucrabitur tales Indulgentias in toto, & fortè etiam secundum ipsum neq; in parte, quãtumcunq; aliàs sit in gratia & faciat quod imponitur. Quia Deus non acceptat pro tali indigno, dicitq; ꝙ beat⁹ Tho sic sentit: & si aliter dicere videatur id non ex sua mente sed ex mente & opinione aliorum id locutus est. Ad doctores autem cõmuniter oppositum tenentes dicit ꝙ de eis non curat, quia non tam benè vt ipse rem hanc considerauerunt. ¶Sed certè hęc opinio Caieta. si quid valet, solùm habet locum de Indul-

gen

gentijs per modum suffragij defunctis concessis, vt suprà. q. 13, & 14. habetur. Quò ad viuos aût non est vera, & temerè ipse respondet & eius motiua prædicta pro eo non concludunt, nam ad singula respondeo.

¶ Ad primũ ergo argumentũ respondeo negando antecedens pro vtraq; parte. Pro maiori quidẽ quãdo dona nõ distribuũtur scd̃m rigorẽ iustitiæ simul & scd̃m dignitatẽ suscipientis: sed pręcipuè scd̃m liberalitatẽ & causam pro qua fit talis distributio: vt fit in Indulgentijs supposita capacitate per gratiã & alijs requisitis, vt dictũ est. Multa enim dona Deus dat nobis aliàs indignis quę & petimus, verè dicẽtes. Nõ sumus digni &c. ergo similiter & hic. *Resp ad 1. argum.* Minor etiã negatur. Et ad eius probationẽ dico quod dignus adiutorio amicabili & liberali est esse in statu amicitiæ & gratiæ tã quò ad homines quàm quò ad Deum: secùs de adiutorio secundum rigorem iustitiæ sine liberalitate. In Indulgentijs autem est adiutorium liberalitatis, vt suprà. q. prima dictum est.

¶ Ad secundũ argumentũ respondeo quicquid sit de antecedente, negatur consequentia. Quia Deus solùm dignitatem gratiæ reputat sufficientẽ dignitatem ad eius liberalitatis simul & mixtę iustitiæ dona per Indulgentias suscipiendũ, quia nullius eget, & ex largitate circa vnũ non potest minui eius thesaurus Indulgentiarum ad largiendũ alijs etiam infinitis egentibus, sicut neq; thesaurus aliorũ donorũ eius. Neq; ex hac eius liberalitate & ministrorum eius legitimè ex legitima scilicet causa dispensantium fouetur per se negligentia hominũ lucrantiũ Indulgentias, q̃uis per accidens occasionaliter homines tali misericordia abutentes in sua negligentia foueantur. Sicut neque ex liberalitate Dei & ministrorum eius remittentium peccata hominum per sacramenta totiès quotiès fouetur per se negligentia hominum, neque inde datur, sed accipitur incentiuum peccati. Quàmuis si aliàs indiscretè fiat, possit concedens Indulgentias, sicut & peccatorũ remissiones quò ad culpã per sacramẽta peccare, & nihil facere sicut qui cũ cõfidentia hac eas acceptaret aut peccaret. Hoc tñ est per accidẽs & ex defectu hominum. Neq; enim propter tales occasiones per accidens est tale commune & necessarium ferè omnium remedium quò ad remissiones pœnarum omittendum. *Respõ. ad 2. argum.* ¶ Ad confirmationem respondeo quòd ly verè pœnitentibus, solùm dicit statum gratiæ quantum attinet ad propositum, & ad huius-

 modi

modi declarationem contra fictè pœnitentes ponebatur olim illa particula, vt patet ex cõmuni practica & vsu Ecclesiæ. Similiter ly de iniunctis pœnitentijs dico ꝙ solùm requiritur talis dispositio animi ad implendum iniũctam pœnitentiã, quæ sufficiat ad reponendum ipsum in statu gratiæ, licèt Richar. ad aliud propositum vbi suprà verè dicat ꝙ per verè pœnitentem excluditur negligenter pœnitens & satisfaciens.

Resp ad 3. argum. ¶ Ad tertium argumentum respondeo negando consequentiã. Quia in sacramento remissio pœnæ quæ virtute sacramenti seu ex opere operato conceditur, quantificatur secundum dispositionem & dignitatem suscipientis: illa verò quæ virtute Indulgẽtiæ conceditur non nisi secundum voluntatem concedentis simul & sufficientiam causæ piæ pro qua conceditur. ¶ E ad primam probationem consequentię respondeo ꝙ sacramentum non est potius quàm Indulgentia quomodocunq; nec ad quemcunque effectum: quia scilicet non ad remissionem pœnarum vniuersaliter, vt patet. Et ad secundam respondeo, ꝙ licèt Deus simpliciter sit liberalior homine, non tamẽ secundum quid, nec quomodocũq., nec ad quẽcunq; effectum, quia non oportet, vt patet. Quia Deus per sacramentum ex opere operato non remittit omnẽ pœnam semper & cuilibet, homo autem sæpe id & laudabiliter facit iniuriam simul & totum interesse suum remittendo homini etiam indigno tali beneficio. Patet etiam. Quia ipse Deus maiorem effectum gratiæ & remissionem pœnarum confert in vno sacramento putà in baptismo ex opere operato quàm in alio putà q̃ in pœnitentia & Eucharistia &c. & vnum effectum confert in vno sacramento, quẽ non in alio, ergo. ¶ Igitur ex dictis patet ꝙ non est respuendum illud consilium Palud. & Adria. & aliorum doctorum, ꝙ scilicet ad lucrandum Indulgentiam de iniunctis tantùm pœnitentijs concessam homo vtiliter confiteatur faciens sibi iniuni magnam pœnitentiam debitam suis peccatis, quam tamen non intendit per se implere sed redimere per Indulgẽtias. Quãuis Caieta. vbi suprà hoc reprobet & irrideat.

Quęstio

Quæstio vigesima octaua.

Vtrùm clerici & religiosi Ecclesiæ pro cuius visitatione conceduntur Indulgentiæ possint sicut alij eas lucrari licèt ibi cōmorētur, & quomō. Similiter prælatus concedens Indulgētiam possit sicut alij eam lucrari: etiam si non faciat vt alij quod ipse imposuit. *Quest.28*

RESpōdeo per duas propositiones. Prima ꝓpositio est. Quādo cōceditur Indulgentia visitantibus talem Ecclesiam, seu porrigentib⁹ manus adiutrices, aut eleemosynam illi Ecclesię, tūc clerici illi⁹ Ecclesię ibi etiā cōmorantes possunt eam lucrari vt alij: nisi aliud exprimatur in bulla. Ratio, quia non sunt deterioris conditionis illi quàm alij, nec excipiuntur illi in bulla, ergo cùm in eorum fauorem Indulgentia concedatur possunt eam vt alij lucrari. Quod etiam facit pro religiosis vt ipsi possint vt alij lucrari Indulgentias concessas visitantibus eorum Ecclesias, etiam si ad hoc non habeant speciale priuilegiū vt etiam alio modo possint eas lucrari: videantur eorum priuilegia quò ad hoc. Concordāt Florent.1.par.Sum.tit.10.ca.3.§.2.& Syluest.tit.Indul.q.8. secundū Tho.& Sū.Ro.eo.tit.§.23.& cōmuniter doct. ¶Sed nota primò ꝙ quando conceditur Indulgentia venientibus & benè facientibus tali loco seu Ecclesiæ & nihil aliud dicitur, tunc dicit Felinus in sermone de Indul. ꝙ secundū Nico.Lyr.in suis quodlib. clerici illi⁹ Ecclesiæ seu loci nō lucrātur illam Indulg. quia non videtur intētio concedentis dirigi ad hoc, sed vt alios alliciat ad deuotionem illius loci, & vt subueniatur ministrantibus, vt possint seruire illi loco aut Ecclesiæ. Hæc ille. Sed cùm hoc pendeat ex voluntate concedentis, non id videtur certum nisi aliter constet, maximè cùm prædicta

Propo.1. *Florent.* *Syluest.* *Felinus.*

verba posſint benè etiã ad fauorẽ ipſorũ clericorũ aut religioſorũ interpretari, vt etiã ipſis valeãt tales Indulgentiæ, vt dictũ eſt.
¶ Nota ſecũdò ſcđm Sum. Ro. tit. Indul. §. 22. ꝙ quãdo cõcedi tur Indulgentia intereſſentib⁹ diuinis officijs in Eccleſia: tunc ſi ex neceſsitate celebratur extra Eccleſiã ſub tentorio, vel ſi propter turbã non poſſunt omnes eſſe intra Eccleſiam, ꝙ pręſentes ſtantes extra Eccleſiã lucrãtur illam Indul. quia ſic videtur eſſe de intẽtione concedẽtis in tali caſu nõ excogitato: & concor. Paul. de nouo caſtro, licèt gloſſ. in Clem. 1. de reliq. & ven. Sãctorũ teneat oppoſitum.

Propo. 2. ¶ Propoſitio. 2. Prælat⁹ concedens Indulgentiã poteſt eã lucrari ſicut alij, faciẽdo qđ requiritur ad eã lucrãdã. ¶ In hoc concor. cõmuniter doct. vtriuſq; Iuris, quia non eſt deterioris conditionis, licèt in modo ſit differentia opinionũ, v ſuprà. q. 11. dubio. 3. ¶ Sed vtrùm talis prælatus volens lucrari tales Indul. à ſe cõceſſas teneatur implere cõditiones, ſeu facere opus à ſe impoſitũ omnibus cõmuniter, an poſsit in hoc quò ad ſe diſpenſare ſeu cõmutare illud in aliud opus quod loco illius ipſe faciat ad talem Indulgentiã lucrandum, reſpondeo, in hoc videtur eſſe duplex opinio.

Opinio. 1. Prima, Richar. in. 4. diſt. 20. art. 4. q. 3. & Palud. ea. diſt. q. 4. art. 3. & aliorũ, ꝙ non niſi ſub ea forma qua alijs concedit poteſt etiã ipſe Papa lucrari talem Indul. vt alij.

Altera opinio. ¶ Alia opinio eſt Supplem. Gabri. in. 4. diſt. 45. q. 3. art. 2. propo. 7. ꝙ non tenetur implere in ꝓpria forma op⁹ generaliter iniũctũ, ſed põt in hoc ſecũ diſpenſare, & aliud opus piũ loco illius faciẽdo poteſt lucrari Indulgẽtiã. Ratio eſt, quia cũ aſsignatio talis vel talis operis pij pro tali Indulg. pendeat ab ipſi⁹ concedentis volũtate, ergo ſicut poteſt cũ alijs in particulari diſpẽſare aut cõcedere eis, ꝙ faciẽdo aliud op⁹ à cõmuniter aſsignato lucrẽtur talem Indulg. vt patet, quia loco viſitationis iniunctæ ad lucrandum Indulgentiam poteſt Papa concedere ſicut & de facto concedit, ꝙ infirmus, diues aut religioſus oret, ieiunet, aut det eleemoſynam, ergo ſimiliter poteſt ſecum facere per ſe aut per ſuum confeſſorem, dummodò ſit cauſa ſufficiens ad talem indulgentiam, vt ſupponitur. Et ad hoc accedit beatus Thom. in. 4. diſt. 20. arti. 5. q. 4. dicens quòd etiam ſi requiratur idem opus pro alijs, non tamen pro prælato ipſo: quia non habet cauſam, vt ſe ad hoc prouocet &c. Sed hæc ratio non concludit: ideò ratio ſuprà poſita videtur ſufficiens & melior. Et facit ad hoc Caietanus, prima. 2. quæſt. 96. articulo. 5.

quòd

ꝙ prælatus poteſt ſecũ diſpenſare in lege & ſtatuto ſuo. ¶Et fortè Richar. & Palud.&c.non intenderunt cõtradicere huic ſecũdæ opinioni:ſed ſolùm dicere, ꝙ ſi prælatꝰ impleat conditionẽ vt alij,id eſt ſi faciat opus pium requiſitum ad lucrandum Indulgentiam,lucrari poteſt vt alij,aliàs non:ſupple niſi ſecum diſpenſans impleat in æquiualenti alio opere:in generali enim locutione particulares caſus intelliguntur excepti,ergo ſiue hoc ſiue illo modo intellexerunt,teneatur vt ſuprà dictum eſt.

Quæſtio vigeſima nona.

Dubitatur quales anni, dies, ſeu remiſsiones peccatorum huius vitæ vel purgatorij reſpondent annis, diebus, aut remiſsionibus conceſsis per Indulgentias.

RESpondeo per tres propoſitiones. Prima propoſitio eſt. Quando per Indulgentias concedũtur ſeu remittuntur tot dies putà.40.dies de pœnitẽtia intelligũtur tot dies vtiles vel cõmunes.i.cõtinui vel interpolati. Similiter qñ remittitur annꝰ de pęnitẽtia, intelligitur annꝰ vtilis .i.cõtinuꝰ ſeu cõmunis.i.interpolatꝰ. ¶Pro declaratiõe & ꝓbatiõe nota ꝙ annus vtilis dicitur cõtinuꝰ qñ. ſ. ſine interuallo eſt pęnitẽtia faciẽda cõtinuè per annũ, vtpote ſingulis diebꝰ ieiunãdo: & ſimiliter dies vtiles dicũtur cõtinui,putà per.40.dies cõtinuos ieiunãdo. Cõmunis aũt annꝰ dicitur interpolatus,quãdo.ſ.in tali anno interpolatè fit pęnitẽtia, putà ſi per annũ ieiunetur vno tm̃ die per hebdomadã aut ſingulis menſibꝰ:& ſimiliter dicũtur dies cõmunes.i.interpolati,putà ſi intra vnũ annũ deberet quis.40. diebus ieiunare vno die in qualibet hebdomada & hmõi. ¶Hoc præmiſſo ꝓbatur ꝓpoſitio ſcđm Hoſtien.& Panor.in ca. Cũ ex eo. de pę.& re. quia cũ tenor Indulgẽtiæ nõ diſtinguat, ergo vtroq; modo debẽt intelligi fauorabiliter,nec nos diſtinguere debemꝰ. ca. Solitæ.de maiori.& obe. ¶Ex quo patet ꝙ quãdo cõceditur

Propo. i.

vnus ann⁹ de pœnitentia seu de iniunctis intelliguntur.365.dies tam continui,quàm etiam interpolati,ita ꝙ si quis ex iniūctione sacerdotis teneretur ieiunare duobus annis continuis interpolatè alternatis diebus, tunc per talem Indulg.vnius anni, qui continet.365.dies , quibus tenebatur interpolatè pœnitere , satisfacit suo debito. ¶Et in his concor. Syluest. tit. Indulg. q.8.& Sū. Angel.eo.tit §.3.& aliqui alij dicētes etiā ꝙ sic debent intelligi Hostien.& Panor.vbi suprà licèt dissonare videātur.Sed Sū.Ro.eo. tit.§.21.dicit ꝙ nō nisi ann⁹ & dies cōtinui debēt intelligi. Adriaūt in materia de Indul.est dubius. Et quidē nisi ex Papæ aut cōcedētis declaratione cōstet,non potest certò sciri:interim ex practica & ratione suprà dicta videtur, vt dictū est,intelligēdū probabiliter. Quòd si dies aut ann⁹ de iniūcta pœnitētia remittātur aut concedantur ,tunc de diebus & anno prout erant iniuncti intelligūtur & non aliter. Ita scilicet ꝙ si quis tenebatur ieiunare ex iniuncto sacerdotis duob⁹ annis ,interpolatis diebus, non remititur nisi vnus annus de tali pœnitentia iniuncta,& manet obligatus ad alterū annū interpolatis diebus ieiunandū vel pęnitēdū vt sibi erat iniunctū. Quòd si ex iniuncto sacerdotis teneretur, vno anno pęnitere interpolatis aut cōtinuis dieb⁹, tūc per talē Indul. vni⁹ anni liberatur :& similiter de.3 aut.4.annis aut mensib⁹ aut quadragenis & huiusmōi dicatur.Et ratio hui⁹ est quia cū Indulgētię succedāt loco pœnitētiarū iniūctarū aut iniūgendarū corā Deo & Ecclesia,ergo solū valent eo modo quo deberent impleri per tale tēpus, dum tenor Indulgētiæ id patitur, vt dictum est.

Propo.2. ¶Propositio secunda.Per Indulgentiam septem dierum vel annorum de pœnitentia absolutè concessam remittitur omnis pœnitentia debita fieri in hac vita illis diebus aut annis,tam extensiuè quàm intensiuè tam secundum Dei iudiciū quàm etiam secundum Canones & iniunctionem sacerdotis ac si omnino sufficienter quòad Deum & Ecclesiā in hac vita impleuisset.Similiter in purgatorio tantum pœnarū omnino remittitur , quantū remitteretur si in hac vita ipse sufficienter pœnitentiam egisset illis diebus aut annis pœnitiæ debitę secundū Deum & Ecclesiam. ¶Prima pars patet. Quia cum Indulgentia valeat quantū sonat, sonat aūt tot dies aut annos de pœnitentia indistinctè , ergo tot dies aut anni de pœnitentia indistinctè debita quomodocunque per eam remittuntur in vtroq; foro,vt ait prima pars propositionis.

nis. Nam Indulgentiæ quò ad vtrumq; forum valent, vt suprà q. 8. habetur. Item quia Indulgentiæ succedunt loco satisfactionũ pœnitentialium, vt suprà quæstione. 3. habetur, ergo per eam satisfacit homo omnino ac si pœnitentiã debitam egisset sufficienter in hac vita, modò ipse per se satisfecisset, modò non aliàs sine Indulgentijs si viueret, quod non est curandum vllo modo de eo scilicet quod quis faceret sed de eo quod fecit aut facit secundum doctrinam veram August. Et facit ad hoc. ca. Olim. de verb. sig. ꝙ verba sunt accipienda in potiori significatione, maximè in cõcessione Principis vt plus valeant: quantũ Ius & proprietas verborum patiuntur. ¶ Ex quo infertur ꝙ per talem Indulgentiã septem dierum vel annorum absolutè concessam, non liberatur quis saltem in foro Ecclesiæ à pœnitentia decem annorũ vel dierum iniuncta per sacerdotem: quàmuis secundum veritatem & Dei iudicium non deberet ei imponi nisi pęnitentia septẽ dierũ aut annorum. Hoc est intelligẽdum si ex rationabili causa sacerdos intendebat obligare ad illam maiorem pœnitentiam quàm suis peccatis deberetur. Tunc enim ex quo est valida obligatio prædicta, est verum quod dictum est. Secùs si sacerdos irrationabiliter omnino aut non obligatoriè sed ad arbitrium pœnitentis sub consilio illam maiorem pœnitentiam q̃ secundum Dei iudicium & Canones Ecclesiæ deberetur, vltra illos septem dies aut annos imposuit: tunc enim per illam Indulg. septem dierum aut annorum satisfit Deo & Ecclesiæ vt suprà dictum est. ¶ Et cum suprà dictis concor. beat⁹ Tho. & Florent. & Syluest. tit. Indul. q. 4. & Sũ. Ang. eo. tit. §. 2. & cõmuniter doct. ¶ Secunda pars pręfatæ propositionis. s. similiter in purgatorio &c. patet per easdem rationes quibus prima pars ꝓbata est. Ex quo patet ꝙ licèt Indulgentia vnius anni quantum est ex parte sua æqualiter remittat, tamen ex parte debiti seu debitoris nõ æqualiter, sed ꝓportionabiliter secundũ ꝙ ad maiorem aut minorem pœnitentiã vnius anni quisq; tenetur intensiuè aut extẽsiuè scilicet interpolatè aut cõtinuè secundũ Deum & Ecclesiam: sic pl⁹ vel minus remittit. Et hoc est verum modò vni diei vel anno pęnitentiæ huius vitæ respondeat in purgatorio alius similis aut maior eiusdem aut maioris pœnitentiæ modò non. Quia quantum & quomodo quisq; debebat pœnitere illo anno, tantũ ei remittitur per Indulgẽtiã vni⁹ anni, vt dictũ est: modò ipsum pl⁹ aut min⁹ pœniteret hic si

Corollari.

vinceret modò non, de quo non est curandum, vt iam dixim⁹. Et similiter de similibus Indulgentijs absolutè vt sonãt dicatur proportionabiliter. Et in hoc concordant communiter doctores, vt etiã refert Sũ. Ang. vbi suprà expressè loquẽs, vt nos in hac secũda propositione de Indulgentia concessa de pœnitẽtijs absolutè non aũt de iniunctis de quibus infrà propo. 3. habetur. Quàmuis Syluest. eo. tit. q. 4. aliter & malè dicat & mordeat nõ benè intelligẽs Sum. Ang. neq; doct. quorũ verbis innititur. vt patebit etiã infrà coroll. 3. ¶Propositio. 3. Per Indulgẽtiã centũ dierũ vel annorũ de iniũcta pęnitẽtia, solũ remittitur in foro Dei & Ecclesiæ

Propo. 3. de pęnitẽtia rationabiliter iniuncta illorũ centũ dierũ aut annorũ tã intensiuè q̃ extensiuè: ac si quis illã iniunctã omnino impleuisset in hac vita illis diebus aut annis, & non amplior neq; grauior pœnitentia debita remittitur. Similiter in purgatorio tantũ dũtaxat pœnarũ remittitur, quatũ remitteretur si in hac vita talis pœnitens sufficienter impleuisset illam pœnitentiam iniunctam centum dierum vel annorum. ¶Prima pars patet ex tenore Indulgentiæ solùm remittentis tantùm de pœnitentia iniuncta & non de alia magis aut minus graui pœnitentia debita, ergo. Secunda pars patet similiter eadem ratione. ¶Et in hac tertia propositione concordant etiam cõmuniter docto. vt etiam expressè dicunt Duran. in. 4. dist. 20. & Palud. ea. dist. q. 4. art. 2. & Floré. 1. par. Sũ. tit. 10. ca. 3. §. 3. & Supplementũ Gabrielis in. 4. dist. 45. q. 3. art. 2. prop. 10. tandem dicẽtes & approbantes dictum illorũ ꝙ scilicet quãdo conceditur ann⁹ de pœnitentia iniuncta est iste sensus, id est, tãtũ pœnæ tibi minuetur in purgatorio ac si in hac vita egisses pœnitentiã iniunctã vnius anni: & dicit Inno. ꝙ horũ

Coroll. 1. dictũ consonat æquitati & tenori Indulgentiæ. ¶Ex quibus corollariè primò sequitur sc͞dm Adri. in materia de Indulg. conclu. 2. ꝙ vtilior forma Indulgẽtiæ est ista, scilicet remitto tibi. 40. dies seu annos de pęnitentia iniũcta, quia scilicet est vtilior & vberior remißio pro illis quibus grauis seu condigna pœnitentia suis peccatis iniuncta est: q̃ illa forma Indulgẽtię, scilicet remitto tibi. 40. dies seu annos purgatorij seu de pęna purgatorij. Et ratio est, quia vna hora, dies, seu annus pœnæ purgatorij non valet tantùm ad acquitationem pœnarum debitarum quantũ vna alia similis hora, dies, vel annus eiusdem pœnitentiæ factæ in hac vita: quia ibi est rigurosus forus iustitiæ & satispaßionis tantũ non meritoriè:

hic

hic autem est forus misericordiæ & satisfactionis voluntariæ & meritoriæ. Et ideò vnus dies voluntariæ pœnitentiæ saltem magnæ in hac vita est expiatiuus magnarum pœnarum multorum dierum purgatorij, quanto gratior est Deo volũtaria sui ipsius punitio quàm necessaria passio. Et ideo expedit volenti promereri tales Indulgentias de iniunctis pœnitentijs, vt sit ei grauis pœnitentia iniuncta, quia aliàs non expiabitur per eas pœna grauior iniungenda, neq; grauior pœna purgatorij, quàm sit illa quę respondet illi suæ pœnitentiæ iniunctæ quæ per talem Indulgentiã remittitur. hæc Adrianus. ¶ Secundò corollariè sequitur ꝙ hęc forma Indulgentię. s. remitto tibi centum annos de pœnitentia simpliciter est melior & vtilior quã hæc, scilicet remitto tibi centum annos de pœnitentia iniuncta aut de pœnitentia purgatorij. Ratio, quia per illam remittuntur illi anni pœnitentiæ debitę hic & quomodocunq;: quæ remissio præstat pœnitentiæ totidẽ annorum iniunctæ aut in purgatorio, & quia omnia includit, & quia per vnum annum pœnitentiæ huius vitæ remittuntur multi anni purgatorij, vt dictum est. ¶ Tertiò corollariè sequitur ꝙ secundum omnia suprà dicta sunt concordandi doctores & intelligendi, licèt prima facie dissonare videantur, vt Thomas & Albertus Magnus & de Turrecremata, & Herueus in. 4. dist. 20 vt etiam refert Palud. ea dist. 20. q. 4. articu. 2. & Florent. prima par. Sum. titu. 10. ca. 3. §. 3. & Supplementum Pisani. & Sum. Ro. titu. Indulgen. §. 16. & alij doctores dicentes ꝙ sicut in hoc mundo. 40. dies pœnitentiæ plus valent vni perficiẽti eam cum maiori deuotione quã valent alteri: ita quadraginta dies Indulgentiæ plus valent hic & in purgatorio illi qui cum maiori charitate seu deuotione seu quantitate rei datæ accedit ad lucrandum illã Indulgentiam: & similiter sicut pœnitentia quò in maiori charitate fit eò magis satisfactoria est: sic illi dies seu anni lucrati per Indulgẽtias eò plus vel minus satisfactorij sunt isti quàm illi, quò pœnitentia istius fuisset magis satisfactoria quã pœnitentia illius facta cum minore charitate. Item quod dicit Richardus in. 4. distinct. 20. artic. 2. quæst. 2. quòd, scilicet quando Indulgẽtiæ generaliter conceduntur scilicet quicunque dederit eleemosynam pro tali loco seu pro tali facto vnum annum Indulgentiæ consequatur &c. tunc pares sunt quò ad remissionem extensionis pœnæ qui plus dat & qui minus: sed impares sunt quò ad remissio-

Coroll. 2. *Coroll. 3.* *Richar.*

nem intensionis: sicut & quò ad sui dispositionem pro recipiendo augmento gratiæ sunt impares in dando seu faciendo quod imponitur respectu dati & personæ dantis, quod enim est parum diuiti est multum pauperi &c. Hæc Richar. in sententia fideliter recitata, vt etiam refert Adrianus vbi suprà quãuis Sum. Angeli. vbi suprà aliter & malè recitet & intelligat. ¶ Quæ omnia dicta doctorum & similia aliorum putà Bonauentur. Altisiodoreñ. & Raymund. & cæterorum sunt intelligenda sic, scilicet ꝙ quantũ est ex parte operis impositi ad lucrandum Indulgẽtiam quò magis tale opus pium accedit ad sufficientiam causæ piç pro qua cõceditur Indulgentia determinatè aut indeterminatè concessa: eò magis participat de fructu ipsius Indulgentiæ proportionabiliter vt suprà. q. 26. latiùs dictum est, ibi videatur. Ideò Syluester titu. Indulg. q. 4. aliter intelligens & inde (vt solet) malè mordẽs Sum. Ang. eo. titu. §. 2. malè deceptus est.

¶ Articulus quartus in quo agitur de duratiõe, p̃ciositate, & prædicatione Indulgentiarũ, & de modo cõcedendi & lucrandi Indulgẽtias in articulo mortis. & cõtinet. 9. quæst. quarum prima & in ordine. 30. quæstio est.

Quæstio trigesima.

Quæs. 30 *Vtrũ possit quis toties quoties aut tantũ semel lucrari Indulgentiã concessã indeterminatè seu in perpetuũ aut etiam toties quoties.*

Proposi. RESpõdeo per vnicã propositionem, quæ talis est. Quando conceditur Indulgentia indeterminatè seu in p̃petuũ aut signãter toties quoties: tũc intra illud tempus potest quis eã lucrari toties quoties voluerit, faciendo quod alias ad eam lucrandum requiritur

quiritur. Secùs quando Indulgentia conceditur ad tempus limitatum: tunc enim semel tantùm intra illud tempus potest quis eã lucrari. ¶ Prima pars, quæ expressè loquitur, quãdo perennis Indulgentia conceditur putà. 40. dierum aut Indul. plen. omnibus orantibus tot Pater noster, aut quando per magnum tempus sed indeterminatè quó ad vices conceditur talis Indulgentia orantibus aut dantibus tale quid vsque ad duos annos vel &c. probatur. Quia sic censetur voluisse Papam seu concedentem à cuius voluntate pendet hoc, vt patet: quia non videtur Papam id concessisse magis pro prima vice aut pro tali tempore q̃ pro alio non signato aut pro alijs vicibus, ex quo indistinctè id concedit, ergo fauorabiliter contra concedentem est interpretãda talis cõcessio fauorabilis. Quod intellige & limita nisi talis reiteratio cederet in derisionem Indulgẽtiæ: quam derisionem probabile est Papam non intendisse: putà si quando conceditur Indulgentia perpetua visitantibus talem Ecclesiam quis millies in die eam visitaret ingrediendo & regrediendo, certè non toties lucraretur: sed neque bis in die nisi semel tantùm, quia propter vitandam talem irrisionem censetur Papam non nisi pro semel in die perpetuis temporibus concessisse: & quia à voluntate Papæ totum hoc pendet, ideo quando de eius voluntate non aliter constat, ita est iudicandum & tenendum vt dictum est. ¶ Ideò & quando conceditur Indulgentia celebrantibus aut communicantibus aut cõfitentibus diebus Dominicis intelligitur de semel in tali die, & sic de similibus. Quia & alioqui non esset rationabilis & sufficiens causa ad talem Indulgentiam: ideò censendum est Papam non aliter voluisse, vt dictum est. ¶ Et in his concordant expressè Palud. in. 4. dist. 20. q. 4. art. 1. & Tho. Duran.. q. 4. & alij communiter Theologi: & de Canonist. Felinus in suo tract. de Indul. & alij communiter in ca. Fi. de pœ & re. lib. 6. & extrauagã. ca. Quod autem. & cap. Cum ex eo. eo. titu. & communiter Summistæ, & ad id facit practica & cõsuetudo quæ est optima interpres legum & concessionum humanarum licèt vt ait Duran. de hoc non possit vbiq; constans certitudo haberi sine Papali declaratione. ¶ Secunda pars etiam patet per eandem rationem. Inde liquet ꝙ quãdo conceditur Indulgẽtia tali die à vespera in vesperam visitantibus talem Ecclesiam vel intra duos aut octo dies visitãtibus talem Ecclesiam, vel visitantibus Ecclesiã talibus diebus

Palud.
Felinus

diebus festis putà dedicationis aut Dominæ nostræ per singulos annos, & huiusmodi, quòd semel tantùm intra illud tempus potest quis lucrari talem Indulgentiam, prorogatur autem per duos aut octo seu plures dies, vt ait Durandus vbi suprà, vt qui non potest venire ad lucrandum vna hora seu die, veniat alio die aut hora, non autem vt sæpe veniens sæpe lucretur: quia & sic est practica communis, nisi de voluntate Papæ aliud constet aliquando.

¶Et in hoc etiam concordant doctores communiter vbi suprà & b. Tho. 3. par. Sum. quæst. 25. articu. 2. ad quartum in addi. tertiæ partis, quàmuis Sum. Ange. titul. Indulgen. §. 4. & Sum. Ro. §. 12. teneant secundum Inno. & Guillel. in speculo quòd quando Indulgentia conceditur pro visitatione Ecclesiæ etiam pro tempore determinato intelligitur toties quoties etiam in eadem die: sicut si in perpetuum concederetur: quia & sic practicatur in sancta Maria de Angelis prope Asisium & alibi. Sed certè ad hoc potest eis responderi ꝙ generaliter standum est, vt nos diximus in propositione secundum communiter doctores & communem practicam. Quòd si alicubi specialiter aliter practicatur, id fortè habebit locum ibidem tantùm ex speciali Papæ concessione aut voluntate saltem tacita seu interpretatiua, dum scit & tolerat ex causa rationabili: nam & sæpe communis error facit ius argumen. distin. 95. ecce ego, quia scilicet sæpe est causa & facit quòd Princeps consentiat etiam licitè vt validè fiat quod aliàs non valeret vt glossat Gerson in regulis moralibus alphab. 24. E.

¶Igitur in his standum est consuetudini & secũdum eam & secundum suprà dicta interpretanda est Papæ voluntas generaliter aut specialiter in casu dum de opposito non constat.

Quæst.

Quæstio trigesima prima.

Vtrùm quando quis lucratur sæpius aliquam Indulgentiam sic concessam toties quoties, tantundẽ Arithmeticè an Geometricè lucterur vnavice sicut altera. *Quæst.31*

REspõdeo per duas propositiones. Prima est. Quãdo conceditur quantitas signata discreta, putà.20.anni de Indulgentia pro qualibet vice, tunc tantundem Arithmeticè.i. viginti anni pro qualibet vice lucratur qui talem Indulgẽtiam acquirit. *Propo.1.* Similiter quando conceditur Indulgentia plenaria pro qualibet vice, sic plenariè lucratur qualibet vice. Ratio, quia sic expressè sonat concessio & voluntas concedentis in quo non est dubium. ¶Propositio secunda. Quando conceditur Indulgentia confusè & successiuè putà tertia pars aut quarta peccatorum pro qualibet vice, tunc intelligitur concessa solùm tertia aut quarta pars aliqualiter Geometricè. i. de residua pœna cui tenetur obnoxius. Exempli gratia. Quando cõceditur Indulgentia tertiæ partis peccatorum visitantibus talem Ecclesiam toties quoties: tunc si prima vice per primam visitationem consequitur remissionem tertię partis: putà si est debitor sexaginta annorum cõsequitur.20. annos de illa Indulgentia, & per secundã vicem lucratur non quidẽ totidem viginti annos quod est Arithmeticè tantùm vt priùs: sed lucratur tertiam partem de residuo pœnarum quibus tenetur quando lucratur Indulgentiam, putà de quadraginta annis residuis lucrabitur.14. circiter annos tantũ & in tertia vice etiam tertiam tantũ partem de residuis.27. annis pœnarum lucrabitur: quod est Geometricè lucrari talem Indulgentiam seu proportionabiliter. Et sic quantumcunque & quotiescunque lucretur talem Indulgẽtiam tertiæ partis etiam si nullum aliud debitum pœnarum incurrat ex quo prima vice cepit *Proposi.2*

talem Indulgentiam lucrari: nunquã omnino per illã liberabitur quia semper manebit pœna quæ proportionabiliter seu Geometricè per tertias tantũ partes diminuta successiuè nunquã totaliter minuetur. Sicut si lineam tripedalem successiuè minuere velis per tertias partes residui proportionabiliter auferẽdo nunquã stabit totalis ablatio: sicut nec si per medietates proportionabiliter diuidatur vt est tritum in Philosophia. ¶Et ratio huius propositionis sic intellectæ & declaratæ est: quia sic creditur velle & intendere concedentem & non aliter, quia ex tenore concessionis tertiæ partis constat q intendit de tertia parte debitarum pœnarum ad quas pro tunc obligatur quando lucratur talem Indulgentiam, ergo similis est ratio de secunda & tertia vice q.s. tertiã tantùm partẽ pœnarũ quibus tunc est obnoxius lucratur per talẽ Indulgentiã. Et sic est æqualitas Geometrica non Arithmetica in omnibus illis vicibus. Et in hoc concordat Gloss. in ca. Tempus. 13.q.2. & Supplem. Gabrielis. in. 4. dist. 45. q. 4. art. 3. dub. 3. licèt ibi pro ratione det quandam regulã cãcellariæ, quæ infrà ad aliud propositũ habetur, nunc autem huic proposito nõ videtur quadrare: concordat etiam Adri. in materia de Indulgen. in respon. ad argumenta ex. 4. via. & tandẽ communiter doct. ¶Sed ad maiorẽ declarationẽ not. q stat q per plures actus & per plures vias per se & per alios in vna seu pluribus Ecclesijs contribuendo seu orando lucretur quis semel tantũ talem Indulgentiam, quia omnia illa reputantur facta vna vice aut semel tantũ. Exempli gratia. Secundũ Adrianũ si quis semel per tres familiares suos in distinctis Ecclesijs aut in eadem Ecclesia contribueret aut etiam cõtribui iuberet per quemlibet quod requiritur pro lucrãda Indulgentia: tunc enim stat quòd omnes illæ contributiones etiam totales æquiualent vni tantũ aut vni vici: sicq; solùm cõsequitur semel remissionem tertiæ partis Geometricè per omnes illas, ac si semel contribuisset vt dictum est: sicut si daret duos argẽteos aut tres vbi vno tantũ opus esset ad lucrandũ semel Indulgentiam illam. ¶Item secundò stat q æquiualeant illæ distributiones pluribus vicibus, quodq; sæpius lucretur talem Indulgentiam per tales plures actus & vices distinctas. Et tunc si successiuè fiunt illi actus vel vices & lucratur sic successiuè vna vice post aliam, in secunda vice lucratur tertiam partem Geometricè, vt suprà dictũ est, & sic de alijs vicibus. ¶Item. 3. stat q sæpius lucretur talẽ Indulgentiam

Glossa.

dulgentiam per tales plures actus æquiualētes multis vicibus distinctis: & tūc si simul fiunt illæ vices vel actus simulq́; lucratur toties illam Indulgentiā, dico ꝙ lucratur prædictas tertias æquales numero Arithmeticè, putà. 20. annos qualibet vice: sicq́; per illas tres vices simul liberatur à todo debito putà. 60. annorū pœnitētiæ debitæ. Ratio huius est, quia non est maior ratio de vna vice quā de alia ex quo simul fiunt, vt supponitur: ergo si per vnā vicē remittuntur. 20. anni de pœnis tunc debitis, ergo & per aliā, quia talis est tertia pars pœnarum tunc debitarum quę per quamlibet vicē tunc simul remittitur de illis. 60. annis tunc debitis. ¶ Licèt in hoc vltimo oppositum teneat Adrianus vbi suprà, dicēs idem esse iudiciū de hoc & de secundo casu præcedente quando successiuè fiunt illæ vices, ꝙ. s. solùm proportionabiliter Geometricè remittitur tertia pars vt suprà dictum est. Quia (vt inquit) licèt aparte rei non sit subordinatio tertiarum partium pœnarum debitarum, sicut nec illorū actuū aut contributionum: sicq́; non sit aparte rei maior ratio de vna vice aut de vna tertia parte quā de alia, ex quo omnes illæ vices simul fiunt, & remittūtur simul illæ tertię pœnarū (vt supponitur) quia nec nos possumus illas signare, tamen quia Papa sic Geometricè & subordinatè concessit & Deus illi se conformat: ideò Deus qui scit & potest illas distinctè designare sic etiā acceptat, & ideo est in arbitrio acceptantis Dei quam tertiam pro qua vice remittat Geometricè vt dictū est. Sicut si soluendo simul tres denarios pro tribus quorū quilibet debet vnū in arbitrio creditoris est quē pro illo vel illo capiat, non tamen omnes pro vno. Hæc Adrianus. ¶ Sed certè eius suppositum ꝙ. s. Papa in hoc casu sic intendit sicut si successiuè fierent illæ vices, videtur falsum: non eñ intendit nisi de remissione tertiarum pœnæ debitæ tempore quo quis lucratur Indulgentiam, quæ tertiæ cum sint æquales Arithmeticè tali tempore quando omnes tres tertias per tres contributiones aut vices simul factas lucratur, ergo Arithmeticè & omnino non autem Geometricē eas lucratur, vt supra dictum est, saluo meliori iudicio. ¶ Et idem iudicium est de eo vel ijs qui simul vel successiuè bis lucrātur aliquam Indulgentiam tertiæ aut quartæ partis peccatorum per aliqua opera pia pro aliquo defuncto per modum suffragij: sicut dictum est quando simul vel successiuè pro se lucratur per eandem rationem.

Adrian.

Quæstio

Quæſtio trigeſima ſecunda.

Queſt.32

Vtrùm per multiplicatas cõceßiones ſeu bullas Indulgentiarum etiam quis eas omnes lucretur multiplicatas per vnum & eundem actum pium ab illis omnibus aßignatũ, aut toties lucretur Indulgentiam plenariã quot bullas habet.

REſpondeo tanquam probabilius ꝙ ſic. Exempli gratia quò ad primum ſcilicet quò ad multiplicatas Indulgentias. Quia ſi vnus Papa conceſsit ieiunãtibus in vigilia corporis Chriſti viginti annos Indulgentiæ, & alius põtifex totidẽ pro eodẽ actu &alius totidẽ: iã qui ſemel ieiunat illa vigilia lucratur omnes illos ſexaginta annos ſimul. Et idẽ iudiciũ eſt de diuerſis põtificibus quorum quilibet concedit.20. annos viſitantibus talem Eccleſiá aut ei eleemoſynam facientibus, aut orantibus tale quid: quia per vnam tantùm viſitationem, eleemoſynam, aut orationem, lucratur omnes illas ſimul Indulgentias ab omnibus illis conceſſas. Ratio huius eſt, quia ſic videtur eſſe intentio Papæ concedentis, vt patet ex practica & conſuetudine Indulgentiarum conceſſarũ intereſſentibus diuino officio in feſto corporis Chriſti, & Indulgentiarum conceſſarum mendicantibus, vt patet in eorum priuilegijs. Item quia ſicut per vnum actũ aut peccatum poteſt quis incurrere plures cenſuras excommunionis, ſuſpenſionis, irregularitatis, & huiuſmodi agrauatas ſuprà eundem actum & hominẽ: ita videtur fauorabiliter velle Papa accumulare Indulgentias pro eodem actu vt patet ex practica prędicta. Alioqui fruſtra eſſet ſecunda conceſsio ſi nil adderet præcedenti. ¶ Eodem modo & per eandem rationem eſt dicendum quãdo multi Pontifices õcedunt

cedunt quilibet tertiam partem peccatorũ pro tali actu, quia scilicet per tres concessiones omnes tres tertiæ æqualiter in numero & sic omnes pœnæ debitæ simul remittuntur, licèt Supplemen. Gabrielis in.4. dist.45. ar.3. dubio.3. secundum Tho. de Argentina aliter sentiat: tamen prædictis probabilius standum est, ad quod etiam faciunt ea quæ in quæst.31. præcedenti contra Adrianum dicta sunt. ¶ Quòd ad aliud etiam quòd scilicet quot bullas quis habet, toties potest lucrari Indulgentiam concessam in illis, sic scilicet quòd per vnam bullam conceditur Indulgentia, viginti annorum visitanti talem Ecclesiam, aut facienti eleemosynam, & per aliam bullam idem conceditur, tunc ego possum per vnicam visitationem aut eleemosynam intendere lucrari illos viginti annos dumtaxat concessos per illam vnam bullam, & per aliam visitationem aut eleemosynam lucrari tunc aut pòst alios viginti annos secundum aliam bullam seu concessionem, & gaudere nunc vna bulla tantũ & pòst alia &c. Similiter quando per vnam bullam conceditur ꝙ quis possit absolui plenariè semel in vita & semel in articulo mortis, & per aliam conceditur idem, & per aliam idem: tunc vna vice potest gaudere aut vti illa vna bulla qua voluerit, & alia vice alia tam in vita quàm in præsumpto articulo mortis vt bulla concedit, vt de articulo mortis latiùs habetur infrà. q.36. in primo pũcto. ¶ Et ratio est, quia sic iudicandum est velle Pontificem, vt scilicet prodesset nobis sua multiplicata concessio Indulgentiarum, quæ nisi sic intelligatur non prodesset, vt suprà dictum est. Et ad idem etiam est practicata consuetudo. Item quia idem est iudiciũ de omnibus istis Indulgentijs pro vita & pro articulo mortis præsumpto, vt patet, quia non est ratio differentiæ. Nunc autẽ quando per plures bullas conceditur quòd quis possit semel in articulo mortis absolui plenariè, communiter dicunt doct. quòd (supposito ꝙ intelliguntur de articulo mortis præsumpto, vt infrà. q.36. habetur) tũc potest quis in vno articulo mortis præsumpto consequi Indulgentiam plenariã virtute vnius bullæ, & in alio articulo mortis aliã seu iterum virtute alterius &c. ergo similiter est dicẽdum de alijs Indulgentijs vt dictum est. Et fortè hoc modo posset quis lucrari stationes vrbis Romæ sæpius in die, faciendo toties secũdum tenorem bullarum quot bullas habet ad hoc. ¶ Prædicta omnia intelliguntur nisi in generali aut in casu particulari oppositũ cons

tet de mente concedentis, à cuius voluntate totum hoc pendet:
regulariter autem ſtandum eſt dictis : vtpote quæ ſic probabiliùs
dicenda videntur. ¶ Quod ideò dico quia multi doctores tenẽt
oppoſitum, maximè cõtra hoc vltimum de multiplicatis vicibus
ſecundum multitudinem bullarum: nam & refert Supplementũ
Supple. Gabrielis vbi ſuprà quód eſt regula. 57. cancellariæ curiæ Ro. ſic
dicens. Voluit Papa ꝙ in literis Indulgentiarum ponatur clauſu-
la ꝙ ſi Eccleſiæ vel capellæ vel aliàs aliqua Indulgentia fuerit per
ipſum conceſſa de qua inibi ſpecialis mentio facta non eſt: huiuſ
modi literæ ſint nullæ. Hæc ibi. Si enim Papa habuiſſet notitiã
primi priuilegij priùs dati, fortè non ita de facili dediſſet ſecun-
dum. Notanter dicitur in hac regula, ly per ipſum conceſſa, quia
ſecùs ſi Epiſcopus vel alius Rom. Pontifex conceſsit ibidem In-
dulgentias: tunc enim videntur valere etiam non facta mentio-
ne de priore conceſsione per verba prædictæ regulæ. Hæc Sup-
plementum. ¶ Quæ regula quomodo etiam valeat & practice-
tur iudicent curiales: ſatis eſt noſtro propoſito ꝙ & Papa poteſt
facere contra eam: quodque per eam non probatur ꝙ non poſsit
quis toties vti & lucrari Indulgentiam quot bullas aut conceſsio-
nes habet à diuerſis Pontificibus conceſſas, vt ſupra dictum eſt,
tanquam probabiliùs eſſe tenendum. ¶ Nota etiam ꝙ prædicta
omnia ſolùm intelliguntur de Indulgentijs. Nam quò ad alias cõ
ceſsiones contentas in bullis putà ad comedendum oua aut car-
nes temporibus aliàs prohibitis: & ad diſpenſandum & abſoluẽ-
dum à cenſuris & caſibus, non plus valent centum quàm vna e-
iuſdem tenoris, vt patet. ¶ Ex omnibus prædictis ſequitur quòd
quando Papa concedit Indulgentiam aliquam comitantibus ſa-
Coroll. ii. crum corpus Chriſti intelligitur toties quoties ſecũdum aliquos
doctores, quod videtur probabiliùs & magis practicatum. Alij
dicunt vt Supple. Gabrielis vbi ſuprà dubio. 4. ſecundum Palu-
de &c. ꝙ intelligitur ſemel tantùm in die. ¶ Item ꝙ quando Pa-
pa concedit Indulgentiam audientibus officiũ diuinum, ſeu miſ-
ſam tali feſto vel tali Eccleſia dicit Supplemen. Gabrielis vbi ſu-
prà ꝙ etiam intelligitur ſemel in die, ſicut quando celebrantibus
aut communicantibus concedit. Et ꝙ idem iudicium eſt quan-
do id concedit audientibus in Eccleſijs: dicitur enim in Eccle-
pluraliter non vt ſemel lucretur in vna Eccleſia & iterum in al-
ſed vt negletum in vna poſſet ſuppleri in alia ſeu reiterari, vt ſe-
mel

mel tantùm lucretur quis talem Indulgentiam in die: quodq; sic intelligitur & innuitur in ca. Si diuinum. Clemen. de reliqui. & veneratione sanctorum. vbi referuntur concessiones Vrbani. 5. de Indulgẽtijs corporis Christi, & in extrauagan. Eugenij Quarti referentis Vrbanum & Martinum. 5. ¶Ratio huius intellectus est, quia vt dicunt dicti doctores sic est mens Papæ, vt patet ex dictis. ¶Item dicit ibidem Supplementum ꝙ celebrantes diuina seu missas à fortiori lucrãtur Indulgentias concessas audientibus id est reuerenter præsentibus, & communicantibus tunc: quia eo ipso quo celebrant, intersunt & communicant: sed non lucrãtur eas dupliciter, scilicet vno modo quia cõmunicant aut intersunt, & alio modo quia celebrant: sed solùm semel & vno modo, quia scilicet perfectè celebrant: quia sic est intentio concedentis, vt patet ex practica sic interpretante. ¶Item dicit ibidem Supplemẽ. quòd si sacerdos in priuato legit solus ad partem in Ecclesia horas canonicas ante vel post horarum collegialiter factam celebrationem, etiam si intersit horarum tali celebrationi, semel tantùm lucratur talem Indulgentiam concessam dicentibus officiũ in festo aut infra octauam corporis Christi. Quia sic est mens concedentis vt dictum est: quód si aliter intenderet, aliter esset dicendum vt patet ex dictis. Ideo videatur tenor concessionum Indulgentiarum & secũdum illum iudicetur dum aliter sufficienter non constiterit de mente concedentis.

Quæſtio trigeſima tertia.

Queſ. 33. *Quantum durat Indulgentia, & quomodò & quando incipit, aut deſinit valere, & quomodo poteſt ſuſpendi, & reuocari?*

Propo. 1. Eſpondeo per quatuor propo-
ſitiones, quarum prima eſt. Indulgentia il-
limitatè aut ad tempus non determinatum
conceſſa durat in perpetuum quouſque ſuf
ficienter & certò reuocetur, aut quouſq; pe
rierit locus vel pſona cui cõceſſa eſt. ¶ Pro-
batur. Quia ex tenore conceſsionis ſic patet
eſſe de intentione concedentis. dum oppoſitum non conſliterit
ſufficienter in aliquo caſu. Quòd ſi expreſsit limitatum tempus
eius valoris dicendo per quinq; annos tantũ ſeu vſq; ad quinquẽ
nium, tunc non valet vltra, & ipſo facto expirat talis Indulgen-
tia, aliàs nõ ſi eſt ad tempus indeterminatũ vt ait propoſitio: etiã
ſi interim aut ſtatim Papa eam concedens moriatur, non expirat
talis Indulgentia per mortem Papæ concedentis, vt habetur d:
re. iur. decet conceſſum à Principe beneficium eſſe manſurum
libro ſexto & concor. Palud. in quarto diſtinct. vigeſima, quæſt.
quarta articulo primo, & Innocent. in cap. Quòd trãſlationem.
Lap. de officio legati. & facit quod no. Lapus in cap. Fina. de reſcrip-
tis lib. 6. & ſequitur Gemini. ibidem. & ſimiliter Gloſſ. & docto
Landul. res in cap. Cum ad hoc. de cleri. non reſi. & Landul. in Clemen.
Fin. de electi. & Syluester. titul. Indulgentia. queſt. 5. §. 7. & Sum
Ange. & Ro. &c. doct. vbi etiam dicit Syluester quòd hoc faci:
valde ad omnes literas gratioſas non præiudicatiuas, & ad hoc
quòd ſaluus conductus nõ expirat per mortem concedentis, p
quo etiam vide Gloſſ. ſingularem in cap. Cum ex eo. de ele:
lib. 6. nec obſtat. l. fina. ff. de pœnis. quia loquitur in pœnalibus.

¶ E

¶Et idem dicendum est secundum Gloss. in cap. fi. de officio legati vt ait Syluester vbi suprà, de Indulgentijs quas legati concedunt subuenientibus locis pijs & huiusmodi, quia durant etiã post finitam legationem & post mortem ipsorum legatorum sicut & eorum statuta, etiam si in eis contineatur pœna excommunicationis, & concor. Panor. Secùs de Indulgentia seu potiùs licentia eligendi sibi confessorem vel non residendi in beneficio & huiusmodi, quia talis licentia expirat per mortem concedentis legati seu finito eius officio: nisi sit facta cum causæ cognitiõe & consensu sui capituli: quia est præiudicatiua Ecclesiæ. Et sic tene (ait Syluester & Sum. Ange. & doct.) quod in cõcessione seu licentia præiudicatiua talis gratia cõcessa per Papę inferiores sine causæ cognitione expirat finito officio concedentis aut per eius mortem. Secus si concederetur à Papa, vel si non esset alteri præiudicatiua, vel si concederetur auctoritate Papę vt idem Sũmistæ latiùs dicunt tit. Gratia. & sic concordant doctores. ¶Idẽ etiam dicendum est in Indulgentijs aliorum prælatorum vtpote episcoporum, archiepiscoporum &c. secundum Palud. q.1 non finiuntur per mortem concedentium sicut nec Indulgentiæ legatorum: quia & sic est in consuetudine optima legum interprete. Ratio autem huius quam assignat Syluester vbi suprà quia. s. concedunt Indulgentias auctoritate Papæ, non valet. Nam episcopi concedunt Indulgentias auctoritate sua ordinaria secundũ communem & veram opinionem contra Durandum vt suprà. q. 10. propo. 2. habetur, & tamen non expirant per mortem concedentium, ergo ratio est suprà dicta. s. quia sic ius statuit consuetudine id sic interpretante, ergo patet propositio quò ad primam partẽ eius. s. quousq; sufficienter reuocentur &c. de quo in propositionibus sequentibus habetur quomodo reuocari & perire possunt Indulgentiæ. ¶Propositio secunda. Indulgẽtia potest validè & licitè suspendi & reuocari ad tempus vel in perpetuum, qua reuocatione facta iam non amplius valet talis Indulgentia. ¶Probatur. Quia si solùm valet Indulgentia ad voluntatem concedentis ergo ea mutata desinit valor eius. Item quia ex quo cõcedens est supra dispositionem positiuam præcipuè à se factam ergo potest validè & licitè ex causa rationabili suspẽdere & reuocare gratias & facultates alias liberaliter sine contractu polytico pertinẽte ad iustitiam commutatiuam aut etiam distributiuam per eum con- *Propo. 2.*

 cessas

cessas. Et est valida talis suspēsio & reuocatio: etiam sine vlla causa facta, licèt reuocator talis peccet sine rationabili causa id faciendo. Et in hoc concordant doct. communiter in ca. primo de concessione præbendæ. lib. 6. præcipuè Gemini. ibidem, & Syluest. titu. Gratia. §. 2. & titul. Indulgentia. quæst. quinta. & Sum. Angel. & Ro. eo titul. & consonat consuetudo. ¶ Et sic saluatur practica Ecclesiæ & Summorum pontificum sæpe suspendentium Indulgentias, id enim non solùm validè sed & licitè fit: si iusta causa (vt præsumendum est dum de opposito non constat manifestè) id faciunt, scilicet vt fideles sæpius efficaciter alliciantur ad noua opera pia eleemosynarum, orationum, visitationum ieiuniorum & huiusmodi, spiritualiter & temporaliter vtilia & necessaria Ecclesiæ, ad quæ non sic allicerentur efficaciter sine tali suspensione, si essent securi de suarum bullarum iam semel acceptarum irreuocabili valore, ergo.

Arg. 1. ¶ Contra hoc arguitur tripliciter. Primò sicut Imperator non potest reuocare priuilegium concessum alicui pro aliqua pecunia nisi illam ei restituat, ergo nec similiter Papa Indulgentias nisi restituat id quod pro eis lucrandis datum est. ¶ Item secundò quia donatio & distributio etiam liberalis facta alicui de bonis cōmunibus non reuocatur sine causa & demeritis eius cui

Argu. 2. donatum aut distributum est secundum communiter doctores, vt etiam ait Syluester. titul. Donatio. 1. quęstion. duodecima, & tertiadecima, ergo similiter est in Indulgentijs liberaliter donatis.

A.gu. 3. ¶ Item tertiò, quia sicut Deus dans vel promittens dare gratiam vel gloriam pro aliquo opere non potest negare aut reuocare sine demeritis eius cui promisit, ergo nec similiter Papa concedens Indulgentiam, ex quo suo principi Deo & regulæ & volūtati eius infallibili tenetur se conformare in distributione thesauri Indulgentiarum sibi commissi.

Respōsio ad 1. arg. ¶ Respondeo ad primum negando consequentiam. Quia illic est contractus polyticus pertinens ad iustitiam commutatiuam quo emitur priuilegium aut huiusmodi: hic autem non, sed est liberalis donatio Indulgentiæ ex parte concedentis de thesauro Ecclesiæ, vt suprà q. 1. corol. 1. habetur: quàmuis non fiat sine causa pia alliciente homines ad pia opera: ideo talia pia opera eleemosynæ sicut opera ieiunij aut orationis pro quibus est cōcessa Indulgentia, non sunt eis restituenda, neque in hoc defraudantur

dantur, quia satis præmij essentialis & accidentalis à Deo receperunt in re aut in spe pro illo pio opere ab eis debitè facto. Neque illa pia opera fecerunt aut dederunt in precium Indulgentię: sed vt meritum congrui pro præmio Indulgētiæ, vt suprà quęst. decima octaua, propositione prima habetur.

¶ Ad secundum respondeo, negando consequentiam, nec est simile. Dico enim quòd antecedens & ratio illa solùm procedit, & habet veritatem in bonis quæ iam per talem donationem in ius & dominium donatarij transierunt, quæ ex quo iam sortita sunt suum effectum non possunt reuocari. Et similiter concedo quòd postquàm Indulgentia alicui concessa sortita est suum effectum, vtpote quia virtute eius remissa est tanta vel tanta pœna secundum eius tenorem, non potest reuocari id quod remissum & donatum est, ita quòd iam remissum & donatum non sit. Sed quò ad id quod non est remissum & non est sortita effectum talis Indulgentia potest suspendi & reuocari, ne deinceps habeat effectum & valorem, ex quo quo ad id non est facta donatio & remissio in effectu, vt dictum est. *Respōsio ad.2.arg.*

¶ Ad tertium respondeo, negando consequentiam. Quia non est simile: quia gratia & gloria est merces operis debita tali homini de lege: Indulgentia autem non est nisi præmium de congruo datum pro opere pio, & vt per eam homines alliciantur ad opera pia, vt per allectiuum, vt suprà. quęs.1. & quæst. decima octaua allegatum est. Ideò tale præmium & allectiuum potest licitè suspendi & reuocari vt per alterum simile, scilicet per aliam Indulgentiam homines alliciantur ad similia opera pia, vt dictū est. Et idem iudicium est de alijs concessionibus contentis in bulla ad confitendum, ad absoluendum, ad comedendum alias prohibita, quia eadem ratione possunt suspendi & reuocari. *Respōsio ad.3.arg.*

¶ Propositio tertia. Reuocatio bullæ seu Indulgentiæ non nocet neque tollit eius valorem in foro Dei & Ecclesiæ ante sufficientem certificationem de tali reuocatione seu suspensione, nisi Papa aliter aliquando intendat. ¶ Prima pars patet. Quia sic est intentio Papæ concedentis aut reuocantis seu suspendentis, quòd scilicet non habeat effectum nec vllo modo noceat ante sufficientem notitiam eius, vt patet ex practica & secundum communem intellectum doctorum, vt latè agit Gemini. de concessione præbendæ. capit. primo. libro sexto, *Propo.3.*

& sic fuit determinatum per doctores communiter in dict. ca 1. quia olim Calixtus Papa concessit Indulgentiam plen. omnibus dantibus subsidium: quam Indulgentiam posteà successor eius reuocauit: & tamen determinant doct. ibidem ꝙ illi omnes qui subsidium dederunt illo intermedio tempore à die reuocationis vsque ad diem notitiæ lucrati sunt illam Indulgentiam: & concordat Syluester titu. Indul. q. 5. & titu. Gratia. §. 2. & Sum. Ang. & Ro. eisdem titu. §. 7. &c. ¶ Secunda pars scilicet nisi Papa aliter aliquãdo intendat, patet. Quia quò ad Deum & consciẽtiam totum hoc pendet ex voluntate concedentis etiam non notificata vt valeat suspensio & reuocatio ex tempore quo Papa voluit nõ valere & reuocauit. Quò ad forum autem contentiosum & in foro Ecclesiæ non valebit concessio aut reuocatio & suspensio, nisi à tempore sufficientis noticiæ aut notificationis, aut nisi expressè appareat ex tenore reuocationis aut literarum Papam velle ꝙ talis reuocatio aut suspensio habeat locum à tempore quo facta est seu à tali die etiam si non sit notificata, vt dicit Gemini. & doctores vbi suprà, & Syluester vbi suprà titu. Gratia. §. 2. Nam licèt lex non habeat virtutem obligandi nisi à tempore sufficientis promulgationis, reuocatio autem vel suspensio legis & dispositionis cuiuscunq; habet vim, etiam si non sit promulgata à tempore quo talis reuocator voluit illam valere. Plus enim requiritur ad ædificandum quã ad destruendum, & plus ad obligãdum & concedẽdum quã ad deobligandũ, destituendum, & reuocandum, ergo. ¶ Sed vt dicit Sum. Ro. titu. Indulgentia. §. 7. raro vel nunquam Papa intendit reuocationem Indulgentiarum valere ante eius sufficientem notificationem tam in foro conscientiæ quàm Ecclesiæ, sed vt suprà dictum est, post eius sufficientem notificationem. ¶ Vtrùm autem priuilegium sumat vires statim vt conceditur etiam ante notificationem vide Syluest. titu. Priuilegium. q. vltima. ¶ Propositio. 4. Indulgentia concessa expirat per aduentum alterius posterioris quæ primam non compatitur secum, vtpote si in largitione Indulgentiæ in die dedicationis Ecclesię concurrunt multi concedentes putà archiepiscopus & Episcopus &c. solùm valet illa posterior cùm omnes non possint habere locum vt suprà. q. 12 propo. 1. & 2. &c. ¶ Expirat etiã Indulgentia destructo tali loco cui concessa est, sic ꝙ dedicatiõe aut ædificatiõe iterata talis locus indigeat: similiter mortuis personis

Gemini.

Propo. 4.

sonis quibus tantùm illa Indulgentia concessa erat, vt ait Palud. in.4.dist.20.q.4.art.1. ¶Sicq; patet in Summa ex omnibus suprà dictis, q Indulgentia expirat communiter per reuocationem aut suspensionem perpetuam aut temporalem, & per aduentum posterioris non compatientis primam, & per destructionem loci aut personæ cui concessa est.

Quæstio trigesima quarta.

Vtrùm Indulgentia similiter & licentia aut concessio data alicui ad absoluendum de peccatis, casibus, & censuris extendatur & valeat quò ad peccata & casus & censuras, contracta & commissa, seu cõmittenda & cõtrahenda post concessionem illius Indulgentiæ seu facultatis, etiam si cum confidentia talis cõcessionis cõmittantur, an solùm quò ad commissa & contracta ante concessionem illam. Quęs.34

RESpondeo per tres propositiones, quarum prima est. ¶Quò ad Indulgẽtias standum est earum tenori: quia scilicet si Indulgentia sonat vt semel possim illã lucrari: tũc certum est illam solùm valere quò ad commissa peccata vsq; ad temp⁹ quo talem Indulgentiam lucrabor: & non ad futura, vt dicunt communiter doct. & Sum.Ro.titul.Indulg.§.16. & patet ex suprà dictis.q.6. Ideò si nunc ego plenariè absolutus per Indulgentiam plenariam decederem, certè statim volarem ad cœlum, nisi alia mortalia aut venialia post talem Indulgentiam commisissem. Quòd si Indulgẽtia sonat toties quoties aut q sępius illam possit quis lucrari in anno aut in perpetuũ, tũc patet q toties aut sæpius de cõmissis tantùm vsq; ad tẽpus illud quò illã Indulgentiam lucrari voluerit valet Indulgentia. Ratio horũ est, quia sic sonat tenor Indulgentiæ, cui est standum, vt dictum est. Propo.1.

¶Propositio secunda. Si in facultate cõceditur posse absolui aut

dispẽsari toties quoties aut indeterminatè in perpetuum aut vsq; ad tale tẽpus intelligitur etiam de cõmittendis postquàm talis facultas concessa est, & quoties voluerit, vt patet tum ex tenore, tũ etiam ex consuetudine sic interpretante. Hoc est verum nisi oppositum constet sufficienter de voluntate concedentis, putà si dicit de cõmissis vsq; ad tẽpus concessionis seu notificationis: tũc enim non valet ad committenda peccata &c. aut si alia huiusmodi verba apponantur. ¶ Propositio tertia. Quando in facultate non excipiuntur ea quæ cum confidentia talis facultatis commissa fuerint de rigore vidẽtur concessa, vt scilicet ad ea etiam se extendat talis facultas, aliàs secùs. ¶ Hæc propositio videtur probabilis stando in rigore talis concessionis nihil excipiẽtis: quia priuilegium latè interpretandum est contra concedentem, maximè in fauorabilibus quæ non sunt in præiudicium tertij, vt suprà q. 7. propo. 4. habetur, qualis est talis cõcessio præfata, sicut & quęlibet facultas ad absoluendum de reseruatis quibuscunq;. ¶ Item quia ex quo aliquando in bullis seu facultatib⁹ huiusmodi fit expressè talis exceptio, ꝙ scilicet virtute talis facultatis non possit absolui ab ijs quæ cum cõfidentia eius cõmiserunt, ergo quãdo talis exceptio non ponitur, videtur concessa: quia quando Ius non excipit, nec nos excipere aut distinguere debemus, vt habetur suprà q. 7. propo. 4. latè. ¶ Item quia Ius non dicit ꝙ ipso facto priuilegium amittit qui cõcessa sibi abutitur potestate, sed dicit ꝙ priuilegium meretur amittere, & ita secundum merita innuit priuationem vel declarationem amissionis nõ ipso Iure aut facto fieri, sed posse & debere fieri: sicut dicit Augustinus ꝙ peccator est indignus pane quo vescitur: non tamen eo ipso quo peccat, est priuatus Iure quod habet in suo pane. ¶ Itẽ quia licèt clausula seu exceptio generalis in concessione & lege intelligatur apposita, licèt non exprimatur, prædicta tamen exceptio non est generalis in omnibus concessionibus, vt patet: quia aliquando ponitur aliquando non in facultatibus fauorabilibus. Ergo sic videtur probabiliter stando in rigore dicendum: & videtur concordare Syluest. tit. Indulgentia. q. 10. parti. 5. ¶ Quod ideò dico in rigore, quia si de mente concedentis aliud probabiliter præsumatur aut constet, tunc talis concessio aut priuilegium non extenditur ad ea quæ cum confidentia eius commissa fuerint post talem concess ionem, vt patet: quia à voluntate concedentis pendet totum

Propo. 3.

August.

tum hoc. ¶Vnde quia in generali concessione aut facultate contra Ius cõmune non præsumitur quis concedere velle id quod nõ esset specialiter concessurus, vt est cõmunis regula vtriusq; Iuris, specialiter autem non esset quis concessur⁹ id vnde esset incentiuũ peccandi, quale videtur esse si concederetur facultas etiam ad ea quæ cũ confidentia ei⁹ cõmitterẽtur: quia & semper est interptatio faciẽda vt vitetur delictũ, vt habetur in.l.1.C. De his qui. §. Si fundum. Ergo hinc videtur ꝙ concedens nõ intendit ꝙ ad ea sua facultas extendatur: & per consequẽs ꝙ ad ea non valet: nisi expressè concedatur. Et ideó vt securiùs videtur ꝙ hoc sit tenẽdũ, imò & absolutè sic quærẽtib⁹ & nõ querẽtib⁹ dogmatizãdũ est ad terrorẽ & præseruationẽ peccati: etiã si prędicta tertia propositio in rigore vt posita est, esset vera. Multa enim vera oportet sępe taceri & occultari propter scandalũ etiã pusillorũ euitandũ: neq; talis veritas est reuelãda nisi in particulari & in casu & secretè, aut nisi vbi ex tali occultatione dispendium aliquod probabiliter immineret. Quantò magis quòd (vt dictum est) prædicta tertia propositio non est satis certa etiam in rigore, sed dubia, licèt probababiliùs videatur id quod ipsa dicit in rigore tenendum. In dubijs autem tenendum est securiùs quòd scilicet talis facultas non se extendit ad ea, quæ cum eius confidentia committuntur, nisi constet de opposita voluntate concedentis: aut in casu particulari quo dispendium immineret, si circa talia non valeret talis facultas absoluendi, vt sæpenumerò contingere potest desperatio aut huiusmodi, nisi taliter iam commissa absoluantur & dispensentur aliquando virtute talis facultatis, dummodò illi notificetur quòd talis facultas iam non ei valebit ad alia cum eius confidentia de cætero committenda propter rationes suprà dictas, de his etiam vide Syluest. titulo. Priuilegium, quæstione tertia. ¶Sed nota quòd tunc tantùm dicitur quis peccare cum confidentia talis facultatis, quando ex talis facultatis confidentia mouetur ad committendum id ad quod non moueretur sine ea. Non dico quòd quando non committeret illud si talem facultatem non haberet sed dico ꝙ quando non moueretur ad id nisi ex tali confidentia, tunc dicitur ex tali confidẽtia peccare: est namq; differẽtia inter hæc. Stat enim ꝙ si ego nõ haberem talem facultatem & tam facile remedium, certè cauerem solicitiùs ne inciderem in talia reseruata: at verò cum video mihi

faci

facile remedium per talem facultatem in esse, sicut & ad alia non reseruata, certè nō magis curo illa cauere ac si reseruata nō essent vel sicut alia non reseruata pro quibus facilè remedium habetur. Et tamen in hoc casu est verum ꝙ talia ego non committerem si talem facultatem non haberem. Et tamen hoc non est positiuè cum confidentia bullæ, aut (quod idem est) causaliter ex confidē tia bullæ peccare dum talis cōfidentia non est causa positiuè mouens ad peccandum: sed est causa priuatiua seu concomitans ad peccatum, dum per talem confidentiam ego negligentior indies fio ad cauendum diligentiùs talia reseruata q̃ si talem facultatem non haberem: & per consequens hoc non est præbere aut sumere causaliter incentiuum peccandi, sed est per talem confidentiā auferri specialem solicitudinem cauendi talia reseruata. Quòd si ego non solùm ex tali confidentia facultatis essem negligens ad cauendum reseruata sicut non reseruata, sed insuper mouerer specialiter ad exequendum praua desideria seu passiones quibus etiā aliàs ad talia reseruata instigor & moueor: tunc verè propriè talis confidentia facultatis est causa positiua aut positiuè mouens ad peccatum & præstans incentiuum ad id: & talis dicitur propriè cum confidentia seu potiùs ex confidentia talis facultatis peccare: sicut quando aliqui dicerent & deliberarent secum dicentes. Accipiamus hanc bullam & occidamus illum, quia absoluemur per illam: vel bullam habemus qua possumus absolui, occidamus illū &c. & iste talis non potest absolui virtute talis facultatis quando in facultate excipitur explicitè aut implicitè is qui cum confidentia facultatis peccat, vt suprà dictum est. Ille autem alius suprà dictus qui solùm fit negligens per talem facultatem ad cauendum reseruata ac si non essent reseruata, videtur ꝙ benè potest absolui virtute talis facultatis etiam expressè excipientis eum qui cum eius confidentia peccaret. ¶ Et ratio huius est, quia virtute talis exceptionis solùm excipitur is qui propriè & positiuè ex tali confidentia mouetur ad peccandum, & habet incentiuum peccati, & hoc solùm intendit concedens præcauere quando talem exceptionem expressè aut implicitè facit. Quia & in concessione suæ facultatis certè intendunt liberare eos, quibus eam concedunt à maiore solicitudine circa reseruatorum commissionem & remedium adhibenda, quàm si non essent eis reseruata. Alioqui periculosum & ferè semper scrupulosum esset habere tales facultates-

cultates nisi sic intelligantur propriè, vt dictum est: cum cuilibet peccanti in reseruatis ferè semper occurrat cognitio aliqua de tali facultate & remedio & intentio aliqua se remediandi post cõmissum tale peccatum reseruatum, sicut non reseruatum: quia & si putaret non patere sibi remedium nisi difficile, sicut existenti in articulo mortis, certè solicitiùs caueret omnis homo peccans tam in reseruatis q̃ in non reseruatis. ¶Et nota ꝙ talis exceptio eius qui cum confidentia talis facultatis peccaret semper intelligitur de peccatis in futurum post habitam talem facultatem, nõ autem de commissis in præteritum cum confidẽtia habendi seu impetrandi talem facultatem seu bullam. Quia per talem concessionem vel exceptionem solùm intendit concedens præcauere incentiuum delinquendi, quod respectu futuri tantùm est & dicitur, sicut & intenditur.

Quæstio trigesimaquinta.

Quæ sit forma verborum in concessione Indulgentiæ? Ques. 35.

RESpondeo quòd non est aliqua forma specialiter assignata: sed quęcunque forma significans Indulgentiã concedi cũ debita & cõsona intentione sufficit. ¶Probatur. Quia actus iurisdictionis solius (qualis est iste vt suprà. q. 1. habetur) non habet certam formam, cum totum hoc depẽdeat ex voluntate concedẽtis. Probatur autem ꝙ sit actus solius iurisdictionis. Quia ex quo non est actus ordinis neq; propriè sacramentalis remittens culpam sed pœnam tantùm, vt suprà. q. 6. & potest fieri etiam extra sacramentum, vt suprà. q. 5. ergo non requirit formam sacramentalem: sed sufficit ea quæ explicet Indulgentiã talem seu remissionem pœnarũ concedi sicut in alijs actibus purè iurisdictionis fit & sufficit, ergo. ¶Et in hoc concordãt cõmuniter doct. vt etiã expressè ait Gerson in tract. Abso. sacramenta

menta

mentalis. Alph. 33. K. & Floren. prima parte Sum. tit. 10. ca. 3. §. 5. ¶ Ex quo patet primò ꝙ quando Papa concedit per se ipsum Indulgentiã ex nunc pro tunc alicui facienti tale quid, putà visitanti Ecclesiã & huiusmodi, tunc ipso facto lucratur illã absq; hoc ꝙ aliquis confessor ei illam concedat. Quãdo verò Papa non sic concedit, sed concedit aut cõmittit alicui putà cõfessori aut prædicatori ꝙ eam cõcedat facienti tale quid, tunc non lucratur quis illam, nisi ille cui Papa sic cõmisit concedat, vt suprà. q. 20. & latiùs. q. 24. propositione. 5. habetur: quia nisi talis forma ibi taxata aut modus ibi taxatus seruetur, non valeret Indulgentia. Raro aũt vel nunq̃ Papa imponit aliquã formam seruandam in concessione Indulgentiæ, licèt imponat modum ad eã lucrandũ. Vnde illa forma quę solet poni in bulletis, dicendo Misereatur tui &c. vbi ponitur valde longa explicatio absolutionis & concessionis Indulgentiæ secundũ Florent. vbi suprà non ponitur à Papa nec est in originali bulla, sed ponitur à Cõmissarijs, vt sic in summa sciãtur & explicẽtur casus & sententiæ à quib⁹ quis potest absolui virtute bullæ, ideò nõ est necessariò seruanda ex vi indulti, vt dictũ est. ¶ Et si quæras quę forma cõmuniter est obseruãda circa hoc, respõdeo secundũ Florẽt. vbi suprà. & Syluest. tit. Indul. q. 10. par. 5. ꝙ quia cõmuniter in bullis dicitur ꝙ cõfessor plen. remissionẽ tali personæ largiatur, ideò tunc videtur cõueniens forma, ꝙ præmissa absolutione ab excõmunione & peccatis scd̃m facultatem indulti dicẽdo Misereatur tui &c. Indulgentiã & absolutionẽ &c. Ego auctoritate & sanctæ Ecclesiæ mihi cõmissa, seu auctoritate qua nunc fungor, te absoluo ab omni vinculo excõmunicationis, & restituo te sacramentis Ecclesię, & ab omnibus tuis peccatis, & concedo tibi Indulgentiã plen. seu remissionem plen. omniũ peccatorũ tuorũ, in nomine patris & filij &c. Quod aũt additur, de quib⁹ corde contritus & ore cõfessus &c. nõ debet dici, nisi id in tali indulto exprimatur, quia nocet. Similiter nec illud, præter ea quę cũ confidentia hui⁹ indulti cõmisisti &c. nõ debet dici, nisi id in tali indulto exprimatur, quia nocet, vt benè hoc ait Syluester vbi suprà ꝙ sic est intelligendus & limitandus Florent. Et alia verba etiã superfluũt & sæpe nocent, ideò non sunt dicenda secundũ Gerson vbi suprà. Item vtrùm ei qui ex quacunq; causa non est confessus peccaũ, debeat dici absoluo te à peccatis vide infrà. q. 36. in. 2. pũct. Ideò tutiùs est scd̃m Gerson.

Florent.

ſon vbi ſuprà ꝙ quis petat concedi ſibi Indulgentiā talem ſecundū Papæ conceſsionē & intentionē, quódq; conferens ſuprà dicto modo concedens ſic dirigat ſuam intentionē ad gratiā à Papa conceſſam, ſiue explicetur ſiue non illa intentio & cōceſsio Papæ. Et iſta forma eſt ſufficiens tam pro ſanis q̃ pro exiſtentib⁹. in articulo mortis. Imò & dicit Florent. vbi ſuprà, ꝙ etiam ſi nō ſeruetur prædicta forma, ſi tenor indulti eam non requirit, ſufficit quæcunq; alia æquiualens putà dicendo, do tibi illam indulgētiā quę continetur in tuo indulto, ſeu quā Papa conceſsit tibi poſſe dari; etiam ſi non dicatur in nomine patris &c. Similiter ſi dicat Dominus te abſoluat à tua culpa & pœna, ſeu concedat tibi Indulgentiam, quam tibi Papa conceſsit, aut ſecundum gratiam tibi à Papa conceſſam, ſufficit: quàmuis hoc videatur dubium, pro quanto is cui Papa commiſit vt Indulgētiam concederet, nō videtur concedere quid ſecundum formam indulti, ſed ſolùm depræcatiuè committere Deo, vt ipſe concedat, valeat quod valere poteſt.

Quæſtio trigeſima ſexta.

Quomodo agendum eſt cum exiſtente in articulo mortis quò ad concedendum Indulgentias & quò ad omnia alia ad eius animæ ſalutem pertinentia. Queſ. 36

REſpōdeo per tria pūcta, quorum primum eſt. ¶Quando conceditur Indulgentia pro articulo mortis vtrùm intelligatur de vero articulo mortis, an de præſumpto, an de vtroque. Ad quod dico tria. ¶Primò ꝙ quando Papa expreſsè dicit pro vero articulo mortis, tūc patet ꝙ de vero tm̄ articulo mortis intelligitur. Quādo aūt abſolutè dicit ꝓ articulo mortis, tūc intelligitur tā de articulo vero q̃ de ꝓbabiliter

Punct. 1.

Dictū. 1.

liter præsumpto quomodocunq;. Et ratio horum est,quia sic rationabiliter præsumitur de voluntate Papæ dum aliud non constat,sicut extrema vnctio pro articulo mortis vero & præsumpto ex infirmitate intelligitur, & non solùm pro vero articulo mortis. Et in hoc consentiunt expresse Gerson & Florent. vbi suprà in.q. præcedente habētur allegati, & Supplementū Gabrielis in 4.dist.45.q.4.art.3.dub.1. ¶Et nota ꝙ aliud est articulus mortis, aliud periculum mortis. Nam articulus mortis dicitur quando quis est iam in puncto mortis;ita ꝙ iam de eius vita probabiliter desperatur vndecunq; id proueniat.Periculum autem mortis dicitur quando quis est in tali actu ꝙ est quidem timendū de morte,modò de vita desperetur,modò non:vndecunq; tale periculū proueniat putà ab infirmitate velquia est in bello,peste,seu nauigatione periculosa aut in partu difficili &c. Bulla autem concedit aliquando pro articulo aliquando pro periculo mortis,vt dictum est, quod est attendendum. Sępè autem alterum pro altero vsurpatur,ideò consuetudini stetur ¶Secundò dico ꝙ quando Indulgentia conceditur pro vero articulo mortis,tunc nō lucratur illam quis in articulo mortis tantū probabiliter præsumpto:etiam si ei concedatur à sacerdote.Ratio quia solùm pro vero articulo mortis concessa est: & tunc non plus valent mille bullæ concedentes Indulgentiam plenariam pro vero articulo mortis quàm vna eiusdem tenoris, vt patet. ¶Si autem concedatur semel tātùm pro articulo mortis simpliciter,quod idem est, ꝙ pro articulo mortis probabiliter præsumpto, vt dictum est, tunc semel tantùm potest in tali articulo mortis probabiliter præsumpto lucrari talem Indulg. & postq̄ semel sic eam fuerit lucrat⁹ siue in primo siue in secūdo aut alio articulo mortis præsumpto, iam non poterit eam lucrari amplius,nec illa bulla gaudere aut vti ad idem,quia sortita est totum suum effectū:sed si habet aliam bullam aut facultatem similem ad idem,potest illa vti in alio articulo mortis præsumpto aut vero semel tantùm. Et similiter de alijs eiusdem tenoris dicatur. Quia quò ad hoc toties in tot articulis mortis præsumptis potest vti,quot bullas aut facultates habet ad hoc.Et tūc nihil valet aut prodest dicere ꝙ reseruetur pro alio articulo mortis vero vel præsumpto ex quo Papa id non concedit: ꝙ si id cōcedit etiam si id ei non dicatur,nihil obest,vt infrà in.3. dicto habetur latiùs.Ratio hui⁹ est,quia sic videtur intētio Papæ conce-

Aliud mortis articulus, aliud mortis periculum.

Dictū. 2.

concedentis semel tantùm pro articulo mortis: alioqui ly semel nil efficeret: & concordant communiter doctores. ¶ Tertiò dico, ꝙ quando Indulgentia cõceditur pro articulo mortis simpliciter non dicendo semel, tunc supposito ꝙ intelligitur de articulo mortis vero vel etiã pręsũpto, vt in primo dicto habetur: vtrũ valeat semel tãtùm, vt in secũdo dicto habetur, an toties quoties. In hoc est triplex opinio. Prima opinio est Florent. & Syluest. titu. Indul. q. 10. & Supplem. Gabrielis vbi suprà, & communiter doct. ꝙ solũ valet semel ac si Papa expressisset semel, vt suprà secundo dicto habetur. Ratio, quia ex quo quis semel vsus est priuilegio indeterminatè concesso iam expirat per primam vicem, nisi in ipso priuilegio aut bulla exprimatur ꝙ possit eo vti toties, vt sæpe dicitur in bullis propter hanc causam. ¶ Secunda opinio aliorum est ꝙ si confessor aut alius secundum formã indulti concedens talem Indulgentiam quando eam concedebat addidit, ꝙ si de hac infirmitate vel hac vice non obieris reseruetur tibi talis Indulgẽtia pro vero articulo mortis (vt cõmuniter ponitur in formularijs absolutionum in bulletis) tunc non lucratur eam tunc, sed reseruatur pro alio articulo mortis vero vel præsumpto, vt ibi dictum est. Quòd si id nõ addatur iam si prima vice lucratus est talem Indulgentiam, non potest iterum eam lucrari, quia non valet nisi semel, vt dicebant doct. primæ opinionis. Sed certè non videtur quare talis reseruatio pro alio articulo mortis fiat si id Papa non concedit, maximè si homo habens bullam intendit ꝙ habeat effectum tunc in illa prima vice, vt fit quando non requiritur ꝙ concedatur in tali articulo ipsa Indulgentia per aliquẽ confessorem aut per alium, sed Papa ipse ex nunc pro tunc in tali articulo mortis concedit ei talem Indulgentiam pro tali opere pio facto. Ideò communiter non tenetur hęc opinio. ¶ Tertia opinio est ꝙ toties quoties homo venerit ad articulum mortis potest lucrari talem Indulgentiam: quia non expirat per quascunq; vices homo vtatur ea. Ratio, quia sicut aliæ concessiones concessæ pro articulo mortis aut pro tempore infirmitatis, putà ad absoluendum de peccatis & censuris in articulo mortis ad celebrãdum domi suæ & communicandum & audiendum diuina tempore infirmitatis & in articulo mortis, intelliguntur toties quoties in talibus articulis occurrentibus, vt patet ex practicata consuetudine, ergo similiter eadem ratione est intelligendum de In-

Dictũ. 3. *Opinio. 1* *Opinio. 2* *Opinio. 3*

dulgentia indeterminatè concessa. Sicut etiam dicitur ꝙ extrema vnctio solùm est pro articulo mortis, intelligitur de quolibet articulo mortis probabiliter occurrente ꝙ habet fructum suum, sic etiam de Indulgẽtia prædicta. Quia & indefinita Iuris æquiualet vniuersali, nisi de mente Papæ aliter constet aliquando. Et hanc opinionem piè tenere videtur Gerson in tractatu de absolutione sacramentali Alpha. 33. K. vbi postq̃ de articulo mortis vero locutus fuerat, statim de Indulgentia pro articulo mortis absolutè concessa dicit ꝙ pro quolibet articulo mortis homo petat sibi concedi indulgentiam, & ei concedatur, vt suprà. q. 35. dictũ est. ¶ Et ad rationes primę opinionis, ꝙ si aliquãdo in bullis exprimitur toties quoties, & ꝙ reseruetur pro alio articulo mortis vero &c. dico id poni ad maiorem declarationem seu etiam ad restrictionem hanc, ꝙ scilicet solùm valeat Indulgentia illa pro vero mortis articulo, vt dicebat secunda opinio. Quando veró nil tale dicitur in bulla, certè non videtur quare debeat restringi cùm fauores sint ampliandi quantum patitur proprietas verborum: & beneficium Principis sit latè interpretandum, maximè fauorabile & in nullius præiudicium, vt suprà. q. 7. propositione 4. habetur latè. Priuilegium autem quod est propriè priuilegium scilicet militans contra Ius vt priuata lex, benè expirat per primam vicem qua quis eo vtitur, vt dicunt Iuristæ communiter, vt est licentia concessa ad absoluendum de reseruatis, nisi aliud constet de mente concedentis, vt suprà quæstione trigesima quarta latè habetur.

Punct. 2. ¶ Secundum punctum. Quæ forma absolutionis sit seruanda & diligentia vt in articulo mortis quis lucretur Indulgentiam concessam? Ad quod respondeo per tria dicta, quorum primum

Dictũ. 1. est, ꝙ Indulgentia plenaria pro articulo mortis concedenda per confessorem vel per alium secundum tenorem indulti non concedatur infirmo anteq̃ ꝓbabiliter appareat ꝙ vult expirare, quãdo iam non videtur ei facultas peccandi saltem mortaliter aut notabiliter, vt sic statim moriendo euolet ad cœlũ cum illa Indulgẽtia plenaria sine vllo defectu acquisita, secùs si haberet aliquẽ defectum, vt suprà. q. 14. in resp. ad primum argumentum habetur secundum censuram Parisien. contra Erasmum. Ideó si ante tale punctũ ei concedatur talis Indulgẽtia, potest interim peccare, & quó ad talia peccata postea commissa non valebit ei Indulgentia iam

iam concessa: sed opus erit pro eis alia satisfactione: quam tamen in tali articulo ipse vix habere aut præstare potest nisi in purgatorio. ¶ Et creditur ꝙ hac de causa in ordinario Romano statutũ est ꝙ quãdo religioso infirmo datur sacramẽtũ extremæ vnctionis, tunc sacerdotes omnes ipsum absoluant: quæ quidẽ tñ absolutio non est propriè sacramẽtalis neq; à peccatis, ex quo talis nõ nisi in sacramento fieri potest: & de his quæ aliquo modo in foro sacramentali cognouit sacerdos vt iudex secundũ communiter doctores. Absolutio ergo illa quę fit cõmuniter à sacerdotibus simul, est solùm quædã deprecatio Ecclesiæ ad impetrandũ, remissionem culparũ seu pœnarũ aut alia bona & remotionẽ impedimentorũ ad benè moriẽdũ: sicut fit confessio gñalis in Missa & alijs horis officij diuini: vel est quędam absolutio iurisdictialis ab excõmunionib⁹ seu alijs cẽsuris seu pœnis Ecclesiasticis si eis fortè tenetur obnoxius aliquo modo. Et huic cõsonat ꝙ in aliquibus religionibus post mortẽ talis infirmi, fit talis absolutio, & anteq̃ fiat inquiritur à circunstãtib⁹ dũ corp⁹ debet sepiliri vultis ꝙ absoluatur? vt fit apud Carthusien. Et aliquãdo apud seculares idẽ fit cum corp⁹ non sepeliretur nisi Episcop⁹ aut alius prælatus mãdaret & creditores consentirent. Aut talis absolutio non est nisi quędã cõcessio Indulgentiæ plen. tunc qñ iã præsumitur esse in vltimis, præsupponit enim ordinariũ Romanũ ꝙ vsq; tunc nõdum cõcessa est saltem publicè vt constet: & ꝙ ad hoc habetur in ordine cõcessio aliqua saltẽ implicitè facta de tali Indulgẽtia, ex quo tale ordinariũ est quò ad hoc per Papã & Ecclesiam conditũ aut confirmatum, vt Gerson refert in tract. de absolutione defuncti Carthusien. Alphab. 33 litera. M. ¶ Vnde id quod habetur in dicto ordinario Ro. ꝙ scilicet talis absoluatur ab omnib⁹ simul, constat non esse necessarium: quia sufficit vnus & vni tantùm cõmittit Papa, vt concedat Indulgentiam & absoluat à censuris & vnus tantùm id efficit: sed ideò fit simul ab omnib⁹: quia illæ orationes deprecatoriæ. s. Misereatur tui &c Indulgẽtiã &c. eò erũt efficaciores & validiores quò à pluribus dicentur. Plus enim valet oratio multorum q̃ paucorum cæteris paribus, & vt ipse infirmus ampliùs confortetur & consoletur & eleuetur ad Deum, videns quòd omnes orant pro eo loco etiam Ecclesiæ: & vt ab eo tollatur scrupulus, si quis fortè erat, ne iam dubitet de intentione aut de effectu concessionis, si fieret per vnum tantùm.

¶Forma autem absolutionis & concessionis Indulgentiæ est il-
la quæ suprà.q.35. habetur: ita ꝙ concedens & absoluens inten
dat absoluere & concedere quantum & quomodo potest quacũ-
q; auctoritate ordinaria aut delegata, licèt eam non exprimat di-
cẽdo auctoritate priuilegiorum nostri ordinis, aut auctoritate Pa
pæ mihi cõmissa &c. Quia non est necesse, & fortè aliquã do in-
utile & noxium esset id exprimere. Sufficit ergo intentio prædi-
Dubiũ.3. cta cum forma absolutionis suprà posita. ¶Et si quæratur vtrùm
taliter concedens & absoluens debeat dicere Absoluo te à pecca
tis, quando ille infirmus aut mortuus non est confessus tunc illi
aliqua peccata vllo modo in speciali aut generali per signa &c.
propter impotentiam loquelæ, aut propter priuationem vsus ra-
Respons. tionis, aut quia non adfuit confessor antequàm moreretur, respõ
deo. Primò certissimum est ꝙ mortu⁹ à peccatis quò ad culpam
absolui non debet nec potest: quia non est de foro Ecclesiæ, neq;
particeps sacramentorum, neq; potest iam statum salutis aut dã-
nationis commutare, ex quo viator non est. A peccatis autẽ quò
ad pœnam temporalem quam in purgatorio patitur, liberari seu
absolui potest, non quidem per viam iudiciariæ potestatis, sed per
viam suffragij, vt suprà.q.13. latè dictum est: & de hoc quomodo
scilicet talis absolutio fieri possit in fine huius responsionis dice-
tur. ¶Secundò. At verò vtrùm absolutio sacramentalis cadere
possit super peccata viuentium oblita & ignorata generaliter tã-
tùm confessa, aut etiam super omnino inculpabiliter omissa &
Opinio.1 nec generaliter confessa: in hoc est duplex opinio. Prima est Abu
len. super Matth.16.q.79. & clarissimi doctoris Medina de con-
fessione.q.53 vbi de confessione oblitorum agit, & multorum a-
liorũ doctorũ, ꝙ nõ nisi super specialiter cõfessa: quòd q; cõfessio
generalis non potest esse materia hui⁹ sacramenti nisi solùm spe
cialis. Ideò neq; sacerdos potest nec debet absoluere nisi de spe-
cialiter confessis: addit Abulen. vbi suprà quòd si absoluere atten
Ratio.1. tat, grauiter peccat. ¶Ratio huius opinionis est triplex. Prima,
quia sacerdos vtpote iudex sacramentalis non potest sententiam
ferre absolutionis sacramentalis sine cognitione causæ peccato-
rum in particulari sibi confessorum. Quod patet. Quia ideò ex
Ioanne.20. Quorum remiseritis peccata remittuntur &c. dedu-
citur obligatio confessionis in particulari secundum communi-
ter doctores: quia requiritur prædicta causæ cognitio. Inde & se-
cundũ

cundum eosdem sacerdos dormiens aut non audiens aut ignorans peccata sibi confessa non potest absoluere, neque absolutio impensa est valida aut sacramentalis, ideò & talis confessio est reiteranda ergo sola confessio specialis peccatorum non solùm in voto sed & realiter facta est in præcepto Christi & materia huius sacramenti. ¶Secunda ratio. Quia materia huius sacramenti sunt actus pœnitentis, scilicet cordis contritio & oris confessio, vt hoc expressè ait Concilium Florentinum sub Eugenio. 4. Ergo sine oris confessione non potest esse materia neq; sacramentum. ¶Tertia ratio. Quia si talis absolutio esset sacramentalis, ergo ille pœnitens postea etiam memoriam habens peccatorum & facultatem ea specialiter confitendi, ad id non teneretur: quia qui ab aliquo debito semel & legitimè absolutus est, non potest iustè ac rationabiliter eodem debito obligari secundum Extrauag. Benedicti 11. Inter cunctas. de pœnit. & remiss. & Extrauag. Ioan. 22. Vas electionis eodem titu. Consequens autem negatur ab omnibus doctoribus communiter dicentibus, ꝙ ille tenetur postea particulariter confiteri, ergo non erat sacramentaliter confessus & absolutus. ¶Secunda est opinio cõmunis doctorum in 4. dist 17. &. 21. quam etiam sequitur expressè beatus Thom. ea. dist. 21. q. 2. ad secundum. & Gabriel ea. dist. 17. q. 1. dubio. 2. Richard. Palud. Gerson &c. quod super inculpabiliter oblita & ignorata cadere potest absolutio sacramẽtalis si sint generaliter cõfessa: quòdq; talis confessio generalis suo sacerdoti in sacramento seu sacramẽtaliter facta etiã de mortalibus est materia hui⁹ sacramenti. Addo & probabiliter ego ꝙ etiam vbi nõ potest quis vllo modo confiteri, quia sensu vel loquela priuat⁹ est, si tunc vel antè signa contritionis ostendit & maximè in periculo mortis, vtiq; potest & debet sacramẽtaliter absolui à peccatis quò ad culpam & pœnam: & ibi est materia huius sacramenti. ¶Hæc opinio probatur quadrupliciter. Primò, quia materia huius sacramẽti est pœnitens subditus cõfitens quomodo potest scilicet specialiter per verba si potest, vel per signa & nut⁹ aut per scriptum aut quomodocunq; potest saltem generaliter si non aliter potest, qđ patet. Quia secundum omnes doctores mutus per signa confitens aliqua peccata, & non alia quæ per signa explicari non possunt, certè ab omnibus peccatis sacramentaliter absoluendus est: quia signa contritionis æquiualent confessioni generali de alijs

Ratio. 2.

Tertia.

Opinio. 2.

Ratio. 1. secundæ opinionis

peccatis suis, ergo. Et vbicunque fuerit talis necessitas excusans à confessione speciali, vt in casu præsenti de quo agimus, etiamsi nulla peccata sint specialiter confessa, eadem ratio & iudicium habendum est. Nã qua ratione aliqua peccata nõ specialiter cõfessa in casu necessitatis possunt esse materia sacramenti, eadem & omnia nõ specialiter sed generaliter tantùm aliquo modo cõfessa, vt dictũ est. ¶ Secũdò probatur hæc secunda opinio. Quia

Secunda. absolutio sacramentalis ex opere operato præstat primã gratiam ipsi confitenti, vt supponitur secundum cõmunem opinionẽ, vt alibi in nostro quæstionario. q. 1. latiùs egim⁹. Et illa gratia sacramentalis de lege æquè repugnat tam peccatis oblitis & ignoratis & inculpabiliter omissis in confessione quàm etiam specialiter confessis, vt patet: quia non potest vnum mortale à Deo sine alio remitti, ergo huiusmodi absolutio sacramẽtalis omnia prædicta peccata tam specialiter q̃ non specialiter confessa per gratiam sacramentalẽ remittit quò ad culpam & pœnã æternã & tẽporalẽ. ¶ Neq; valet euasio clarissimi doctoris Medina vbi suprà dicẽtis, ꝙ id fit solũ aptitudinaliter seu poti⁹ prĩcipiatiuè: quia. s. sacramẽtũ grãm præstat, quæ de se est apta nata excludere omne mortale etiã oblitũ: nõ tñ actu omnia mortalia remittit quò ad culpã vel pęnã. Nã cõtra hanc euasionẽ arguitur. Quia cõstat etiã actu & pfectè oĩa mortalia etiã oblita simul à Deo eodẽ mõ esse remissa per grãm sacramẽtalẽ, quæ nullũ mortale cõparitur. Hæc aũt prima gratia remissiua peccatorũ non nisi virtute sacramenti, vt supponitur, collata est, ergo sacramentalis absolutio sortita est suum effectum super omnia mortalia etiã oblita & inculpabiliter omissa. Et ergo ibi est sacramentum & materia sacramenti vbi & respectu quorum peccatorum suus sacramentalis effectus videlicet prima gratia est. ¶ Neq; secundò valet aliã aliorum euasio dicentium, ꝙ sicut priùs fit absolutio sacramẽtalis super non reseruatis dumtaxat per sacerdotem, qui non nisi de illis non reseruatis absoluere potest, & tamen iam ex consequenti per gratiam sacramẽtalem omnia mortalia etiam reseruata simul remittuntur à Deo, licèt non remittantur à sacerdote non habente potestatem super illam: ita etiã contingit in oblitis & alijs non specialiter confessis ꝙ scilicet gratia effectusque sacramentalis indirectè aut ex consequenti se extendit ad illa remittenda, non autẽ absolutio sacramẽtalis quæ respectu eorum non est: quia materia sacramenti huius non

non sunt. Contra hanc euasionem arguitur: quia non est simile. Illic enim in absolutione reseruatorum non est materia sacramẽti: ex quo pœnitens etiã confitens non est subditus illius sacerdotis quo ad illa reseruata: hic autem in absolutione oblitorũ & inculpabiliter omissorũ est materia, quia pœnitẽs supponitur subditus quo ad omnia quæ aliquo modo confitetur, quod sufficit dum amplius fieri non potest, vt sit materia huius sacramenti, vt probatum est, & probabitur amplius. ¶ Tertio probatur opinio, quia vt ait Medina vt suprà, in articulo mortis qui iam perdidit loquelam vsumq; rationis, in quo tamẽ apparent vel præcesserũt signa cõtritionis, potest & debet sacramẽtaliter absolui: quia necessitas inquit caret lege, vt hoc etiã innuitur in ca. Is qui. 26. q. 6. & alibi, vbi nõ solũ de absolutione ab excõmunicatiõe, sed etiã à peccatis interim agitur, ergo cõfessio generalis de aliquibus & de omnib⁹ per verba vel signa, dũ aliter in speciali fieri nõ põt, sufficit ꝓ materia hui⁹ sacramẽti ex institutione Chr̃i atq; pręcepto. Nã si nõ, certè neq; in articulo mortis posset esse materia neq; sacramẽtũ: articul⁹ quippe mortis naturã & substantiã sacramenti mutare nõ potest. ¶ Quartò ꝓbatur opinio. Quia absolutio sacramẽtalis potest cadere super venialia generaliter tm̃ cõfessa: id q; quoad remissionẽ culpę & pęnę ipsorũ scd̃m cõmuniter doct. ergo & super mortalia inculpabiliter omissa gñaliter p verba vel signa tm̃ cõfessa. Patet cõsequẽtia. Quia materia sacramẽti non variatur ex hoc ꝙ quis teneatur vel nõ teneatur hæc vel illa confiteri peccata, id enim ad materiã & substantiã sacramẽti impertinẽs est, ergo patet secũda opinio probata. ¶ Ad primã aũt rationẽ primę opinionis respõdeo ꝙ antecedens est verũ regulariter: nõ tñ in omnib⁹ casib⁹, maximè in necessitate, qđ patet etiã in foro causarũ seu ciuili qñ non scd̃m merita causę sed ex liberalitate fit absolutio rei, aut qñ non põt haberi sufficiens causę cognitio. Itẽ sine vlla causæ cognitione fit absolutio vel remissio pœnarũ per Indulgẽtias: quæ tñ absolutio pertinet ad sententiã iudicialẽ, vt habetur in ca. Quod aũt. de pœ. & re. & suprà. q. 1 latiùs habetur. Sic etiã in ꝓposito in foro sacramẽtali cõtingit in casu necessitatis vel obliuiõis vt dictũ est. Et nihil aliud habetur ex Ioã. 20. nisi ꝙ cõfessio specialis peccatorũ si potest, vel si nõ potest saltẽ gñalis verbo vel signo vt fieri potest ex institutiõe & pręcepto diuino necessaria & sufficiẽs materia est hui⁹ sacramẽti, vt dictũ est.

Tertia. *Quarta.* *Ad rationem I. opinionis.*

Ad.2. ¶Ad secũdam rationem ex concilio Florentino similiter respõdeo ꝙ ibi loquitur regulariter tantùm & secundum quod communiter fieri debet. Quod patet. Quia ex eo quod dicit requiri oris confessionem, non excludit ꝙ in casu necessitatis sufficiat confessio per signa & nutus & per scripturam, vt patet secũdum communiter doctores. Et ergo similiter per eandem rationem non excludit ꝙ in casu necessitatis sufficiat cõfessio generalis per signa, vbi specialis haberi non potest, vt dictum est.

Ad.3. ¶Ad tertiam rationem respondeo negando consequentiam. Quia ad implendum præceptum diuinum & Ecclesiasticum de specialiter confitendo, à cuius impletione durante obliuione vel impotentia excusatus est, tenetur pœnitens ad id dum commodè potuerit: & per absolutionem sacramentalem à peccatis præcedentem non est à prædicta obligatione simpliciter absolutus: sed ex suppositione dumtaxat, scilicet dum aliàs in speciali confiteri non potest. Extrauagans autem Benedicti. 11. & aliorum doctorum rationes in oppositũ expressè loquũtur & sunt veræ quando quis est ritè confessus & absolutus, vt tenebatur: ita ꝙ iam simpliciter suæ satisfecit obligationi: tunc enim vt iterum confiteatur & absoluatur rationabiliter cogi non potest, in casu autẽ præsenti nondum simpliciter suę obligationi de specialiter confitendo pœnitens satisfecit, vt dictum est. Adde ꝙ ex suppositione potest quis cogi per superiorem vt iterum cõfiteatur, etiam si in speciali ritè confessus & absolutus sit: vt latiùs de hoc Adria. de confessione. quæst. 5. & Medina itidem de confessione. quæst. 36. de iteratione confessionis agit.

Resp. ad dubium. ¶Igitur ad dubium suprà positum respondeo, ꝙ salubriter fit absolutio sacramentalis à peccatis super eum qui in articulo mortis signa contritionis ostendit, etiam si nullo alio modo tunc confiteatur: quia iam non potest loquela aut etiam vsu rationis ante mortem priuatus. Et ratio patet ex suprà dictis. Tum primò, quia super peccata tali modo per signa saltẽ generaliter confessa scd'm cõmunẽ opinionẽ absolutio sacramẽtalis & potest & fieri debet. Tum secũdò, quia etiã illo dato ꝙ. s. non potest nisi super cõfessa quò ad culpã mortaliũ: at verò quò ad pœnã & remissionem venialium secundum Scotum & sequaces potest cadere absolutio talis etiam nulla contritione aut displicentia de eis habita, dummodò actualiter non placeant, etiam si specialiter nullo modo

sint

sint confessa, sed solùm generaliter. Imò & secundum communiter doctores generalis tantùm confessio sufficit ad remissionẽ culpæ eorum cum aliquali displicentia. Tum tertiò quia quò ad remissionem pœnarum tantùm sicut potest fieri Indulgentia sine vlla confessione præmissa (vt suprà. q. 24. habetur) quando id Papa non requirit, ergo si talis sacerdos id intendens. s. absoluere quantum & quomodo potest vel à culpis vel à pœnis, aut per viã sacramenti aut per viam Indulgentiæ dicit, absoluo te à peccatis, benè agit intendens ꝙ valeat quod valere potest. Peccata enim dicuntur etiam pœnę debitę pro peccatis, vt suprà. q. 6. habetur. Et hoc etiam habet locum quò ad defunctos, licèt eis Indulgentiæ non valeãt per viam absolutionis iudiciariæ, sed per modum suffragij, vt suprà q. 13. habetur: quia si sacerdos dicens absoluo te à peccatis intendat, vt dictum est, defuncto illi concedere Indulgentiam quò ad remissionem pœnarum quantum & quomodo potest secundum Dei iudicium & voluntatem, qui non alligatur verbis, benè agit: maximè quia & in hoc sunt etiam opiniões, fiat quod fieri potest, valeat quod valere potest apud Deum & Ecclesiam. ¶ Si ad suprà dicta dicatur ꝙ periculosum est expectare vsque ad talem articulum quo quis laborat in extremis ad concedendum illi Indulgentiam, vt dictum est, ex quo posset mors tam repentè irruere ꝙ non esset locus cõcedendi Indulgentiam illã, respõdeo. Verum est ꝙ potest occurrere tale periculũ, ideò quãdo probabiliter immineret aut timeretur, vtiliùs esset citò concedere Indulgentiam, & omnia alia requisita agere discretè & diligenter. Quando verò tale periculum non timetur, tunc dictum est esse vtile expectare, sed cum diligentia semper & solicitudine seu adsit sacerdos paratus, vt secundum tenorem bullæ concedat ei Indulgẽtiam ple. & faciat alia requisita ante quàm expiret infirmus. Ad quod expedit ꝙ infirmus sui compos eligat aliquem sacerdotem, qui eum si fortè fuerit priuatus loquela aut vsu rationis, absoluat & concedat Indulgentiam secundum tenorem indulti, & semper reseruet aliquam bullam seu Indulgentiam pro articulo mortis, virtute cuius absoluatur, & ei Indulgentia concedatur, vt dictũ est hic & suprà. q. 32. 35. q. 24. ¶ Sed omnia hæc pericula cessant quando Papa ipse concedit pro tali articulo mortis Indulgentiam pro tali opere pio, non imponendo nec cõmittendo alicui ꝙ eam concedat, sed ipse ex nunc pro tunc eam con-

cedit, id quod rarò concedit. Vel quando concedit ꝙ si contigerit mori sine confessione, dummodò ante mortem in eo apparuerint signa contritionis: vel si subitò obierit, ꝙ habens talem bullam lucretur talem Indulgentiam plen. vt continetur in bulla contra Africam: seu ꝙ si non potuerit eligere confessorem, vel si oblitus fuerit eligere, vt continetur in priuilegijs mendicãtium, ꝙ tunc moriens in statu gratiæ consequatur Indulgentiam plen. Seu si dixerit ꝙ qui in statu gratiæ obierit in habitu fratrum Minorum, vt concessit Leo. 10. & alij Pontifices, vt habetur in compendio priuilegiorum mendicantium, consequatur Indulgentiã plenariam: quæ gratia est vberrima nil requirens neque periculũ habens ad lucrandum talem Indulgentiam, sed ꝙ in statu gratiæ moriatur in habitu prædicto saltem posito super se, vt habetur in forma indulti. ¶ Nota tamen ꝙ si quis ex notabili negligẽtia expectaret mori sine confessione aut sine electione confessoris, indignus esset lucrari Indulgentiam præfatam concessam cũ hac conditione, si contigerit mori sine confessione aut si non potuerit eligere confessorem &c. & fortè talem Indulgentiam ideò nõ lucraretur: quia bulla solùm id concessit quando à casu sic obijt sine confessione aut sine electione confessoris ex obliuione aut impotentia, non autem quando ex electione, aut ex notabili negligentia talem casum & impossibilitatem incurrit, vt patet ex ipso bullæ tenore & ex concedentis intentione. ¶ Secundum dictum est. Quando infirmus in articulo mortis perdidit iã loquelam simul & vsum rationis, si antè petierat sacramentum confessionis & alia sacramenta seu confessorem, seu si ostenderat signa contritionis seu Christiani, seu si saltem non est talis conditionis ꝙ viuebat in mortali peccato notoriè, tunc sacerdos adueniens pręmissa confessione generali à circũstantibus pro eo, qui, vt supponitur, nullo modo nec per signa potest confiteri, & sic dicẽdo Misereatur tui &c. absoluat eum à censuris, si quibus ligatus tenetur, & etiam dicat absoluo te à peccatis, valeat quod valere potest, vt suprà dictum est, & concedat ei Indulgentias quas concedere potest secundum bullas, quas habet, vt suprà habetur. Potest etiam & debet illi ministrari Sacramentum Eucharistiæ & extremæ vnctionis post absolutionẽ præfatã si creditur ꝙ sine periculo euomendi recipiet Eucharistiã, aliàs non. Quòd si talis priuatus loquela simul & vsu rationis erat talis conditionis, qui secundum

Secundũ dictum.

dũ suũ modũ viuendi aut secundũ statũ in quo perdidit loquelã & vsum rationis, aut in quo morte preoccupatus est, erat in mortali peccato notoriè nõ factis signis cõtritiõis aut Christiani, tũc præsumit Ecclesia in malo statu permanere & decedere: ideo tũc nõ est remediũ hominũ sed cõmẽdetur Deo, qui potest suscitare mortuos, & ei etiã tũc gratiã cõtritionis pstare: ideo nulla absolutio ei debet impẽdi: sed neq; debẽt sui ꝓpinqui & amici omittere missas & alia suffragia pro eo post mortẽ facere celebrari & Indulgẽtias pro eo accipere ac si in bono statu decessisset. ¶Quã do aũt infirmus perdidit quidem loquelã non tamẽ vsum rationis, tunc si potest saltẽ per signa cõfiteri aliqua peccata, cõfiteatur & absoluatur, vt dictũ est, etiã à peccatis. Quòd si nõ potest confiteri vllo modo, procuretur ꝙ signa cõtritionis aut Christiani faciat & ostẽdat, & fiat cũ eo vt dictũ est. Quòd si iste (de quo loquimur priuatus lingua sed non vsu rationis) sit talis conditionis ꝙ viuebat in mortali notoriè, saltẽ quãdo articulus mortis ipsum præoccupauit, & nulla signa cõtritionis aut Christiani ostendit, tunc persuadeatur ad id quantum possibile fuerit, vt moriatur vt Christianus in statu salutis, quęrendo ab eo si vult sacramenta & alia eiusmodi, vt infra in. 3 puncto habetur, & secundũ quod ipse fecerit & se disposuerit, sic fiat cũ eo, vt oportet ad salutẽ. Qui si tandem nullo modo vult mori vt Christianus, relinquatur soli Deo, vt dictum est, de moriente in mortali sine signis contritionis: quia multò peiùs præsumitur de isto vt patet. ¶Tertiũ dictũ sit ꝙ propter defectus multiplices suprà dictos & alios vndecunque prouenientes & impediẽtes ne quis in articulo mortis lucretur Indulgentiã plen. sibi cõcessam, vtile & expediẽs consiliũ est ꝙ infirmus antequã priuetur facultate loquelę & vsus rationis procuret lucrari omnes Indulgentias, quas quomodocũq; potuerit, recitãdo vel alio modo. Insuper ꝙ ipsemet præcipiat in testamẽto aut aliàs aut roget aliquos de quibus magis confidat ꝙ pro eo accipiãt bullas aut lucrentur Indulgẽtias pro defunctis, statim vt ipse expirauerit, & ad hoc relinquat aliqua sua bona signata si habet: & pcipuè hoc cõmẽdet religiosis qui secundũ sua priuilegia possũt defunctis multas Indulgẽtias applicare, & ipsi solẽt in hoc esse diligẽtiores. Nam si ipse infirmus id mandet seu roget, plus ei valebit q̃ si alius proprio motu pro eo iã defuncto id faceret cęteris paribus tam quò ad prẽmium essentiale q̃ quò ad accidentale

Tertium dictum.

tale

tale & satisfactionem pœnarum: maximè si quando id præcepit aut rogauit fieri pro se talia suffragia erat in statu gratiæ, aut quá-do id ratificauit, q̃uis quò ad fructum satisfactionis inde prouen-turum ex opere tantùm operato ipsorum suffragiorum Indulgē-tiarum seu sacrificiorum æqualiter habebit à quocunque & per quemcunque fiant & mandentur cęteris paribus, vt de hoc latiùs Gabriel in canon. lect. 57. litera E. & litera V. X. & lect. 58. per

Punct. 3. totum. ¶ Tertium punctū est. Pro instructione infirmi & circū-stantium quomodo se debeant habere, vt infirmus moriatur in statu salutis & vt Christianus; dico quatuor secundum Gerson in tripartito seu tractatu de arte moriendi, alpha. 32. G. &c. Primū

Primum dictum. dictum est ꝙ infirmus admoneatur ꝙ recognoscat se esse subdi-tum morti necessariò & Dei voluntati quodq; cum hac lege ipse cum alijs omnibus hominibus in mundum hunc peregrinus ad-uenit: vt. s. per viam vitæ huius rectè ambulantes in Dei seruitio tandem in fine vitæ huius in nostram patriam intremus ad quie-tem & præmium ęternum: quodq; propter hoc mortem quę via est imò & ianua communis omniū etiam Christi & sanctorum ad gloriam, acceptet libenter ex iussu Dei: aliàs ad pœnam æter-nam velit nolit eam patietur. ¶ Item secūdò ꝙ recognoscat Dei beneficia præstita in tota vita, & quasi sibi mutuò accommoda-ta præsertim ꝙ nunc hora mortis dedit Deus cognitionem verá & non morte subita cū multis alijs periculosè præoccupatus est, & ꝙ ideò libenter & fideliter est restituendū Deo repetenti cor-pus & anima & omne aliud bonum temporale suum, quod huc-usque concessit ad vsum iucundum vitæ & ad merendum lucrá-dumq; diuitias & regnum gloriæ, & propter hoc ei insuper gra-

Iob. tias agat pro vsu talium concesso dicens cum Iob. 1. cap. Domi-nus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum: & pro vsu hucusq; cōcesso, & in eius misericordia præcipuè sperā-do & liberalitate petat humiliter veniā de peccatis & abusu suo-rū donorū in vita contrà Dominum benefactorem commissis. ¶ Item recogitet tertiò infirmus se multum in vita peccasse, vn-de potius pœnam meretur: quodq; ideò nunc in recompensam & satisfactionē peccatorum æquo animo ferat etiam mortem à Deo illatā aut permissam & eā acceptet offeratq; Deo in prædi-ctā satisfactionē, oretq; vt eam Deus misericorditer sic acceptet: sicque recompensabit pœnas purgatorij & faciet de necessitate

vir;

virtutem meritum & remedium peccatorum, & econtrà si inuitus & impatienter, aut si nil horum faciendo necessariò vt bestia sine fructu moriatur. ¶Item quartò recogitet ꝙ post hanc horã mortis nunquam habebit remedij opportunitatem neq; pœnitẽtiæ, quòd ideò nunc cogitet de salute animæ suæ nil solicitans de alijs temporalibus non necessarijs ad animæ salutem, quæ statim ab eo peribũt in æternum, velit nolit, ac si ea nũquam habuisset: & ideo de illis etiam de filijs nil curet sed ea omnia commendet committatque Deo & alijs quibus secundum legem Dei cõuenit de illis curare: nam Deo est maior cura de omnibus omni tẽpore: & ipse Deus erit solicitus de eis multo meliùs, si homo de Dei honore & voluntate solicitus ipsius Dei curæ fideliter & cõfidenter sua committat. Curet ergo salutem animæ suæ, vt Deus vult & in hoc rem suam & filiorum & domus suæ meliùs aget Deo placens: rogetq; astantes vt orent pro eo: faciatq; opportunè testamẽtum suum, vt oportet, disponendo, si potest, & habet vnde disponat: aut si non potest committat hoc alteri cui ipse cõfidit. ¶Secundum dictum est, ꝙ admoneatur infirmus vt cõfirmetur in fide gaudens ꝙ Christianus est: & confiteatur ibi fidẽ Christi & articulos & sacramenta &c. Secundò petat à Deo verè ex corde veniam peccatorum: habeatq; verum propositum emẽdæ suæ vitæ si vixerit: rogans Deum pro gratia ad hoc faciendũ & debitè nunc de peccatis conterendum. ¶Tertiò videat si habeat conscientiam de aliquo peccato mortali non confesso, optet & petat à Deo illuminari vt habeat notitiam mortalium, si qua habet, vt debitè doleat, confiteatur, & satisfaciat. Optet etiã seu velit efficaciter ablata vel detenta iniustè statim restitui si potest vt tenetur secundum valorem facultatum suarum, etiam vsq; ad omnium suorum bonorum cessionem & renũtiationem, vbi aliàs debita satisfactio fieri non valeret, vt oportet. cogitãs ꝙ per mortem ipsam ipso facto est statim ipse necessariò sine fructu illã facturus nisi nũc viuens eam liberè faciat vt tenetur, & vt potest, efficaciter disponendo ꝙ fiat tunc si sine maiori detrimento potest fieri aut statim post mortem per hæredes efficaciter fiat. Secundũ dictum.

¶Quartò indulgeat etiam ex corde & opere efficaciter omnibus iniuriantibus propter Deum à quo ipse tunc maiorem misericordiam & Indulgentiam sperat: & similiter petat ab omnibus sibi remitti. ¶Tertium dictum, ꝙ ipse infirmus commendet se Deo Tertium dictum.

Deo in tali articulo mortis in cuius manu.s.solius Dei est, ad quẽ tunc vadit ad iudicium. ¶Secũdò petat ab eo paradisum in meritis Christi vt liberetur ab inferno & à diabolo, dicens corde & ore illud Psal.30. In te Domine speraui, scilicet non in me neque in meis meritis & virtute, sed in tua misericordia & virtute, qui sperantes in te adiuuas: ideò in virtute & iustitia tua libera me, id est in tuis meritis quę pro me & mihi iustè meruisti homo factus, da michi nunc ea mihi & ius eorum, vt per fidem & charitatem tanquam membrum tuum nunc tibi vnitum faciam ea esse mea & tanquam mea nunc ea in iudicio Deo patri & tibi iudici & fratri meo exhibeam: vt virtute eorum iudicatus exeam præmiatus ad gloriam. Et in hoc articulo maximè instetur ab eo & circunstantibus, vt scilicet habeat fiduciam misericordiæ Dei in meritis Christi allegando rationes & auctoritates scripturæ & sanctorum ad id opportunas sine vlla disputatione. ¶Tertiò petat etiã auxilium beatæ Mariæ & angeli custodis & sanctorũ quibus deuotus est: à quibus omnibus vt ab amicis spiritualibus & fidelib' quos viuẽs coluit, postulet auxilium in necessitate hac, ipsis se humiliter & fiducialiter commendans. ¶Quartum dictum est ꝙ

Postremũ dictum.

si patiens nondum Eucharistiam aut extremã vnctionem suscepit, interrogetur an ad eadem sacramenta sit paratus suscipienda, & ad id valde suadeatur, vt velit efficaciter & debitè fiãt circa eũ. Si etiã vltra ea quæ suprà in secundo puncto principali dicta sunt verisimiliter appareat infirmum nõ esse satis sufficienter paratũ: apponatur remedium, vt meliùs fieri potest vel per cõfessionem & per alia sacramenta, vel eidem manifestãdo periculum in quo est & quod incurrit si non faciat suprà dicta sufficiẽter ad animæ salutem. Et attendatur an sit excõmunicatus & summittat se Ecclesiæ omnino vt absoluatur vt oportet, & videantur bullę quas habet vt secundum eas opportunè absoluatur, & ei Indulgentia cõcedatur, vt suprà in secundo puncto habetur. ¶Secundò si infirmus non laborat morte festina sed spatiosa, legãtur interim coram eo aliqua deuota, ad quæ ipse magis afficitur: vt sic recordetur sui & eorum ad quæ tenetur & eleuetur cor eius ad Deum.

¶Tertiò non detur tali infirmo nimia spes vitæ, sed potiùs (vt suprà dictum est in primo dicto huius tertij puncti principalis admoneatur sępe: quia per talem falsam spem potest homo facilè perire sine debito remedio: ideo instanter moneatur vt per contri-

tritionem & confessionem & alia sacramenta procuret animę salutem, & etiã corporis si Deo placuerit & expedierit: sicq; quietetur & securior erit. ¶ Quartò. Nullo modo, si fieri potest, amici carnales, vxor, filij, vel diuitiæ aut alia negotia ad eius memoriam reducantur: nisi quantum requiritur ad salutem morientis & dum aliàs conuenienter hoc non potest omitti, vt est restitutio vel aliud in testamento seu aliàs necessariò faciendum ad consensum & præsentiam illorum requisitam & huius modi. ¶ Quòd si breuitas mortis hæc omnia prædicta fieri non sinit, fiãt ea quæ magis necessaria & expediẽtia seu accommoda sunt ad salutem, vt per totam hanc quæstionem habetur.

Quæstio trigesima septima.

Vtrùm dare operam Indulgentijs acquirendis sit bonum & meritorium consonumque viris perfectis: & vtrùm Indulgentiæ sint vtiliores alijs suffragijs. Ques. 37

RESpõdeo per duas propositiones, quarum prima est. ¶ Dare operam Indulgentijs est nõ solùm moraliter bonũ & fructuosum, sed & meritoriũ & consonum viris perfectis. Probatur ꝙ sit moraliter bonum. Quia cũ iste actus lucrandi Indulgentias, qui nil aliud est q̃ satisfacere per aliũ (cũ fructus Indulgentiæ proprius sit de thesauro Ecclesiæ satisfacere pro peccatis vt suprà q.3. habetur) non sit ex suo genere malus, vt patet: quia nullá deformitatẽ importat: neq; habet imperfectionẽ moralẽ annexã, quia cũ feruenti charitate & prõptissima volũtate satisfaciẽdi per se vt tenetur hic vel in purgatorio, stat ꝙ tali modo. s. per Christi & sanctorũ pœnas velit fideliter satisfacere, & nihilominùs alijs operibus sanctis eò magis intẽdere quò liberior fit à pœna debita & quò gratior ꝓpter hoc esse debet, ergo patet ꝙ nõ habet rationẽ mali, sed potiùs boni moralis ex genere: quia est appetitu recto appetibilis talis actus, vtpote ablatiuus impedimẽtorũ ad gloriã. Propo. 1.

Nam

Nam pœnæ debitæ peccatis impediunt ingressum ad gloriam quousq; soluantur, satisfaciendo aut satispatiendo hic vel in purgatorio, ergo. ¶ Quòd etiam lucrari Indulgentias sit meritoriũ & fructuosum patet si ex charitate propter Deum fiat vt alij act' boni. ¶ Quòd etiã sit consonũ viris perfectis in statu perfectionis existentibus patet. Quia continuè suspirantibus ad gloriã cupientibusq; dissolui & esse cum Christo consonant omnia recta acceleratiua gloriæ cœlestis. Indulgentia autem ex quo est satisfactio aut habet vim satisfactionis iam per consequens aufert impedimentum pœnarum, & est acceleratiua gloriæ, ergo. Et confirmatur hoc. Quia omnibus quantumcunque perfectis conuenit dicere quotidie, Dimitte nobis debita nostra &c. in quorum numero constat esse debitum pœnę pro peccatis. Quod autem cõsonat petere, consonat & quęrere modo aliàs licito, qualis est Indulgẽtiæ modus, ergo. Non tamen propter Indulgentias cessandum est ab alijs bonis operibus & satisfactorijs: vt patet: quia id meliùs & tutiùs est si vtroque modo quàm si vno tantùm modo

Argu. 1. homo curet Deo satisfacere. ¶ Contra prædicta duo vltima arguitur tripliciter. Primò quia satisfacere de se non est mereri, neque est actus meritorius: vt patet de existentibus in purgatorio & etiam in inferno secundum Scotum, qui saltem de venialibus & mortalibus iam quò ad culpam in vita remissis satisfaciunt, non tamen merẽtur. Patet etiam in via de existentibus in mortali peccato satisfacientibus pro iam remissis: patet etiã quia soluere debitum non est mereri. Nunc autem lucrari Indulgẽtiam nil aliud est quàm procurare satisfactionem aut satisfacere seu soluere de alieno, vt patet suprà q 1. &. 3 ergo. ¶ Item secundò arguitur ꝓ-

Argu. 2. bando ꝙ & si sit meritorium, non tamen est consonum viris perfectis. Quia Indulgentiæ sunt relaxatiões pœnarum debitarum: perfectorum autem est pœnas potiùs amplecti, nõ fugere: ex quo tales debent sentire Crucem Christi & ei compari velle, vt legi-

Argu. 3. tur de beato Andrea, Laurentio &c. ergo. ¶ Tertiò arguitur ad idem. Quia secundum communiter doct. habens Indulgentias meliùs facit si per seipsum adimplet pœnitentiam debitam, quã si propter Indulgentias illam omittat. Perfectorum autem est æmulari charismata meliora, ergo imperfectorum est Indulgẽtijs

Respõsio ad. 1. arg. incumbere. ¶ Respondeo secundum Caietan. in 2. quodlibeto. q. 2. de Indulgentijs, ad primum concessa maiore, distinguo minorem.

norem. Nam lucrari Indulgentias, id est, recipere fructum earũ (quod est satisfacere de alieno, & per consequens liberari à debito) conceditur ꝙ vt tale non est meritorium: & sic ad hunc sensum conceditur consequentia. Sed lucrari Indulgentias, id est facere opus pium pro lucranda Indulgentia & eius fructu satisfactorio habendo, benè est meritorium non solùm ex genere operis putà subuenire Ecclesiæ aut orare & huiusmodi, sed etiam ex intentione facientis ꝙ scilicet mouetur ex charitate ad hoc vt gloriæ impedimenta tollantur, vt dictum est. & in hoc sensu procedit propositio in quo & negatur prædicta minor & consequentia. ¶ Patet enim ex his ꝙ Indulgentiæ non sunt meritorię, formaliter loquẽdo, id est quatenus satisfactiones seu solutiones pœnarum sunt habentes scilicet vim satisfactoriam. Lucrari autem Indulgentias seu dare operam eis acquirendis, id est facere bona opera pia ex charitate ad honorem Dei & vtilitatem Ecclesiæ pro eis acquirendis benè est meritorium, sicut & omne aliud opus bonum eiusdem conditionis factum non pro lucrandis Indulgentijs. Neque enim ex hoc ꝙ opus fit ad satisfaciendum seu ex hoc ꝙ est satisfactorium desinit esse meritorium, vt patet secundum communiter doctores. ¶ Imò cæteris paribus melius est opus factum pro lucranda Indulgentia, quàm si non fieret pro ea lucranda. Patet. Quia vltra suam bonitatem prædictam contrahit bonitatem maiorem ex illo fine bono & pio scilicet ad satisfaciendum Deo pro peccatis: insuper est fructuosius tale opus ad satisfaciendum per viam Indulgentiæ, & sic quo ad hoc est priuilegiatum ex opere operato seu virtute Indulgentiarum. Igitur ex vtraq; prædicta parte est simpliciter melius cæteris paribus: quod dico dummodo procedat ex æquali conatu fide, charitate, & æqualiter continuatum & cum æqualibus circunstantijs alijs: nam propter alicuius horum excessum aut defectum potest esse magis vel minus bonum. Et sic expressè dicit Gerson. secunda parte Sum. tracta. de Indulgentijs. cõside 12. Alphab. 34. A quòd fructuosior & acceptabilior Deo & hominibus est operatio bona talibus Indulgentijs innitens q̃ altera similis non innitens cæteris paribus, & concor. Tho in. 4. dist. 20. & Angest in morali. ca 8. *Gerson.*

¶ Ad secundum respondeo cõcedendo minorẽ ad hunc sensum ꝙ perfectorum est amplecti pœnas promotiuas sui vel aliorum ad meritũ seu ad gloriam. Negatur aũt ad hunc sensum ꝙ perfectorum *Respõsio ad. 2. ar.*

ctorum sit amplecti seu iterare pœnas ex propria culpa impediti-
uas gloriæ, quales sunt pœnæ Deo debitæ pro peccatis quæ per
Indulgentias soluuntur: sed potius eorum est quã citiùs possunt
se licitè ab eis liberare, vt expediti semper & parati intrare ad nup
Respō tias gloriæ inueniantur. ¶ Ad tertium respondeo negando con
ad 3 arg. sequentiam. Nam licèt sit melius satisfacere per duas vias. s. per
viam Indulgentiæ, & per viam propriæ satisfactionis simul, quã
per vnam tantũ viam Indulgẽtię: & melius per se quàm per aliũ,
ex quo per alium fit sola satisfactio: per se autẽ aut per opus pro-
prium non solùm satisfactio sed & bonitas operantis & medici-
na & meritum essentiale & accidentale acquiritur, vt suprà. q. 3.
in notabili habetur. Cum hoc tamen stat ꝙ perfecti æmulando
charismata meliora sectentur etiam Indulgentias, vt expeditio-
Propo. 2. res sint ad nuptias gloriæ, vt dictum est. ¶ Propositio secunda.
Indulgentiæ sunt vtiliores quàm alia suffragia & opera ad cele-
riorem pœnarum liberationem. ¶ Probatur. Quia ex quo va-
lent quantum sonant, ergo si quis verè consequitur Indulgẽtiam
plen. statim liberatur à toto debito, hoc aũt non fit tam celeriter
per alia suffragia aut sacrificia in quibus non datur remissio pec-
catorum quò ad pœnam tã plenariè sed ad proportionem ope-
ris operati & operantis: neq; tam citò possunt alia opera fieri, q̃
citò potest quis lucrari Indulgentiam plen. faciendo quod ad eã
lucrandum requiritur vt patet, ergo. ¶ Et in hoc concordãt Ger
son in tractatu de absolutione sacramentali Alpha. 33. K & tract.
de Indulgentijs. secundum etiã Augusti. de Anchona & Florent.
3. parte Sum. titu. 22. ca. 5. §. 7. & communiter doct. & præcipuè
Alexand. Hall. 4. par. Sum. q. 42. artic. vltimo. & Bonauent. in. 4.
dist. 20. q. 5. vbi dicunt ꝙ Indulgentiæ sunt de nobilissimis & ef-
i. ficacissimis suffragijs Ecclesiæ: & b. Tho. in. 4. dist. 20. dicit ꝙ In
dulgentiæ sunt vtilissimæ ad celerem liberationem animarũ pur
l. gatorij: & idem dicit Gabriel in cano. lect. 57. litera. R. addens ꝙ
non est certior modus ad citiùs liberandum animas purgatorij;
q̃uis alia opera & suffragia sint vtiliora quò ad præmium essentia
le & accidentale & quò ad alia bona & quò ad alios effectus.
1. ¶ Dubitatur primò. Si tam preciosę & vtiles sunt Indulgentiæ
& dare operam ipsis, quare ergo Ecclesia tanto tempore distulit
earum vsum & concessionem tam pro viuis quàm pro defun-
ctis? ¶ Item secũdò. Quare communiter à doctoribus suadetur
2 tan-

tanquàm melius quòd detur opera bonis alijs operibus satisfa-
ctorijs? ¶Item tertiò. Quare post vnam Indulgentiam plena- *Dubiũ. 3*
riam acquiruntur aliæ toties, fiuntq́ue alia suffragia & Missæ id-
q́ue fieri suadetur pro viuis & pro defunctis? ¶Item quartò. *Dubiũ. 4*
Vtrùm peccet is qui pauperi occurrenti & petenti negat eleemo
synam reseruans eam pro lucranda Indulgentia? ¶Respondeo *Respõsio*
ad primum, vt suprà, quæst. quinta, in responsione ad septimum *ad dub. 1.*
argumentum habetur. ¶Ad secundum respondeo quòd opera- *Respõsio*
tio propria valet ad multos effectus ad quos non valet aliena: & *ad. 2.*
quia melior est duplex via quàm vnica tantùm vt dictum est in
responsione ad tertium argumentum contra primam propo-
sitionem, & quia per talia alia bona opera homo magis dignifi-
catur vt ei Indulgẽtiæ magis valeant in purgatorio vt supra quęs
tion. quarta decima habetur. ¶Ad tertium respondeo vt suprè
quæst. quarta decima per totum præcipuè in dubio tertio, & in *Respõsio*
eius argumentis habetur ibi videatur. ¶Ad quartum respondeo *ad. 3.*
quòd sic in casu quò erat illi pauperi danda eeleemosyna de *Respõsio*
præcepto, vtpote si erat in extrema necessitate vel quasi: vel etiam *ad dub. 4*
secundum Thomam & alios si erat in magna valde necessitate &
ipse erat diues valde abundans. Ratio, quia non sunt faciẽda ma
la vt veniant bona. ad Roman. 3. neque præcepta sunt omitten- *Paulus.*
da pro supererogatorijs, ergo. Si autem pauper non est in tali ca
su quo alius teneatur ei facere eleemosynam, tunc non peccat ei
non dando & reseruando pro Indulgentia. Patet. Quia ex suppo
sitione non peccat non dando ex quo ei non tenetur dare, etiam
si pro Indulgentia non reseruet, ergo. ¶Quòd si contra hoc ar-
guatur, quia videtur inordinatum & illicitum post ponere maius
bonũ eleemosynę minori bono. s. lucrationi Indulgentiarũ, res-
põdeo, q̄ nõ est illicitũ postponere maius bonũ minori bono qñ
quis nõ obligatur ad illud maius bonũ: dũmodo nõ p̄æstimetur
illud minus bonũ tanq̃ dignius & aliud melius ęstimetur indig-
nius eo: tũc em̃ fieret p̄uersio iudicij & iniuria Deo eiusq; cõsilijs,
vt ait Gerson in regulis moralib⁹. Et probatur illud. Quia nõ ob-
ligatur quis ad sũmè bonũ actũ possibilẽ, alioqui nõ daretur gra
dus in actib⁹ bonis: & in oĩbus actib⁹ nõ sũmè bonis cõcurrẽti-
bus cũ sũmè bonis esset peccatũ aut defectus culpabilis, & nihil
esset de cõsilio & superogatiõe, sed totũ possibile & meli⁹ esset in
p̄cepto, quę oĩa sunt manifestè falsa, ergo, Hinc dicit Caiet. in. 2. *Caietan.*

quodlibeto.q.3. de Indulgentijs &in Ientaculis.Ienta.1.quæst 1.
ꝙ licèt melius faceret qui ſuas pecunias daret in eleemoſynam,
quàm ſi eas expenderet in officijs humanis & pompa funerali a-
liàs licita defunctorum ſecundum decentiam ſtatus, quæ omnia
ſunt potius ſolatia viuorum ſecundum Auguſt. non tamen pec-
cat expendẽdo eas in prædictis funeralibus: ex quo talis actus hu
manus exequiarum ſecundum ſtatum perſonæ & morem patriç
non eſt inordinatus, neque tunc tenetur illas pecunias pauperi-
bus erogare, vt ſupponitur. Et ad hoc facit Matthei 26. vbi Do-
Matth. minus Magdalenam defendit contra diſcipulos obijcientes illi
quòd precioſum vnguentum, quo multis pauperibus ſubueniri
potuiſſet, in vnum opus humanum expenderet, affirmans quòd
bonum opus operata eſt: vbi ex ſubiuncta ratione. ſ. pauperes em
ſemper habebitis vobiſcum, docuit Chriſtus quòd occurrenti-
bus duobus bonis altero continuo & altero pro inſtanti commo
ditate licitum eſt omiſſo tunc maiori bono ex ſuo genere ſed nõ
tunc neceſſario dare operam minori pro tunc occurrenti.

Quæſtio trigeſima octaua.

Quæſ.38 *Vtrùm & quomodo peccent prædicantes In-*
dulgentias indiſcretas & abſoluentes à cul-
pa & pœna, & quæſtores prædicantes In-
dulgẽtias ſub qua forma debeãt prædicare.

RESpondeo per tres propoſitio-
nes, quarum prima eſt. Religioſi prædicá-
Propo. 1. tes Indulgentias indiſcretas grauiter pec-
cant, non tamen incurrunt aliquam pœnã
ipſo facto. ¶Probatur. Quia in Clement.
Religioſi. de priuilegijs ſic habetur. Reli-
gioſis etiam in virtute ſanctæ obedientiæ
& ſub interminatione maledictionis æternæ diſtrictiùs inhibe-
mus ne in ſermonibus ſuis Eccleſiarum prælatis detrahant
au

aut etiam retrahant laicos ab Ecclesiarum suarum frequentia vel accessus seu Indulgentias pronuncient indiscretas. Si qui verò aliquid de præmissis attentare præsumpserint per duos menses subiaceant pœnis illis quæ secundum eorum regulam vel statuta pro grauibus criminibus seu culpis eis consueuerunt imponi: super quibus absq; manifesta necessitate cum eis nõ valeat dispensari. Hęc ibi. ¶ Vbi not. 1. ꝙ secundum Syluest. titu. Indul. q. vltima, Indulgentiæ dicuntur indiscretæ tripliciter. Vno modo quando non sunt concessæ de facto, vt ait Glossa. in dict. Clement. Alio modo quando concedi non potuerũt de Iure, vtpote quia cõcedens nõ habebat auctoritatem ad concedẽdum Indulgẽtias aut nõ in tanta quãtitate: vt si Episcopus excederet. 40. dies Indulgẽtiæ seu limitationẽ ca. Cum ex eo. de pœni. & remi. aut facultatem Papalem sibi concessam, vt ait hoc Paulus & concor. Cardi. in dict. Clem. Alio tertio modo dicũtur indiscretæ quando probari nõ possunt, vt ait Zenzeli. ar. de probati. ca. Quoniã. & ca. Post cessionẽ. & de fide instru. ca. 2. ¶ Sed an semper peccent mortaliter religiosi prædicãtes Indulgẽtias indiscretas quocunq; illorũ modorũ: dic ꝙ sic quãdo scienter verè vel interpretatiuè prædicant Indulgẽtias indiscretas primò aut secundo modo. i. Indulgentias non veras aut non validas. Et similiter quãdo indiscretas tertio modo quando probari non possunt, id est quæ non sunt probabiles aut verisimiles sed dubiæ: secùs si essent certè cõcessæ sed probari nequirent iudicialiter seu in foro exteriori. Hæc Syluest & Sum. Ang. vbi suprà. ¶ Item secundò nota ꝙ nomine prædicationis in proposito videtur posse intelligi prohibita omnis publica pronunciatio talium Indulgentiarum, ita quòd ad publicam notitiam talis pronunciatio Indulgentiarum perueniat. Ratio, quia textus Clemen. vbi suprà expresè prohibet, ne pronuncient Indulgentias indiscretas, & non dicit ne prædicent, sed ne pronuncient. Et quia finis prohibitionis pręfatæ militat vtrobique, ad rationem autem causæ finalis est lex intelligenda, vt refert Syluester. titul. Lex. quæst. sexta decima, & decima septima &c. secundum communiter doctores. Sed stando in rigore literæ videtur quòd solùm publica pronunciatio Indulgentiarum indiscretarum in sermonibus intelligitur prohibita per dictam Clement. quia de hoc solùm ibi agitur vt patet ex præcedentibus, nisi in fraudem fiat post

Glossa. Zenzeli.

sermonem aut loco sermonis prædicta Indulgentiarum pronun
ciatio: tūc enim is committit in legem, qui verba legis amplectēs
contra legis nititur voluntatem: & fraus & dolus non debet ali-
cui patrocinari. Ideo si sine prędicta fraude religiosi publicè pro-
nuncient prædictas Indulgentias alibi non in sermonibus aut p̄-
dicationibus Ecclesiasticis, non peccarent cōtra prædictā Cle.
peccarent tamen contra aliud ius, quia de se est illicitum id scien
ter agere. vt patet quia est decipere populum. ¶Item tertiò no-
ta secundum Syluest. & Sum. Ang. vbi suprà & concor. Cardin.
Zenzeli &c. doct. ꝙ solùm religiosi incurrunt peccatum contra
dictam Clem. quando prædictas Indulgentias indiscretas prædi
cant in suum fauorem ex talibus Indulgentijs prædicatis prouen
turum eisdem, vbicunq; & quibuscunq; concessas prædicent ta
les Indulgentias ad instantiam aut non instātiam aliorum: secùs
si non ad suum fauorem. Ratio, quia dicta Clem. prædicta om-
nia ibi contenta prohibet religiosis ne . s. intuitu sui fauoris fa-
ciant aut suorum conuentuum aut religionum directè vel indire
ctè, cum quo stat ꝙ etiam peccent mortaliter ea prædicādo & fa
uēdo non ad suum fauorem: quia ratione alterius iuris diuini vel
naturalis est illicitum talia taliter agere, vt dictum est.

Propo. 2. ¶Propositio secunda. Religiosi absoluentes aliquem à culpa
& pœna peccant mortaliter, & ipso facto incurrunt excommu-
nionem Papæ reseruatam. Probatur. Quia in dicta Clem. expres
sè id eis sic prohibetur. Vbi nota ꝙ absoluere à culpa & pœna nō
est idem quod concedere Indulgentiam plenariā, vt patet. Quia
concedere Indulgentiam plen. est solùm absoluere à pœna: culpa
autem non absoluitur per Indulgentiæ plenariæ concessionem,
sed p̄supponitur aliàs absoluta, vt patet ex suprà dictis. q. 6. Ab-
soluere ergo à culpa & pœna (quod hic p̄hibetur) est reddere ho
minem mundum ab omni culpa & sine debito alicuius pœnæ
quod est longè plus quàm Indulgentia plenaria, & ideo meritò
tales præsumptuosi excommunicantur si aliquem absoluerint. Et
ad hunc abusum accedunt prædicantes bullas, dicētes ꝙ per eas
& per Indulgentias plenarias reducuntur ad innocentiam bap-
tismalem quod videtur esse idem aut plus quàm absoluere à cul
pa & pœna, vt videtur stando in rigore: nam ad bonum sensum
fortè esset tolerandam, sicut ad bonum sensum toleratur quando
dicitur ꝙ conceditur Indulgentia plenaria à culpa & pœna, vt su

pra

prà.q.6.habetur. Quibus non obstãtibus stat ꝙ ex simplici absolutione sacerdotis excellenter contritus & confessus consequatur à Deo absolutionem à tota culpa & pœna. Cũ prædictis his expressè concordat Caieta. in Summula.titul. Excommun.cau. 64.& Zabarella & Zenzeli in dicta Clem. & Summa Angel. & Ro.titul.Excommu.excepto eo quod de innocentia baptismali dictum est. ¶Ex quo patet quòd absoluens solùm à pœna concedendo Indulgentiam plenariam alicui, qui sibi vel alteri confessus aut etiam non confessus est, non incidit hanc excommunionem, licèt aliàs malè faciat si ad id non habet auctoritatem aliàs, vt benè dicunt communiter doctores, vbi suprà. Licèt Syluester titul.excommunica.7.quæst.4.dub.13.dicat quòd incidit excõmunionem, sicut si à culpa & pœna absolueret, si non habet auctoritatem concedendi talem Indulgentiam plenariam. Sed certè eius motiua non concludunt pro eo contra communiter doctores. Aliud est enim concedere Indulgentiam plenariam, aliud absoluere à culpa & pœna, vt patet ex dictis: & Papa solùm excõmunicat absoluentes à culpa & pœna simul quasi virtute Indulgẽtiæ aut alterius indulti, vt tollatur occasio erroris qui ex talibus verbis & modo loquendi suboriri potest. Ideò si religiosus confessor habens auctoritatem concedendi suo pœnitenti Indulgentiam plenariam post confessionem & remissionem culparum dicat absoluo te à culpa & pœna, certè incurreret præfactá excommunionem, quam non incurreret dicendo concedo tibi Indulgentiam plenariam propter prædicta: licèt Syluester oppositum dicat quo ad vtrunque. ¶Et nota quòd nunquã incurritur præfata excommunicatio, nisi quis scienter sic præsumeret à culpa & pœna absoluere: non autem si ignoranter putans simplici animo vtrumque esse idem: & ideò multi excusantur: quia sic textus expressè sonat solùm contra præsumptuosè id facientes.

¶Tertia propositio. Omnes quæstores bullarum prædicantes eas Indulgentias debent sub certa forma prædicare per ius taxata. Patet. Quia in cap. Cum ex.eo. de pœniten.& remissio. Similiter in Clem. Abusionibus.eo titu. datur & præcipitur certa forma talia prædicandi, & examinandi tales quæstuarios & prædicatores bullarum & Indulgentiarum. Ibi videatur, quia Ius commune est ab omnibus obseruandum, quod quia clarum & prolixum est omittitur. ¶Sed ad prædicta omnia dubitatur. vtrùm

3. Propo.

Dubium.

sæculares virtute bullarum Cruciatæ aut fabricæ aut huiusmodi lucrentur Indulgentias plenarias vrbis Romæ. ¶Respondeo, quòd si in ipsis bullis hoc contineatur sufficienter esse sic de mente Papæ non est dubium, tunc enim benè possent lucrari. Sed vtrùm de facto hoc in eis contineatur, dicunt multi in huiusmodi satis instructi quòd non: & per consequens quòd virtute earum non possunt lucrari tales Indulgentias plenarias vrbis Romæ. Tum primò, quia in ipsis bullis originalibus nulla penitùs mentio fit de talibus Indulgentijs plenarijs, sed solùm de stationibus aut de Indulgentijs absolutè non exprimendo de plenarijs, id quod necessariò requirebatur ad hoc vt eas promereri possent. Sic enim habetur in quadam regula cancellariæ Apostolicæ, & sic etiam habet stilus curiæ Romanæ, cui in hoc est standum nisi specialiter derogetur secundum communiter doctores. Tum secundò, quia secundum communem regulam iuristarum præcipuā & validam in hac materia, bulla Papæ non plus valet quam sonat, vt suprà quæstione decima nona, & est stricti iuris quò ad hoc, scilicet quòd secundum limitationem & clausulam iuris communiter consuetam est interpretanda Indulgentia, vt suprà quæstione septima in responsione ad primum & secundum argumentum. Nūc autem regula cancellariæ prædicta & stilus curiæ nunc conituet habet ꝙ nisi exprimatur Indulgentia plen. solùm intelligitur de non plenarijs & de Indulgentijs stationum Romę, vt dictum est ergo. Tum tertiò, quia in prædictis bullis cōceditur expressè Indulgentia plenaria solùm pro semel in vita & in articulo mortis. Frustra autem de his duabus Indulgentijs plenarijs solùm fieret mentio si verum esset quòd Papa concederet tot & toties Indulgentias plenarias, sicut in Summario impresso continentur, & sicut prædicatur. Tum quartò, quia vt notum est apud curiales & scientes aliquid de rebus & practica curiæ Romanæ, non potest ibidem obtineri vna Indulgentia plenaria pro vna Ecclesia siue capella extra vrbem Romam, nisi pro multis centenarijs ducatorum & huiusmodi. Non est ergo verisimile aut etiam rationi consonum, neque causa sufficiens quòd pro duobus argenteis concederetur tanta multitudo Indulgentiarum plenariarum toties quoties vt habetur in prædicto Summario impresso, & vt prædicatur, ergo. Et nota, quòd quando dico Indulgentiam conce-

cedi pro ducatis, ly pro non dicit precium, sed causam piam aut motiuam ad concedendum Indulgentiam, si concedens talem Indulgentiam saluand⁹ est, vt suprà quæstione decima octaua in responsione ad argumentum contra primam propositionem habetur. Quòd si contra prædicta hæc arguatur quòd in Summario impresso quod prædicatur & datur accipientibus huiusmodi bullas, continentur multæ Indulgentiæ plenariæ vrbis Romæ, & sic prædicatur quòd omnes accipientes illas bullas possunt illas Indulgentias lucrari, respondeo: dicit collector compendij priuilegiorum ordinum mendicantium, titulo Indulgentiæ stationum quò ad fratres post § 19. fo. 81. & speculum fratrum Minorum. ffo. vnde hoc ipse desumpsit quòd non est multum curandum de istis Summarijs, ex quo non continentur in bullis originalibus, neque inde possunt talia Summaria deduci in veritate: sed ea componuntur sic à commissarijs seu quæstoribus bullarum ex inaduertentia seu ignorantia seu fortè aliquando lucri causa aut alia ratione, de qua nunc non curo: sufficit enim proposito quòd non extrahuntur ad veritatem à bullis originalibus quò ad hoc: ideò talibus Summarijs non est magna fides adhibenda sed originalibus. Quod etiam patet. Quia in ipsis Summarijs etiam continentur sæpe multa alia, quę indigent limitatione & declaratione, vt à falsitate liberentur: multa etiam alia manifestè falsa sine vlla excusatione, quia ponuntur ibi multæ Indulgentiæ quæ Romæ non habentur, vt in festo Expectationis beatæ Mariæ, de quo festo nulla mentio est Romæ idem de festo dedicationis Portiunculæ, vel sanctæ Mariæ de Angelis de ordine fratrum Minorum prope oppidum Assisium, & sic de alijs ibidem contentis: quæ licèt sint concessa fratribus Minoribus vbicunque existentibus propter particularia priuilegia ipsorum, non tamen conceduntur secularibus ratione bullarum prædictarum: nisi hoc in ipsis bullis specialiter aliquando exprimatur: quarum summaria malè assumuntur & componuntur per commissarios aut quæstores, vt dictum est, ex Summarijs Indulgentiarum ordinum Mendicantium, & præsertim ordinis Minorum, vt patet omnia intuenti. Similiter prædicatoribus bullarum non est multa fides adhibenda in hoc, ex quo non se conformant veritati Ecclesiæ & ipsarum bullarum originalium, neque in hoc prædicant

Aagum.

doctrinam Ecclesiæ aut Papæ dum eius veritati non se confor-
mant ex ignorantia aut alia de causa quacunque. Hæc ex colle-
ctore vbi suprà. Quod vtrùm verum sit, aliorum esto iudiciū: id
enim pendet ex facto. Nullus autem negat Papam posse bullas
hoc etiam modo de Indulgentijs plenarijs ex legitima causa con
cedere. ¶In his tamen omnibus cautè loquendum consulo pro
& contra attento tenore bullæ originalis, vt vitetur falsitas & scā
dalum pusillorum & fortè etiam aliquando pharisęorum: quia &
non expedit vbiq; aut semper veritatē quomodolibet & à quo-
cunque declarari & prædicari, dum necessitas fidei & morum id
non requirit, aut dum malum aliquod sine maiori fructu proba-
biliter timetur ex tali veritatis non necessariæ ad salutem prædi-
catione. Quia Amos 5. Prudēs illo tempore tacebit, quoniā dies
mali sunt. Ideo cōsiderentur omnia prudenter & sapiēter, & attē
datur tenor bullarum originalium: & secundum id detur opera
lucrandis Indulgentijs, & prudenter omnino prædicētur: & pru
dentiùs erroribus prædicatis & in bullarum Summarijs conten-
tis resistatur, vel opportunè & cautè taceatur, seu potiùs in secre-
to ipsi prædicatores aut prælati seu bullarum commissarij humi-
liter sine populi scandalo de hoc moneantur: reliqua Dei iudicio
& correctioni relinquantur.

¶Articulus quintus, in quo agitur de receptiōe ad participationem bonorum personę seu communitatis: & de quibusdam dubijs circa aliqua contenta in bullis & compositionibus: & continet tres tantū quæstiones, quarum prima & in ordine. 39. sequitur.

Quæſtio trigeſima nona.

Vtrùm quis poßit recipi ad communicationem bonorum alicuius perſonæ ſeu communitatis aut cõgregationis, & quomodo, & per quem, & ad quid valet, & in quo differat ab Indulgentia. Queſt. 39

RESpondeo per quatuor puncta, quorum primum eſt. Solũ poſſumus de noſtris bonis aut commiſsis noſtræ diſpoſitioni prodeſſe alteri dupliciter, ſcilicet per viã ſatisfactionis & per viam meriti. Via ſatisfactionis conſiſtit in exolutione ſeu redditione æquiualentis ad pœnam, quæ redimitur in toto vel in parte. Via autem meriti conſiſtit in aliquali dignitate habendi ſeu impetrandi ſibi vel alteri aliquid tãquam aliqualem mercedem ſeu præmium operis, quod dicitur meritorium, non curando nunc an ſit meritũ congrui digni aut condigni: & quomodo eſt talis dignitas & vnde: & quomodo eſt merces tali merito reſpondens, de quibus doctores latiùs in ſecundo, diſt. 27. & alibi de his. ¶ Et nota ꝙ eſt duplex differentia inter participantes de bonis aliorum per viam ſatisfactionis tãtùm ſeu quò ad ſatisfactionem tantùm: & participantes de bonis aliorum per viã meriti ſeu quò ad meritum tantùm. Prima differentia eſt, ꝙ via ſatisfactionis ſeu participium ad ſatisfactionem requirit ſpecialẽ intentionem & applicationem eius qui communicat tale opus ſatisfactorium alteri: ita ꝙ niſi illi ſeu illis ſit applicata ſpecialiter talis ſatisfactio, ſeu niſi ſint illi recepti ad participandum de ſatisfactionibus alicuius perſonæ ſeu communitatis, non proderunt eis talia bona ſatisfactoria ad ſatisfaciẽdum pro ſuis peccatis. Quod patet. Quia aliàs ſequeretur ꝙ quicunque exiſtens in charitate eſſet immunis ab omni pœna propter infinitatẽ theſauri Eccleſię, quem 1. punctũ.

quem participat per sacramenta aut per communicationem san-ctorũ ratione charitatis: vel saltem sequeretur ꝙ existens in maiori charitate esset debitor minoris pœnæ in hoc sæculo & in futuro: quod patet esse falsum secundũ Scot. in. 20. quodlibeto, ergo ex sola intentione facientis seu applicantis habetur participatio ad satisfaciendum. ¶ Participatio autem ad merendum seu potius ad merita seu per viam meriti de bonis alterius seu aliorum non semper requirit specialem intentionẽ & applicationem. Nã potest dupliciter alicui valere meritũ alterius. Vno modo ratione vnionis, quæ fit per charitatem etiam sine speciali intentione & applicatione facientis directa ad ipsum participantem iuxta illud Symboli Credo sanctorum communionem, & illud Psal. 118. Particeps ego sum omnium timentium te: quia sicut cũ inter aliquos est contracta societas omnium bonorum quicquid vnus lucratur est omnibus commune: sic in proposito spiritualiter: quia charitas est spiritualis amicitia & societas connectens membra Ecclesiæ. Et hoc modo peccator etiam non excommunicatus non est per hanc viam vnionis particeps alicuius boni, quod fit in Ecclesia, quia non est membrum Christi per charitatem quam nõ habet, & nulla est conuentio Christi ad Belial, cuius membrũ mysticum est peccator, qui vt membrum mortuum à Christo non recipit influentiam à toto corpore nec à capite cui non vnitur nec ab eo viuificatur. Et hęc est causa quare diabolus dicitur habere potestatem in peccatore quocunque vt in pecore suo, vt secundum Ambrosium habetur vigesima quarta, quæst. prima. Miramur. ¶ Alio etiam modo valet oratio seu bonum alicuius alijs per viam meriti participantibus ratione specialis intentionis, ipsius orantis seu facientis seu applicantis tale bonum specialiter pro illis, quibus applicat distinctè aut confusè pro vno seu pro multis: quia scilicet desyderat oratione seu bonis suis vel suæ congregationis proficere illi seu illis certis personis, quibus sic specialiter applicat, vt dictum est. Et hoc modo potest valere iusto & impio: sed hoc solùm illis valet per viam gratiæ & liberalis misericordiæ Dei, seu impetrationis à Christo capite Ecclesiæ: qui vt Dominus omnium nulli obnoxius potest cuicunque voluerit beneficia impartire, ad preces & merita amicorum, & iustorum: seu vt communiter dicitur, hoc fit per merita tantùm de congruo: quæ soli libe-

Ambros.

liberalitati concedentis innituntur. Non enim Deus obligauit se seu promisit se infallibiter & regulariter concessurum omne etiã bonum expediens, quod vir iustus ab eo petierit pro alio quocunq; aut bona vni⁹ remuneraturum aliquo modo hic vel in gloria in alio homine quocunq; & quomodocunq; voluerit vir iustus, sed aliquando sic aliquando non, prout sibi placuerit & visũ fuerit. Et ideò dicitur per viam meriti de congruo bona vnius alteri valere si pro eo applicentur ex intentione, vt dictum est. Et sic dicit August. q nisi Stephanus orasset fortè Paulus saluatus non esset. Et de Carolo magno audita est vox, Egidij merito Carolo peccata dimitto. ¶ Et sic patet q hoc modo specialis intentionis valde prodest recipi ad participandum de bonis alicuius hominis seu congregationis in speciali, licèt sint merita congrui aut Dei liberalitati innitentia quò ad hoc, vt dictum est. Quia si peccator est sic receptus, tunc participat de talibus bonis per solam intentionem applicantis, quod sibi valebit ad multa, vt infrà in secundo puncto habetur. Si autem est iustus in statu gratiæ, tunc participat de talibus bonis dupliciter, scilicet ratione vnionis charitatis & ratione specialis intentionis applicantis: quod est meli⁹ scilicet duplici via quàm vna tantùm participare: quia & nullus participaret id quod ex speciali intentione applicantis posset participare nisi ei cõmunicaretur ex tali intẽtione tam quò ad vim satisfactiuam quàm quò ad meritoriam, etiam si essent valde sancti & benefactores. Et oppositum dicere est error Vuiclef damnatus in Concilio Constan. sesione. 8. vbi sic habetur. Speciales orationes applicatæ vni personæ per prælatos vel religiosos non plus prosunt eidem quàm generales cęteris paribus, error. 15. Hęc ibi, ergo. Et ista suprà dicta est prima differentia inter participiũ satisfactionum & meritorum. ¶ Secunda differentia est, quia per participium ad satisfaciendum seu ad satisfactoria tantùm, fiunt peioris conditionis omnes participantes quò ad hoc, quia .s. minuitur eorum vtilitas satisfactoria saltem proueniens ex opere operantis ex multitudine participantium, licèt fortè non ea quæ prouenit virtute sacramenti seu operis operati, si tale opus habet virtutem satisfactoriam ex opere operato, vt nos alibi latiùs egimus in quęstionario. q. 2. de valore missæ. Similiter & conditio & bonum satisfactorium ipsius faciẽtis seu applicantis opera sua satisfactoria alijs minuitur sibi ex multitudine participantiũ quò

August.

Conciliũ Constan.

ad

ad virtutem satisfactoriam prouenientem ex opere operantis, vt dictum est; quàmuis aliunde ei augeatur ex charitate, qua sic alijs egentibus sua satisfactoria applicat: quia & per hoc meretur de congruo remissionem suarum pœnarum, & omnia alia quæ per bonum opus quis sibi & alteri mereri potest. Ideò simpliciter est melior sua cõditio ex hoc ꝙ ex charitate pro alijs satisfacit de suis satisfactorijs bonis, vt dicit Richardus vbi infrà & Palud. &c.

Richar.

Vnde si totum suum bonum satisfactorium proueniens ex virtute operis operantis dederit seu applicauerit alteri: tunc nihil de tali satisfactorio remanet sibi pro suis peccatis, & multò minus remanet alijs posteà receptis seu quibus pòst ea applicauerit. Quia cum talis virtus satisfactoria ex opere operantis sit finita, & diuisa in multis seu alijs applicata, iam minus aut nil remanet alijs aut sibi. Sicut si ego soluero communi creditori cui ego obligor in centum: cui etiam Petrus & Martinus in centum quilibet eorum obligatur, certè illi tantùm cedit in solutionem debiti pro quo intendo & volo centum soluere & non pro alio. ¶Verum est tamen ꝙ si intendit satisfacere pro illo qui non est capax putà pro damnato vel pro existente in mortali vel in gloria, tunc fructus satisfactorius reuertitur ad facientem, si eget pro suis peccatis: si saltem virtualiter erat talis intentionis ꝙ pro se faceret si crederet non proficere illi cui applicare intendebat, vt Matthei. 10. Pax vestra ad vos reuertetur, & Psalm. 34. Oratio mea in sinu meo conuertetur &c. si verò ipse non eget reponitur in thesauro Ecclesiæ. ¶Participium autem meritorum nõ minuitur ex multiplicatione participantium. Non enim fit deterior cõditio alicuius multiplicatis electis & sanctis & bonis operibꝰ sed melior. Et ratio est, non quidem quia incipientes participare incipiant etiam de suo communicare alijs, nam paruuli baptizati incipiũt propter charitatem participare, & nihil de suo communicant alijs quia nil adhuc operati sunt: imò licèt quilibet participãs etiã alijs communicaret de suo bono opere meritorio, non tamẽ semper communicat æquale eis bonis quæ ipse participat. Igitur non est hæc ratio sed ea quæ dicta est quia scilicet ex multiplicatione electorum & bonorum operum non fit peior sed melior conditio electorum & participantium. Quia Deus cuius misericordiæ & liberalitati talis fructus innititur magis ex hoc honoratur magisque complacetur illi; ideò & regulariter magis speratur

tur talis fructus meritorum vt prosit omnibus quib⁹ communicantur & ipsi operanti: licèt aliquando oppositum circa aliquem aut aliquos contingat secundum Dei speciale iudicium & beneplacitum, vt in secundo puncto latiùs habetur. Hæc ex Richardo in quarto, disti. 45. & Palud. latiùs eadem distinctione, quæstione prima, artic. 1. & q. 2. arti. 2. & Adriano in octauo quodlibeto. articulo tertio.

¶ Secundum punctum est. Ad quid valet tale participium ad merita alicuius seu aliquorum? Nam de participio ad satisfactoria iam dictum est. Dico ergo ꝙ non valet ad hoc ꝙ ipsi participantes ex hoc immediatè sine suo bono opere & dispositione habeant gratiam gratum facientem seu charitatē, sicut nec ad meritum aut pręmium gloriæ. Quia nullus potest vllo modo mereri alteri immediatè gratiam iustificantem aut aliquid horum stāte lege: sed solùm mediatè, id est, potest mereri de congruo quòd Deus det alteri gratiam conuersionis seu auxilium, aut bonā motionem cordis & illuminationem: cui alter si velit cōsentire debitè disponatur ad gratiam &c. vt communiter dicitur à doctoribus in secundo, distinct. 27. quod pro nunc supponatur. Quod etiam patet. Quia stat virum sanctum in magno gradu charitatis non esse receptum ad participationem specialem meritorum alicuius aut aliquorum: peccatorem autem aut habentem paruam charitatem esse receptum ad participium multarum religionum & sanctorum &c. Imò etiam si quis vellet alteri applicare auferendo à se ipso suum meritum quò ad gratiam & gloriam essentialem non posset id facere, neque Deus acceptat stante lege: & fortè peccaret si scienter id tentaret conando contra Dei legem positam charitatis ad se priùs habendæ quò ad hoc, vt dicit Scotus in vigesimo quodlibeto, vbi loquitur de valore specialissimo operis boni meritorij, ergo. ¶ Similiter tale participium meritorum non valet ad hoc quòd per id ipsi participantes habeant bonitatem aut medicinam formaliter & immediatè bonificantem eos & medentem contra vitia. Nam quo ad hæc nullum opus transit personam operantis, vt suprà quæstione tertia id habetur. ¶ Valet ergo tale participium meritorum alicuius personæ seu congregationis ad habendum à Deo gratiam conuersionis & cordis illuminationem (vt de hoc suprà latiùs dictū est) & ad virtutum profectum. *Punct. 2.*

Valet etiā

valerent ad preseruationem à peccatis & liberationem & præseruationem à morte & alijs malis spiritualibus & corporalibus: & ad collationē bonorū spūaliū & tēporalium seu corporaliū & huiusmodi, quæ vnº alteri potest de cōgruo mereri seu impetrare à Dei misericordia liberali. Sicut per merita Abrææ Dominus liberauit Loth. Gene. 19. & propter iustos parcit & benefacit iniustis vt de his cōmuniter doct. in. 2. dist. 27. & 36. & specialiter beatº Thom. in addit. 3 partis. q. 27. art. 1. & latiùs Palud. in. 4. dist 45, q. 2. art. 2. & Richar. ea. dist. & Supplemē Gabrielis ea. dist. q. 2. art. 3. dubio. 6. & Adrianus vbi suprà in 8 quodlibeto art. 3.

Punct. 3. ¶Tertium punctum. Quis potest communicare bona alteri? Ad quod sunt. 9. dicta. ¶Primum est ꝙ quilibet potest alteri applicare seu communicare bona sua propria tam quó ad vim satisfactoriam q̃ meritoriam de cōgruo, vt dictum est. Et similiter bona suorum super quę habet auctoritatem. ¶Probatur primū. Quia ratione charitatis potest quilibet de suis bonis cōmunicare in quantum non prohibetur, hoc autem non prohibetur sed suadetur, ad Gala. 6. Alter alterius onera portate, & orate pro inuicem vt saluemini, Iacob. 1. Et quia si temporalia bona possumº cōmunicare ex charitate, quare non potiùs spiritualia, ergo. Ad prædicta etiam valent ea quæ suprà habentur. q. 3. in responsi. ad octauum arg. principale: & ea quæ suprà præmissa sunt in primo & 2. puncto. ¶Secunda autem pars huius primi dicti, ꝙ scilicet quis potest alteri cōmunicare bona suorum, super quæ habet auctoritatem, putà is qui præest alicui congregationi potest cōmunicare bona suæ congregationis, applicando bona eorum & intentionem ipsorum de sua congregatione ad hunc vel illum seu illos determinatè, distinctè aut confusè, probatur. Quia eo ipso ꝙ habet curam congregationis, habet auctoritatem dispensatiuam communium bonorum ipsis aut ipsorum de congregatione, vt probatum est. q. 5. Et facit ca. Quanto. de transla. & 24. q. 1. ca. Quocunq;. Item quia si quilibet potest bona sua applicare, ergo & prælatus qui est caput pro suis membris potest bona ipsorum sicut ipsi possunt alijs ex causa rationabili applicare. Patet consequētia à fortiori. Item idem patet auctoritate sancti Iuonis Carnatensis episcopi antiquissimi, qui cepit condere literas per quas applicantur suffragia subditorum: & auctoritate Anselmi, & aliorum sanctorum, vt etiā tenet beatº Tho. in. 4. dist. 20. q. 4. & Pa-

Dictū. 1

Paulus.

& Palude. Richardus & doctores in. 4. distinct. 45. vbi suprà, & Vualden. in quinto tomo de sacramentalibus sub articulo decimo contra Vuicleff dicentem hoc esse cõmentum religiosorum. Ergo patet ꝙ prælatus, prior, Guardianus, Prouincialis, Generalis & huiusmodi potest communicare bona communia spiritualia suorum subditorum quò ad vim satisfactoriam & meritoriã, vt dictum est. ¶ Secundum dictum est, ꝙ generaliter non potest prælatus communicare ea bona quæ quis ei⁹ subditus in particulari facit pro satisfactione suorum peccatorum, si ipsis eget talis subditus ea faciens: nisi ad hoc aliquo modo talis subditus consentiat. Ratio, quia ex quo quò ad satisfaciendum tale opus fit eius solius cui applicatur & fit particulariter ab ipso subdito pro se actualiter vel virtualiter sic intendente, & per consequens non fit bonum commune suæ congregationis, sed particulare ipsius personæ operantis quò ad dictam vim satisfactoriã, ergo super hoc regulariter non habet potestatem tollendi ab eo, & communicandi alteri eo inuito. Et in hoc concordant cõmuniter doct. ¶ Sed ex quo subdit⁹ tale suũ bonũ satisfactoriũ quo ipse eget potest communicare alteri quò ad prædictam vim, vtrũ possit etiam Papa vel alius eius subditi prçlatus eo inuito præuenire communicando tale opus, eiusq; intentionem applicando alteri cui ipse prælatus & non cui subditus voluerit. Quò ad hoc est tertium dictum ꝙ regulariter non potest. Ratio, quia prçlatus etiam Papa non potest applicare nisi ea quæ cederent in thesaurum suæ cõmunitatis si non applicarentur, aut bona communia suæ congregationis, sed non cedunt in thesaurum vel in bonum commune congregationis nisi ea quæ supersunt facienti, ergo & licèt subditus possit tollere à se sibi necessarium & alteri dare & applicare: non tamen potest eo inuito facere id eius prælatus etiã Papa. Quia non in omnibus absolutè subditur subditus superiori, neque in omnibus eius bonis spiritualibus habet potestatem plenariam prælatus aut Papa, sed in temporalibus & in spiritualibus tantùm superabundantibus communicabilibus, vt dictum est. ¶ Quo non obstante etiam dico ꝙ in casu & ex rationabili causa potest sed rarò prælatus applicare alijs bona prædicta satisfactoria necessaria subditorum suorum. Ratio, quia sicut ipsi subditi possunt id facere, ergo similiter eorum caput prælatus in casu & ex causa, vt dictum est. Quia ad id tunc faciendum

Dictũ. 2.

Dubium.

Dictũ. 3.

Nota.

habet rationabilem causam. Item quia potest prælatus subditis egentibus pro se iniungere pro tunc aliqua opera satisfactoria, ad quæ ipsi non tenentur aliàs, putà orationem, disciplinam & huiusmodi pro alijs ex causa, vt patet: ergo. Multa enim nō possunt fieri regulariter, quæ possunt & debent fieri in casu particulari ex causa rationabili in omnibus ferè materijs. Hoc sic probabiliter videtur quod ad vtramq; partem huius tertij dicti dicendum sit.

Dictū. 4. ¶ Quartum dictum. Bona satisfactoria subditorum quibus ipsi facientes non indigent pro seipsis, benè possunt tam ipsi quàm eorum prælati applicare alijs quibus voluerint: & in hoc est locus præuentioni: quia scilicet qui priùs applicat alicui quod nondū est per aliquem ipsorum applicatum, valet illa prior applicatio, si non impediatur à superiori. Quod ideò dico, quia si ipse prælatus superior inuito suo subdito applicaret aliquibus aliqua bona satisfactoria superabundantia quæ subditus facit, valeret talis applicatio superioris, & non posset subditus talis ea applicare alteri contra applicationem superioris, quia quò ad talia superabundātia quæ possunt fieri communia congregationis, prælatus superior habet potestatem suprà subditum ad communicandum ea, vt de hoc beatus Thomas. 3. parte Sum. q. 26. articulo primo in additione tertiæ partis, & etiam Syluest. titul. Indulgen. quæst 5.

¶ Quàmuis credibile sit ꝙ hoc nunquàm superior sic facit aut Papa: nec intendit contra suorum subditorum rationabilem voluntatem alteri applicare, nisi in casu & causa & raró, vt in tertio dicto præcedente dictum est. Alioqui valde alligati essent prælati inferiores superioribus & Papæ, & sese impedirent aut intromitterēt superiores in pertinentibꝰ ad inferiores, si per hanc viam per superiores aut per Papam regulariter tolleretur ab ipsis inferioribus potestas applicandi benefactoribus aut alijs bona satisfactoria abundantia suarum congregationum. Et multò magis alligati essent subditi suis prælatis, si ab eis tolleretur regulariter per eosdem prælatos ne de his suis satisfactorijs possent satisfacere applicando aliquid pro suis parentibus, amicis, & pro alijs quibus specialiter quomodocunque obligantur. Et si quando Papa aut prælatus superior id vellet ex causa in casu aliquo applicare prædicta bona contra applicationem particularem suorum subditorum, expediret tunc quòd hoc notificarent ipsis subditis seu inferioribus, ne deciperent aut deciperentur applicando pluribus

bus aũt sæpiùs vnum & idem opus nunc his per superiorem, nũc alijs per inferiores: ex quo pluribus applicatum est minoris valoris in singulis quò ad vim satisfactiuam ex opere operãtis prouenientem: & si totum per superiorem alicui egenti applicatur, iam nil manet pro alijs, vt patet ex suprà dictis in primo puncto principali. ¶Quintum dictum est. Bona satisfactoria quæ subditus facit particulariter per se non applicando ea alicui seu aliquibus specialiter sed pro tota Ecclesia generaliter, aut pro indigentibus in purgatorio aut in hac vita pro benefactoribus amicis seu pro ijs quibus Deus vult valere & huiusmodi: similiter bona quæ facit in communi, vt disciplinas, vigilias, orationes, & ieiunia & huiusmodi, quæ in communitate facit cum alijs religiosis simul seu per se ex statuto regulæ aut constitutionũ suarum aut ex dispositione seu præcepto prælati: talia inquam bona dicuntur communia congregationis, quàmuis ipse subditus eis egeat: & talia potest prælatus etiam inuito subdito communicare alijs specialiter quò ad vim satisfactoriam: concordat beatus Thomas vbi suprà. ¶Sextum dictum est. Quò ad vim meritoriam suprà dictam omnia bona cuiuscunq; subditi & congregationis tam particulariter quàm etiam communiter facta, tam supererogatoria quàm etiam necessaria seu obligatoria, tam ipse subditus qui ea facit quàm quilibet eius prælatus mediatus vel immediatus etiam Papa, quilibet inquam eorum per se & simul ante vel postquàm facta fuerint, potest ea applicare quibuscunque voluerit. Ratio, quia quò ad hoc nulli fit præiudicium: imò & conditio operantis & applicantis seu communicantis & participantis seu participantium melior fit ex tali multitudine participantium, tam propter vnionem charitatis quàm etiam propter maiorem bonitatem operis boni applicati: quia inde est Deo gratius & acceptius cæteris paribus, vt suprà dictũ est in primo & secundo puncto principali. ¶Septimum dictum est. Prælatus supremus vt Papa potest communicare bona omnium suorum inferiorũ tam personarum q̃ prçlatorum q̃ congregationũ sibi subditarũ modo suprà dicto, nõ tamẽ econtrà sed solùm bona sibi subditorũ hominũ aut cõgregationũ potest quilibet prçlat⁹ alijs applicare seu cõmunicare, vt dictũ est, vt patet ex dictis: quia & min⁹ includitur in maiori & non ecõuersò: nec æquale in ęquali includitur, nec par in parem habet auctoritatẽ: concordat

Dictũ.5. *Dictũ.6.* *Dictũ.7.*

Dictū. 8. beatus Thomas & communiter doctores vbi suprà. ¶Octauum dictum est. Bona opera quò ad vim satisfactoriam si anteq̃ fiant vel dum fiunt non applicātur per facientem vel per superiorem aliquibus actualiter vel virtualiter, iam de cætero postquàm facta sunt, non possunt applicari alteri per ipsum facientem neque per prælatum. Neq; ego faciens neque prælatus possumus reseruare nostra vel congregationis opera quò ad dictam vim satisfactoriā vt sint reposita & reseruata tanquam in thesauro pro alio tempore futuro quo voluero aut indiguero, vt tunc per me vel per prælatum mihi vel alteri applicentur. Ratio huius est, non quidem quia quò ad dictam vim solutiuam aut satisfactiuam pro debito pœnarum talis satisfactio habet statim, vt fit, suum effectum, vt aliqui dicunt (hinc enim sequeretur ꝙ non possent talia reseruari in thesauro Ecclesiæ ad Indulgentias &c.) sed ratio est, quia nullus potest particulariter thesaurizare sibi vel alteri thesaurum satisfactorium particularem: & per consequens neq; de eo distribuere aut alicui cōmunicare. Quod patet à posteriori. Quia alioqui sequeretur ꝙ bona satisfactoria religiosorum eis abundantia nunquam reconderentur in communem thesaurum Ecclesię sed semper manerent sub potestate eorum vel prælati ad applicādum ea posteà cui voluerint. Et à fortiori, ꝙ opera religiosorū defunctorum non possent applicari per Indulgētias aut vllo modo: ex quo quilibet pro tali tempore aut necessitate futura sibi vel alijs talia opera thesaurizasset in vita, vt sibi tunc valerent aut applicarentur. Et similiter de omnibus Christianis idem sequeretur. Et per consequens sequeretur per hunc modum quòd nō esset thesaurus communis Ecclesiæ collectus de satisfactionibus religiosorum aut aliorum sanctorum dum viuerent, quod absit: vt patet ex suprà dictis in primo puncto principali. Et ad id videtur Bonauentura in. 4. distinct. 20. quæst. 3. Ergo dicatur quòd si non applicantur talia satisfactoria ante vel dum fiunt, vt suprà dictum est, reponuntur & reseruantur à Deo in communi thesauro Ecclesiæ, vt sic solùm per potentes concedere Indulgentias per viam tantùm Indulgentiæ distribuantur ipsis vel alijs vt suprà quæstione tertia & alijs sequentibus habetur.

¶Quò ad vim autem meritoriam tam ipse qui facit quàm prælatus quicunque eius mediatus vel immediatus potest semper ante vel pòst communicare seu applicare talia bona præterita, pręsen-

præsentia,& futura quibuscunq; voluerit, vt virtute talium meritorum mereatur de congruo seu potiùs impetret ipsi vel alijs bona spiritualia & temporalia & liberationem & præseruationem malorum. Quod non est propriè meritum sed impetratio prædictorum, quæ aliqualiter pertinet ad præmium aliquod meritorum præcedentiũ de congruo habendum sibi vel alijs in hac vel in alia vita: sicut propter merita præcedentia Abraam & alij sancti impetrabant à Deo seu Deus conferebat alijs bona temporalia & huiusmodi, de quibus suprà in primo puncto principali dictum est. Et de his bonis quò ad vim meritoriam non cõgregatur thesaurus Indulgentiarum, vt suprà. q. 3. habetur. ¶Et hoc modo per viam meriti seu impetrationis valet cõmunicatio bonorum suorum præteritorum, & concessio eorum quam aliqui piè faciunt aliquibus existentibus in articulo mortis seu etiam iã defunctis, non autẽ quò ad vim satisfactoriam prçteritam, quç iã non est in sua potestate, vt dictum est. ¶Sed nota ꝙ prçlati & alij applicantes alijs bona sua vel suæ cõmunitatis intendunt regulariter applicare quantum cõmodè possunt, vt valeant eis quantum valere possunt sine suo aut suæ cõmunitatis detrimento: nisi quò ad vim satisfactiuam de suis bonis aliud specialiter intendãt vt suprà dictum est in secũdo & tertio dicto. ¶Nonum dictum est, quòd quia talis communicatio seu receptio ad participationem bonorum congregationis & huiusmodi communiter fit à prælatis informatis de talibus personis, ꝙ quia sunt benefactores ordinis, ideò recipiũtur ad cõmunicationẽ bonorum ordinis, vt patet ex ipsis literis cõfraternitatum: ideò notetur ꝙ si talis causa propter quam recipiuntur non est vera, quia scilicet non est talis benefactor vt ibi supponitur, non valet ei talis receptio ad participationem nisi secundum ratam, scilicet secundum quod fuerit benefactor: quia deficiente causa finali seu conditione cõcessionis, deficit ipsa concessio: & non valet nisi quantum accesserit ad causam talis concessionis. Quòd si sine vlla causa sed ad libitum quis vult recipere aliquem ad participationem bonorum suorum seu congregationis ex pura charitate motus aut motu proprio, tunc benè valebit ei talis communicatio & participatio secundum intentionem communicantis ei sua bona quò ad satisfactoriam vim & meritoriam: & etiam secundum suam dispositionem participantis quò ad vim meritoriam speciatim, vt *Dictũ.9.*

 latiùs

latiùs egimus de hoc in nostro quæstionario quæstione secunda de valore Missæ.

¶Quartum punctum. Quæ differentia sit inter communi-
Punct.4. cationem prefatam bonorum suorum aut communitatis factam alicui, & Indulgentiam? Dico quòd est quadruplex differentia.

¶Prima quia prælati vel alij sic applicantes sua vel suæ commu-
Differen-
tia prima nitatis suffragia seu bona opera quæcunque, non vtuntur claue iurisdictionis vllo modo, neque remittunt aut relaxant pœnas peccatorum, in Indulgentiarum autem concessione sic est talis iurisdictio propriè & absolutè, vt suprà quæstione prima habetur, sed solùm applicant sua satisfactoria alijs ex charitate sine vlla auctoritate super eos quibus applicant etiam non subditis.

Secunda. ¶Secunda differentia est, quia in Indulgentijs sicut & in sacramentis applicantur merita passionis Christi, & hoc non nisi per clauem Ecclesiæ: & præcipuè Indulgentiæ fiunt de communi thesauro Ecclesiæ, etiam quando conceduntur animabus purgatorij per modum suffragij: & semper fiunt auctoritate potestatiua super tali thesauro communi communicando vel dispensando, vt suprà quæstione prima & quæstione.13. habetur. Communicatio autem bonorum suorum aut congregationis nil tale habet. Nam non fit per clauem Ecclesiæ, neque de communi thesauro Ecclesię, sed de bonis suis aut suæ cõgregationis, neque fit autoritate potestatiua super thesauro Ecclesiæ aut suæ personæ aut communitatis, ex quo non potest thesaurizare particulariter, vt dictum est: sed solùm fit potestate communi naturali, quam quilibet habet in suis bonis aut sibi commissis ad distribuendum seu donandum ea dum ea habet. ¶Et inde fit quòd per Indulgentias liberatur homo in foro Dei & Ecclesiæ à pœnis debitis, etiam iniunctis per confessorem, vt suprà quæstione octaua habetur. Quia constat de infinitate talis thesauri Ecclesiæ seu de eius sufficientia: & quia fiunt auctoritate eius qui à lege & obligatione Ecclesiæ potest liberare per talẽ satisfactionem per viam Indulgentiæ: huiusmodi autem communicationes bonorum etiam si fiant specialiter quò ad satisfaciendum, etiam si fiant per Papam, cùm non fiant nisi de bonis personarum aut congregationum, quæ nec sunt infinita, nec constat esse sufficientia ad talem satisfactionem, ideò per eas non liberatur quis in foro Ecclesiæ à pœnitentijs iniunctis per sacerdotem,

neque

neque habent virtutem Indulgentiæ, sed communicationes & suffragia dicuntur. Concordat in hoc specialiter beatus Thomas in.4. distinct. 20. & in additione tertiæ partis Summæ quęst. 26. articulo primo. ¶ Tertia differentia est, quia quò ad vim satisfactoriam non possunt applicari bona personæ aut communitatis iam facta, sed solùm præsentia vel futura, neque possunt reseruari in thesaurum in futurum, vt dictum est in tertio puncto principali, in septimo dicto suprà posito. Per Indulgentias autem applicantur satisfactiones præteritæ Christi & sanctorum repositæ in communi thesauro Ecclesiæ ad hoc specialiter, vt vbi suprà habetur, & suprà quæstione tertia. ¶ Quarta differentia est. Quia Indulgentiæ vt tales valent solùm ad satisfactionem pœnarum Deo debitarum pro peccatis, vt suprà quæstione tertia & sexta. Communicationes autem bonorum valent pręcipuè ad impetrãdum bona aut remotionem malorum aut pœnarum per viam meriti de congruo: valent etiam ad satisfactionem pœnarum si hoc aliquomodo specialiter intendit ipse applicans aliàs non, vt patet ex dictis in primo puncto principali & in secundo similiter. ¶ Quinta differentia est, quòd Indulgẽtiæ valent solùm quò ad satisfactionem tantùm peccatorum iam commissorum ante tempus quo quis lucratur fructum earum. vt suprà quęstione. 34. 35. Communicationes autem huiusmodi bonorũ valent etiam ad remedium præteritorum, præsentium & futurorum malorum, & bonorum impetrationem & conseruationem & ad satisfactionem pœnarum debitarum, si (vt dictum est) specialiter ad hoc applicantur. ¶ Harum differentiarum prima est potissima & essentialis, & etiam secunda, cæteræ autem sunt optimæ, licèt non tam essentiales.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Quæstio quadragesima.

Quæ sint & quomodo intelligantur multa dubia eorum quę cōmuniter in bullis Cruciatarum & Indulgentiarū cōtinentur.

RE spondeo ꝙ tametsi plurima
dubia possunt occurrere præcipua tamen
Quęs.40 sunt quinque. ¶ Primum dubium. Quid
conceditur quando bulla concedit ꝙ qui
eam acceperit absoluatur aut possit absolui
Dubiū.1. ab horis non recitatis & quomodo id intel
ligitur. Nam si intelligitur de peccato, certè
non est reseruatum, & per consequens non eget tali facultate ad
id, neq; propter hoc incurritur aliqua censura, neq; tenetur offi-
cium vnius diei culpabiliter omissum recitare in alio die: ex quo
fuit obligatio temporalis vt etiam dicunt communiter Summis-
tæ. titul. Hora Canonica. ¶ Respondeo, videtur ꝙ virtute talis
concessionis aut bullæ concedit Papa ꝙ non teneatur ille clericꝰ
Respon. soluere in ęquiualēte ad vtilitatē Ecclesię fructū horarū omissarū
ad quē fructū clericꝰ ratione clericatꝰ aut beneficij tenebatur, vt
referūt b. Tho. Palud. Floren. 3. par. Sū. tit. 13. ca. 4 §. 6. & per cō
sequens ꝙ talis manet liber à restitutione, quā scd͂m aliquos doct.
tenetur facere de fructibus beneficij perceptis, non recitando ho
ras canonicas, secus de omissione Missarum aut aliorum officio-
rum, de quibus Papa non loquitur. ¶ Dubium secundum.
Dubi. 2. Quomodo intelligitur quod in bulla conceditur ꝙ scilicet quis
possit absolui ab irregularitate mentali, cum nulla sit irregulari-
tas mētalis, neq; per solū actū mentalē incurratur sed per exterio
rē cōmissionem seu omissionē, quantūcunq; quis in corde suo
ꝓposuerit etiam occidere Papam. ¶ Respondeo. Verè est impro
priꝰ modus dicendi irregularitatem mentalē, quia nulla talis est,
Respon. vt diximus. Sed potest intelligi dupliciter. Primò dicendo ꝙ per
talem irregularitatem intelligitur irregularitas occulta seu secre-
ta,

t,maximè illa quæ prouenit aut contracta est ex culpa occulta cũ iuscũq;:& ideo dicitur mẽtalis quia. s.sic est secreta ꝙ prouenit à praua intentione vel à peccato habente radicem in mente,qualis est irregularitas proueniens ab ordinatione seu celebratione culpabili eius qui cum propter peccatum seu factum occultum esset excommunicatus nondum denũciatus, vel secretò suspensus, aut patiẽs defectum natalium ex culpa patris sui sacerdotis qui illum secretè habuit ex coniugata,aut cùm esset secretus symoniacus,& huiusmodi,sic ordinatus est vel celebrauit : quia talis irregularitas potest absolui seu dispensari per talem bullam. ¶Et ratio huius concessionis fuit fortè ne occasione talis irregularitatis reuelaretur peccatũ occultum in dedecus & infamiam alicuius: & fortè etiam propter aliquos doctores.cum glossa in ca. Periculosè.de pœ. dist.1. tenentes contra communiter doctores ꝙ clericus qui tentauit homicidium nec tamen illud opere commisit, quia non potuit,est irregularis tanquã de homicidio, licèt in effectu non sit homicida. ¶Et secundum hanc declarationẽ fortè per talem bullam seu concessionem non posset quis dispensari ab occulta irregularitate proueniente aliunde sine culpa,vtpote ex bigamia aut homicidio iusto vel etiam iniusto occulto & huiusmodi.Et sic tenuit clarissimus doctor Medina.Sed certè si concederetur ratio præfata ne.s.occulta reuelentur in dedec s aut præiudicium cuiuscunque,iam probabiliter diceretur ꝙ etiam à quacunque irregularitate occulta virtute talis cõcessionis potest fieri dispensatio. ¶Et ad prædicta facit ꝙ in Concilio Basilieñ. sessione.24. propter quædam pia opera ibi signata cõcessum est aliquibus ꝙ absoluerentur ab irregularitate occulta : & fortè bullarum impetratores aut datarij seu scriptores qui ex dicto Concilio hanc irregularitatem transtulerunt,ignoranter putarunt idẽ esse mentalem & occultam seu secretam irregularitatem. ¶Alio modo & fortè melius dici potest ꝙ intelligitur de irregularitate quæ originaliter & principaliter propter factum vel omissionem ex culpabili animo vel intentione specialiter prohibita procedentẽ contracta est,putà quãdo quis excommunicatus est quia egit vel omisit aliquid scienter,dolosè,præsumptuosè, aut propter lucrũ vel precium temporale,aut ex odio,amore,timore, aut ex tali animo seu intentione specialiter ibi prohibita:& sic excommunicatus celebrat vel ordines recipit irregularis fit,talis irregularitas di

citur mentalis quia originaliter & principaliter ex illo animo cu
pabili prouenit sine quo excõmunicatio & irregularitas in illo fa
cto vel omissione nõ cõtraheretur, & de hac credo ꝙ virtute Cru
ciatæ posse dispẽsari cõceditur, nõ aũt qñ propter ipsũ factũ ex-
terius culpabile vel inculpabile sine tali aĩo irregularitas incurri-
tur, putà ꝓpter homicidiũ, bigamiã, symoniã conuentionalẽ in
ordine vel beneficio & huiusmodi. Ab ijs enim irregularitatibus
inde cõtractis virtute huiusmodi Cruciatæ dispẽsari non potest
quãtũcunq; occulta sint secundũ hunc secũdũ modũ: quẽ melio
rẽ existimo, & nisi vt dictũ est intelligatur, mẽs Papæ petẽda est.

Dubiũ. 3. Dubium. 3. Quomodo intelligitur quod ibidem etiam habe
tur ꝙ. s. virtute talis bullæ quis possit absolui ab omnibus casibus
Papæ reseruatis præterquàm ab homicidio voluntario. Et ratio
dubitandi est, quia peccatum homicidij voluntarij non est casus
Papæ reseruatus à iure: sed neque etiam Episcopis, sed solũ ex cõ-
suetudine est reseruatũ Episcopis. Dicere autem ꝙ ratiõe excep-
tionis præfatæ iam per talem bullam Papæ reseruatur: potiùs vi-
detur ablatio concessionis quã concessio fauorabilis, sic enim fa
uorabiliùs esset non accipere talem bullã. ¶ Respondeo. Aliqui
dicũt ꝙ ibi solùm excipitur excõmunicatio Papæ reseruata pro-
Respon. pter homicidũ voluntariũ personæ Ecclesiasticę. Et ratio est, quia
cum exceptio debeat referri solùm ad casus de quibus sua regula
generalis loquitur, & in dicta bulla de excommunionibus tantũ
Papæ reseruatis agatur vt patet etiam secundum Sũmistas. titul.
Casus. tit. Excõmunicatio vbi nullum peccatum nisi habeat ex-
communionem annexam Papæ reseruatur à iure, & propter nul
lum homicidium nisi personæ Ecclesiasticę excommunicatio sit
vlla Papalis à iure, vt patet quia in extrauagante Pauli 2. Et si do-
minici. de pœn. & re. præsbytericidium Papę reseruatur, ergo de
hac tantũ dicta excommunione propter homicidiũ personæ Ec-
clesiasticæ illa exceptio intelligẽda est. ¶ Sed hæc opinio seu de-
claratio non stat, tum quia solùm præsbytericidium exciperetur
secundum dictam extrauagan. tum etiam quia tam in quadã alia
sequenti extrauagan. Six 4. Et si dominici. tit. eo. quàm etiam in
ipsismet bullis expressè excipitur mutilatio & occisio cuiusuis
personæ in sacris constitutæ, ergo videtur ꝙ per exceptionẽ ho-
micidij aliquid aliud distinctũ ab homicidio personæ Ecclesiasti
cę in sacris cõstitutę intelligatur: alioqui bis idẽ frustra in ipsa bul
la

la exciperetur. ¶ Alij dicũt ꝙ id intelligitur solũ quò ad dispensationem irregularitatis ex homicidio contractę. Sed neq; hoc videtur, quia in bulla nulla fit mẽtio de hoc, sed de absolutione à casibus & censuris, in quibus nõ includitur dispensatio, & in materia stricta seu odiosa nõ sunt verba extendenda vltra propriam significationẽ nisi aliũdè id constet. ¶ Alij dicũt ꝙ id intelligitur solũ in terris Papæ subiectis: quia homicidiũ quodcũq; volũtariũ Papæ reseruatur modò habeat excõmu. annexã modò nõ, vt etiã refert Syluest. tit. Casus. q. 4. ¶ Sed nec hoc valet, quia talis bulla cõceditur ꝓ Hyspania & alijs terris Regi Hyspanię subiectis, vbi de iure nõ est talis homicidij reseruatio. ¶ Alij dicũt ꝙ sicut violatio libertatis Ecclesiasticę est iã casus Papalis p ꝓcessũ curię, vt ait Syluest. tit. Casus. q. 4. ita & homicidiũ quodcũq; volũtariũ, licèt olim essẽt isti casus Episcopales de iure vel cõsuetudine, & ideo in bullis inter casus Papales annumeratur exceptum. ¶ Sed q̃a vix sic practicatur neq; videtur moribꝰ vtentiũ id approbatũ, ideò Sum. Armilla. titu. Casus. §. 10. §. 11. dicit homicidiũ nõ esse casũ Papalẽ nec Episcopalẽ nisi in foro cõtẽtioso, & qñ ad ipsorũ tribunal defertur in foro iudiciali. ¶ Quid horũ sit verius aliorũ esto iudiciũ: ego cõsuetudini starẽ: quæ est optima interpres dispositionũ & legum humanorum ca. Cum dilectus. de consuetu.

¶ Dubiũ. 4. quid intelligitur per Põpã moderatã qñ in bulla seu priuilegio cõceditur tẽpore interdicti posse sepeliri cũ Põpa moderata. ¶ Respõdeo ꝙ intelligitur ꝙ posint ter pulsari cãpanæ ꝓ suis clamoribus ꝓ viris defunctis, bis aũt ꝓ fœminis, vt in tali regiõe aliàs fieri solet. s. in Hispania. Itẽ ꝙ clerici & religiosi cantãdo deferãt sepeliãtq; cadauer, dũmodo nõ dicant aliud officiũ diuinũ aut defunctorũ aut missã, nisi id quod in ordinario ad deferendũ sepeliẽdũq; cadauer ordinatũ est. Et sic habetur declaratũ in bulla Cruciatę cõtra Africã datã per Leonẽ. 10. anno Dñi 1516. ¶ Sed in bulla cõtra infideles data p Iuliũ. 3. anno Dñi. 1552. habetur declaratũ ꝙ p põpã moderatã intelligitur ꝙ fiat dimidiũ solẽnitatis quę aliàs cũ cãtibus & cãpanis cõiter fieri solet cũ ꝑsonis eiusmodi q̃litatis. ¶ Et in Hyspania cõiter p põpã moderatã tẽpore interdicti practicat cõsuetudo ꝙ. s. publicè in tono cãtando & cũ tribus solitis clamoribus campanarum deferatur sepeliaturq́ue cadauer Ecclesiæ ianuis apertis secũdum quod in ordinario habetur sine missa, nisi ad missam aliqua alia specialis Dubiũ. 4

con:

concessio habeatur. Sicque in hoc ego consuetudini standum cẽ
seo. ¶ Aliud autem est sepelire solenniter vt patet, aliud verò
est sepelire in silentio: quod est sine vlla solemnitate & pompa &
sine officio sepelire in Ecclesia, quod quomodo iã clericis liceat
decedentibus qui seruauerunt interdictum secundum ius vide
Siluestri. titul. interdictum. 5. q. 8. &c. vbi de his latiùs. Et hoc ex
speciali priuilegio concessum est familiaribus religionum: sed iã
per suas bullas pompa conceditur moderata vt suprà dictum est.

Dub. 5. ¶ Dubiũ. 5. Quomodo fieri debẽt dispẽsationes in foro cõsciẽ
tiæ tantũ super matrimonijs in tertio gradu cõsanguinitatis aut
affinitatis quæ à cõmissarijs Cruciatę virtute ipsius Cruciatę cõ-
cedũtur? ¶ Respõdeo secundũ insignẽ quendam doctorem Pe-
trum Ortizium qui attento diligenter ipsius originalis Cruciatæ
tenore dicit quinq; puncta. ¶ Primum est, ꝙ ipsa bulla Cruciatæ
1. punct. concedit commissarijs auctoritatem dispensandi solùm in foro
conscientiæ super tertio gradu consanguinitatis vel affinitatis il-
licitè contractæ. ¶ Ex quo sequitur. s. ꝙ si tale impedimentum est
iam deductum ad publicum forum Ecclesiæ iudicialem: aut ita
publicum ꝙ propter id esset scãdalum si tales matrimonium at-
tentarent sine debita dispensatione manifesta: tunc virtute præ-
dictæ bullæ Cruciatæ nõ potest cum talibus dispensari: quia solũ
pro impedimentis secretis & pro foro conscientiæ id conceditur
commissarijs Cruciatarũ quæ vsq; ad nostra tempora peruene-
runt. Quòd si de cœtero quid amplius cõcessũ fuerit vt ex ipsarũ
Cruciatarũ tenore facilè perspici potest: vtiq; liberabimur à tot
scrupulis & difficultatibus quò ad hoc. ¶ Secundum punctum
2. punct. est quod & sequitur ex proximo, ꝙ. s. prædictę dispensationes de
prædictis secretis impedimentis in foro conscientiæ per præfa-
tos Cruciatæ commissarios quando dispensari contingerit non
debent publicè fieri: neq; cum notarijs in ea forma qua publicè
constet de eis: sed solùm ipsis partibus aut eorum confessori se-
cretè. Neq; ipse commissarius in solo foro conscientiæ dispen-
sans debet tale occultum impedimentum aut eius dispensatio-
nem publicare, neque publicam scripturam dare vt virtute talis
eius dispensationis matrimonium publicè celebretur. ¶ Tertiũ
punctum est quod & sequitur ex prædictis, ꝙ scilicet virtute prę-
3. punctũ fatæ secretę dispensationis in foro conscientiæ tantùm factæ de-
bet matrimonium hoc modo celebrari, videlicet si tale matrimo
nium

nium iam fuerat inter eos attẽtatum debet non quidem in publico sed secretè inter eos sine vllo teste ratificari, vt ipsa Cruciata disponit. Si autem nondum erat attentatum, tunc poterit publicè & solemniter celebrari, dũ modo tale impedimentum eiusq; dispensatio secreta maneant inter ipsos tantùm contrahentes & confessorem eorum, ne vllo modo ad publicum perueniant.

¶ Quartum punctũ est. Si talia impedimenta publica vel quomodocunq; publicata iam virtute prædictæ Cruciatæ dispensata sunt: sicq; inter taliter impeditos matrimonia cõtracta aut potiùs intẽtata sunt, oportet à Papa remedium habere vt posśint ratificari: ex quo (vt dictũ est) virtute talis Cruciatæ nõ potest ei⁹ cõmissarius sup ea dispẽsare. Quòd si ipse cõmissarius etiã ignorãter per suas literas publicè dispensans vel aliàs quomodolibet facit publicum quod erat secretum, sicq; abstulit circumstantiam secreti cum qua & non aliter poterat dispensare: sibi imputet & prouideat aut faciat super tali defectu per Papam prouideri vt dictum est. ¶ Interim tamen caueatur ne vllo modo scrupulus ingeratur aut mala conscientia formetur illis qui ignoranter cũ bona fide sunt in suo matrimonio coniuncti, atq; cũ tuta conscientia putantes se per legitimam dispensationem contraxisse: sed in sua ignorantia inuincibili & in bona sua fide relinquantur etiam per totam vitam ipsorũ, vt hoc latiùs & pulchrè clarisśimus doctor Medina de confesśione. q. 26. pertractat. ¶ Quintum punctum est, ꝙ quia in prædictis Cruciatis videtur solùm cõcessa auctoritas ipsis cõmissarijs ad dispensandum super impedimentis occultis in tertio gradu consanguinitatis vel affinitatis illicitè cõtractæ: expedit à Papa habere interpretationem qua ipse declaret suam intentionem fuisse id concedere etiam super consanguinitate vel affinitate licitè cõtracta, aut habeatur facultas Papę vt posśit dispẽsari vel ipse dispẽset in omnib⁹ matrimonijs iã cõtractis in publicis & occultis impedimentis cõsanguinitatis vel affinitatis licitè aut illicitè contractæ: vt posśint publicè vel occultè ratificari, quia dispensatio præcedens super his fuit inualida vt patet ex suprà dictis. ¶ Et vt dixi semper caueatur ne turbentur cõsciẽtiæ eorũ qui ex ignorãtia manent in suis matrimonijs cum bona fide & conscientia tuta. Hæc enim solùm dicta sunt vt moneantur & de cætero caueant prælati & commissarij aut etiã alij quos inuincibilis ignorantia non excusat.

4. punct.

5. Punctũ

Quæstio quadragesima. 1.

Quęs. 41 *Vtrùm illi qui secundum bullã compositionis cõpositi sũt super incertis quæ ex furto aut aliàs illicitè acquisierunt & sunt obnoxia restitutioni sed ignorãtur eorum domini seu creditores quibus restituenda sunt, maneant iam in conscientia tuti & liberi à restitutione residui in pauperes aut in causas pias vt ante compositionem tenebantur.*

REspõdeo, in hoc est duplex opinio. ¶Prima opinio tenet ꝙ taliter compositus non est tutus in conscientia neq; liber
1. Opinio sed manet obligat⁹ restituere seu distribuere residuũ in pauperes aut in causas pias pro ipsis creditoribus, excepto nisi ipse sit adeò pauper ꝙ nisi cũ magna indecentia sui status aliàs restituere aut viuere non posset: tunc enim ipsi vt pau-
1. Ratio. peri potest remitti per hanc viam compositionis. Probatur dupliciter. Primò quia Papa non potest alicui dare seu remittere de alieno seu in præiudicium domini talis rei, nisi ratione punitionis propter delictum: quæ causa nunc supponitur cessare in præsenti, sed talis remissio incertorum per viam cõpositionis est in præiudicium dominorum talium incertorum, nisi fiat vt dictũ est, ergo nec Papa id potest neque compositus potest ea retinere. Consequentia patet cum maiore & minor probatur. Quia bona obnoxia restitutioni alicui domino licèt ignoto sunt iure naturali atque diuino debita & restituenda ipsi domino modo possibili, sic scilicet ꝙ si in propria forma ei restitui non possunt, sunt in æquiualenti temporaliter vel etiam spiritualiter restituenda, ita quòd ad eius vtilitatem temporalem vel spiritualem cedant aut distribuantur quantum possibile est. ¶Quod patet dupliciter. Primò quia ignorantia vel incertitudo creditorũ paruo vel magnę

no tempore durans nõ tollit ab eis titulum aut dominium suum neque illud alteri præstat, alioqui non maneret sic ignorans obligatus restituere, quod absit. Nam in cap. Si res. 14. quæst. 6. dicitur quòd nõ dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum: quod etiam de incertis intelligitur, vt idem expresse declaratur in cap. Cum tu. de vsuris & idem ait Chrysostomus Homilia. 15. super prima Corinth. 5. cap. Neque si posteà tales creditores apparerẽt & cognoscerẽtur deberẽt eis restitui quæ extarent si titulum vel dominium propter eorum incertitudinem præteritam perdidissent, talis ergo ignorantia vel incertitudo creditorum hoc tantùm operatur, vt scilicet liberum sit debitori in hæc vel in illa opera pia ad illorum salutem vel vtilitatem restituere vel distribuere. Igitur cùm talia incerta pertineãt adhuc ad dominium illorum creditorum licèt ignotorum, non potest quispiam etiam Papa sine iusta causa facere quin eis modo possibili restituantur: ita vt ad eorum vtilitatem temporalem vel spiritualem cedant, sic scilicet quòd in pauperes vel in pia opera propter Deum nomine ipsorum distribuantur, vt Deus qui illos benè nouit rependat eis temporaliter vel spiritualiter vt sibi placuerit. ¶ Secundò probatur idem assumptum. Quia quãdo fama vel mẽbrum aut vita in propria forma restitui non potest, manet obligatio resarciendi in alijs bonis temporalibus in fauoribus & huiusmodi quæ intra genus bonorum temporalium computantur secundum communiter doctores. Sic ergo in proposito dum ignoto creditori restitui non potest, debet in pias causas nomine eius distribui vt dictum est. Idq́ue de iure diuino & naturali etiam omni dispositione humana seu Ecclesiastica quò ad hoc cessante: quia sic debitor rectę rationi & creditorum intentioni debitæ se conformat. Ideò enim Ecclesia iusq́ue ciuile huic rectę rationi creditorumq́ue intentioni secundum ius diuinum & naturale se coaptans statuit vt talia incerta ad vtilitatem creditorum ignotorum in pauperes vel in alia opera pia erogentur. ¶ Itaque licèt determinatio, quomodo, in quibúsue operibus pijs sint talia incerta distribuenda, sit ab humana lege Ecclesiastica & ciuili, seu stet in arbitrio debitoris: tamen ipsa restitutio seu distributio taliter facta quòd cedat ad ipsorum dominorum seu creditorum vtilitatem temporalem vel spiritualem est obligatoria iure naturali & diuino, vt probatum est.

¶ Et

¶Et id expreßè dicit beatus Tho.2.2.q.62.art.5.& ibi Caieta. Et in epistola ad Ducissam Brabantiæ idem dicit de restitutione incertarum vsurarum à Iudæis habitarum. Et habetur in dicto ca. Cum tu.de vsuris.& eo.titu.lib.6.ca. Quanquã.& Sco.in.4. dist.15.q.2.in respon.ad secundum argumentum, & communiter doctores.& Syluester.titu.Restitutio.8.q.2.&.3.& titu.Inuenta.q.1.vbi & latè de hoc agit. ¶Igitur si restitutio prædictorum incertorum ad vtilitatem creditorum ignotorum modo prædicto debetur iure diuino & naturali, iam sequitur ꝙ contra tale ius & in præiudicium creditorum cognitorum aut incognitorum Papa per has compositiones aut per alium modum agere aut dispensare non potest: nisi ex causa rationabili & pia ad id sufficiente, qualis in talibus compositionibus nõ videtur, dum quasi pro nihilo ipsis debitoribus diuitibus magna aut pœnè tota quãtitas debiti remittitur. Quód si creditoribꝰ ignotis in peccato mortali decedentibus talia eorum bona prodesse non possunt, iam eis succedit Ecclesia, ad cuius vtilitatem vel ad honorem Dei & non aliter talia bona Ecclesiastica distribuenda sunt. ¶Secundò principaliter probatur hæc opinio. quia si dicatur ꝙ talia incerta iam pertinẽt ad Ecclesiam vel saltem eorum dispositio, vt in pios vsus expendantur sicut & omnia alia mobilia bona cõmunia Ecclesiastica temporalia & spiritualia ad vtilitatem Ecclesię & suorum membrorum & ad honorem Dei, quia Christus est hæres vniuersorum in suis membris. Hebrę.1. vt ait Alexander Halleñ. 4. par.q.86. Membro.2.arti.2. Tunc sequitur alterum ex duobus scilicet ꝙ vel eorum dispensatio non nisi ex rationabili causa pia proportionata ad tantam quantitatem remissam fieri validè potest coram Deo id quod intendit hæc opinio, vel ꝙ sine vlla causa facta totalis donatio siue remißio valet, ita ꝙ debitor iam restituere non teneatur, quod absit & absurdum videtur. ¶Et quód alterutrum sequatur, probatur de primo ꝙ.s.non nisi ex rationabili causa.&c. quia licèt communia bona Ecclesiæ temporalia & spiritualia sunt commissa Papæ dispensationi, vt in cap. Significasti. de electione non tamen ad libitũ eius sine causa sed ex causa pia & rationabili, quia id importat nomen & auctoritas dispẽsatoris, vt.s.ad vtilitatem Ecclesię & honorem Dei secũdum rectam Domini voluntatem dispensatio fiat & valeat coram Deo & non aliter, vt patet ex secunda Corinth.10. Non habemus potestatem

2. Ratio.

Paulus.

testatem in destructionem sed in ædificationem: & secundum Ber. lib.3. de consideratione ad Eugenium: & Aug. sermone.119. de tempore: & habetur. ca. Decimę.16.q.1. Nam & idem est iudicium de potestate Papæ dispensatiua thesauri spiritualis & thesauri temporalis Ecclesiastici sibi commissi. Sed dispẽsatio illius thesauri spiritualis per Indulgentias non valet, nisi ex rationabili causa pia fiat, vt suprà. q.17. latiùs habetur: ergo neque dispẽsatio istius thesauri temporalis, & ergo requiritur in eo qui componitur causa rationabilis ad tantam quantitatẽ, alioqui non in ædificationem sed in destructionem potiùs erit Ecclesiæ talis compositio prædicta, si diuiti tanta quantitas quasi pro nihilo remittatur: & iniquitatis fomentum prębebitur iniquis, vt patet. ¶ Neque valet dicere quód in hoc est iusta causa talis compositionis, quia scilicet per hanc viam ille debitor libenter dat quod aliter non daret ad vtilitatem Ecclesię. Hoc inquàm non valet: quia si nollet restituere totum debitum iam per has cõpositiones à mortali peccato non liberatur: si autem vellet, iam non benè consulitur Ecclesię & pauperibus & creditoribus ipsis ignotis. ¶ Decimæ autem quæ per Papam & Ecclesiam conceduntur regibus alijsq; principibus, dantur quidem ex causa rationabili, quia in fauorem fidei & Ecclesiæ suis sumptibus pugnarunt & huiusmodi, in compositionibus autẽ prædictis non ita fit, ergo. ¶ Quód autem sequatur alterum, scilicet ꝙ si sine causa rationabili & sufficiente id fieri potest, ergo sine vlla causa totalis remissio siue donatio facta valebit &c. probatur. Quia si omnino id subest voluntati Papæ, iam qua ratione potest à tanto potest & à toto debito debitorem illum & à restitutione per talem remissionẽ gratis & sine vlla causa de facto liberare, modò ipse Papa peccet modò non. Hoc autem concedere est absurdum ꝙ scilicet ab obligatione iuris diuini vel naturalis & à debito restitutionis Papa illum liberet vel dispenset in iure absolutè diuino vel naturali: quia sicut non potest Papa dispensare cum illo in acquirendo, ita nec in alienum vel vsuram retinendo vt patet in ca. Super eo. & cap. Cum tu. de vsuris. ¶ Igitur cum hoc vltimum concedendum nõ sit, sequitur ꝙ concedendum est primum illud, scilicet ꝙ compositio prædictorum incertorum nisi ex causa rationabili fiat, non valet coram Deo &c. quod est intentum huius opinionis. ¶ Neq; valet dicere ꝙ sicut si sacerdos diceret huiusmodi debitori,

tori, ego celebrabo toties quousq; tuũ debitũ exhauriatur sacrificijs, & quę mihi daturus eras tibi reserua, iam hic debitor esset tutus. ergo consimiliter si Papa tot Indulgentias concedat vero domino, aut de bonis spiritualibus Ecclesiæ vel subditorum illi communicet tot quot pro eleemosyna totius debiti quod illi remittitur dari poterant creditori: iam ius debiti concederet. Hoc inquam non valet, quia hoc non fit in compositione, neque fieri potest: quia Indulgentiæ & communicationes bonorum spiritualium aut suffragiorum non sunt ad hoc inuentæ: neq; pro eis posset Papa sibi debitum applicare sicut sacerdos pro onere sacrificij. Neque similiter Indulgentiæ, vt sacrificium possunt vero domino prodesse sine causa pia rationabili ad sic eas concedendum, vt patet ex suprà dictis. q. 17. ergo. ¶ Quòd si oppositum practicatur à Papa, id certè non valet. Nam hæc non est consuetudo Ecclesiæ docentis vel approbantis id tanquàm licitum & validum: sed est consuetudo personarum sua potestate abutentium, qui abusus in multis alijs Papalibus dispensationibus votorum beneficiorum & aliorum huiusmodi sæpe contingit: quæ omnia in iudicio diuino neq; valent neque acceptantur, sed ad punitionem reseruantur opportunam. ¶ Hanc opinionem tenet Sylnester titu. Restitutio. 8. quæst. 8. & multi doctissimi viri moderni. ¶ Secunda opinio tenet quòd licèt Papa & similiter taliter compositus pro tam parua quantitate & sine sufficiente causa rationabili peccent, tamen valet talis compositio: ita quòd sic cõpositus etiam si ditissimus sit residuum pauperibus aut pijs causis distribuere aut restituere non tenetur. ¶ Probatur dupliciter. Primò quia si teneretur, hoc ideo esset primò quia vel esset in præiudicium ipsorum creditorum ignotorum, aut secundò quia esset in præiudicium Ecclesiæ in cuius vtilitatem talia incerta deberent expendi: aut tertiò quia esset in præiudicium pauperum seu piarum causarum in quas deberent etiam expendi: aut tandem quartò quia talis compositio per aliquod ius naturale diuinũ vel humanum inualidaretur, ratione cuius Papa tanquàm non dominus talium incertorum aut tanquam non liber dispẽsator eorum talem remissionem per viam compositionis facere non potuit: sed nihil horum impedit, ergo valet. Consequentia patet cũ maiore à sufficienti diuisione: quia non videtur quare non valeat nisi ex aliqua de prædictis causis. ¶ Minor autem probatur. Quia prima

1. *Ratio.*

prima causa non impedit, quia .s. est in præiudicium ignotorum creditorum. Nam licèt talia incerta sint necessariò restituenda, neq; per debitorem possint retineri sine voluntate eius qui ea cõcedere potest, in quo nõ est dubium, vt in prima probatione primę opinionis habetur, at verò si in tali retentione actu elicito vel debito consentiat vel remittat dominus eorum, vel is qui remittere potest, iam licitè ea debitor retinebit etiam si non sint incerta, vt patet secũdum omnes doctores & veritatem: & in hoc nullum præiudicium fieret creditoribus incertis aut etiam certis vt constat. Nunc autem per compositionẽ pro tã parua quantitate Papa & Rex cui talia bona ad causam piam applicantur, faciunt prædictam residui remissionem, vt patet ex ipsa bulla cõpositionis: & ipse Papa & Rex de eius cõsensu potest eam validè facere, modò peccet prodigè faciẽs, modo non. Et quia in hoc stat tota difficultas id probatur. Quia sicut de bonis incertis & certo domino seu possessore vacantibus licèt habeant dominum sed ignotum (quæ Hyspanè dicuntur mostrencos, Gallicè autem expaue) potest Rex ipse disponere, sicut & de facto per suas leges disponit quomodo post debitas proclamationes & diligentias si domini eorum non appareant, interim applicentur fisco aut thesauro Regio ad vtilitatem Reipublicæ & pro necessitatibus patrię supportandis, cuius caput est Princeps ad quem pertinet eorum aliorumque bonorum communium dispositio & administratio, ergo similiter eademque ratione de bonis incertis benè vel malè acquisitis obnoxijs restitutioni, ad prouidendum conscientijs ipsorum debitorum potest Princeps Ecclesię scilicet Papa disponere quomodo si domini aut hæredes non inueniantur aut si non nisi difficillimè reperiri possint, interim applicẽtur fisco aut thesauro Ecclesiæ temporali ad vtilitatem Ecclesiæ, & pro necessitatibus eius generaliter vel specialiter, cuius caput est ipse Papa, ad quem pertinet libera omnium bonorum communium Ecclesiæ & maximè mobiliũ dispositio & administratio. Quia & sic præsumitur de rationabili volũtate ipsorum dominorum incertorum viuorum aut defunctorum: quòd scilicet talia eorũ bona incerta cedant atq; tradantur ad publicam vtilitatem reipublicæ vel Ecclesię proportionabiliter, vt dictum est, quam naturali & christiana pietate seu charitate dilexerũt. Et sic statuentes & faciẽtes quicunq; illi sint, iam censentur illa in pios vsus tradidisse

saltem quousq; appareant ipsi veri domini bonorum prædictorum: sicut & in pios vsus dedisse censentur illi qui alia bona temporalia Ecclesiæ tradiderunt vel reliquerunt, vt à Papa administratore bonorum Ecclesiæ sicut & alia bona communia eiusdē Ecclesiæ administrentur. ¶Igitur sicut alia bona temporalia mobilia Ecclesiæ Papa liber eorum administrator potest dare debitaque remittere quibuscunque, ita ꝙ talis donatio siue remissio culpabiliter vel inculpabiliter facta teneat: sic etiam de his bonis incertis similiter eius liberę administrationi & dispositioni commissis per viam compositionis remissis dicendum est. ¶Et ergo sequitur vlterius ꝙ licèt talia incerta non nisi in pauperes vel in pia opera per quoscunque distribui possint sicut & alia bona communia temporalia mobilia Ecclesiæ: cum hoc tamen stat ꝙ si de facto etiam culpabiliter hæc vel illa per Papam vel per aliū de eius licentia in alios vsus distribuantur: talis distributio vel remissio etiam in foro conscientiæ tenet: etiam si per leges Ecclesiasticas aliter cautú sit. Quia Papa vt superior legibus purè Ecclesiasticis quatenus tales sunt, non ligatur vt dictū est, & amplius dicetur in secunda probatione sequēte. Ipsi autem debitores incertorum alijq́; Papę inferiores quicunque illi sint: ex quo super tali communi thesauro Ecclesiastico dispensando nullam potestatem habent, insuper & legibus Ecclesiasticis astringuntur disponentibus ꝙ non nisi in pios vsus talia incerta distribuātur: nullo modo possent sine Papæ licentia aut concessione nisi in pios vsus ea validè distribuere: & si aliter fieret non valeret. ¶Patet igitur ꝙ per dictas compositiones non fit præiudiciū ipsis veris dominis incertis, sicut neq; alijs qui bona Ecclesię per Papam administranda reliquerunt, vt probatum est. ¶Secundò probatur quòd nec fit præiudicium Ecclesię. Quia sicut donatio Papę etiam culpabiliter facta tenet de alijs bonis communibus mobilibus Ecclesiasticis eius dispositioni & liberę administrationi cō-missis: similiter & de suis redditibus Ecclesiasticis, modò sit dominus eorum modò non, sed liberrimus dispensator & administrator eorum: quàmuis non nisi in pios vsus expendi debeāt, ergo similiter de his incertis eius dispositioni & administrationi similiter commissis dicendum est: propter eandē rationē: quia si hæc & illa bona temporalia mobilia Ecclesiæ ad eundem finem vel effectum & eodē modo à quibuscunq; relicta sint, sunt eius

Papa

Papæ liberę dispositioni & administrationi sine vlla conditione commissa. Neque quò ad hoc est vlla differentia in his & illis bonis Ecclesiæ mobilibus: neque sub alia conditione hæc quàm illa Papæ administrationi & dispositioni liberę commissa sunt, vt patet, nam detur illa: sicut & de vacantibus (quæ Hyspanè dicuntur mostrencos) quæ fisco Regio traduntur, dicitur communiter quòd eodem modo potestati regiæ subduntur quò & alia bona communia mobilia ad eius fiscum pertinentia seu eius potestati regię ad bonum reipublicæ commissa. ¶ Et notanter dico semper de his bonis mobilibus communibus Ecclesiæ: nam de immobilibus constat ꝙ ea Papa alienare non potest: neque mobilia ad certum vsum Ecclesiæ relicta potest ad alium vsum maximè prophanum conuertere sine causa rationabili: & si aliter fieret, nõ valeret coram Deo neque donatio teneret: quia in his fuit talis voluntas dantium neq; Papa mansit liber eorum administrator: nisi ex causa rationabili vt dictum est, vt de his latiùs agit Abulensis, super Matth. cap. 6. quæst. septuagesima quarta & septuagesima quinta, & Caietanus in quodlibet. vt habetur suprà. quæst. decima septima in secunda parte propositionis & quartæ opinionis, & secũdum communiter doctores: licèt alij aliter dicant. ¶ Ergo cum Papa ex plenitudine potestatis vt liberrimus dispensator prædictorum incertorum aliorumq; mobilium bonorum communium Ecclesiæ suæ administrationi commissorũ validè ea donare aut remittere possit: licèt sine causa rationabili id faciens vtique peccet, vt suprà dictum est: sequitur quòd in hoc non facit contra iustitiam neque præiudicium ipsis dominis incertis aut etiã Ecclesię, vtẽs iure suo: saltem vt sit valida donatio vel remissio prædicta: sed neq; subest legibus Ecclesiæ vt princeps & caput eius qui & est supra omne ius humanum secundum communiter doctores ex ca. Significasti. de electione. vbi habetur quòd in omnibus statutis Ecclesiasticis auctoritas Papæ intelligitur excepta. ¶ Tertiò probatur quòd nec sit præiudicium pauperibus aut alijs pijs causis &c. quia totum id quòd scilicet his vel illis vsibus hoc vel illo modo talia incerta applicentur pendet à iure tantùm humano Ecclesiastico vel ciuili: non autem à diuino vel naturali, quàmuis consonet illi sicut & omnes leges humanæ. Quod patet, quia ius diuinum vel naturale de his & alijs bonis Ecclesiasticis non est nisi quòd ad Dei ho-

norem & Ecclesiæ vtilitatem, vt patrimonium Christi expen-
dantur. Nunc autem cum Papa sit suprà omne Ius humanum,
vt dictum est: & pauperibus & pijs causis possit de illis vel de a-
lijs bonis secundum obligationem Iuris diuini & naturalis suf-
ficienter prouideri: & expensio talium incertorum sicut & alio-
rum bonorum mobilium Ecclesiasticorum Papæ commisso-
rum facta in alios vsus sine rationabili causa non sit contra iusti-
tiam, sed solùm contra communem legem diuinam de debitè &
rationabiliter ea expendendo vt dictum est, iam sequitur quòd
si Papa etiam culpabiliter aliter ea expendat vel remittat quibus-
cunque, talis donatio vel remissio tenet etiam in conscientia: ne-
que ex hoc preiudicium aut iniustitia pauperum aut piarum
causarum allegari potest. Alij autem Papæ inferiores qui legibus
eius & Ecclesiæ tenentur astricti (vt diximus) nisi de licentia Pa-
pæ non liberantur, neque liberare alios possunt, quin in pauperes
vel in pios vsus talia incerta distribuant. ¶ Quarto proba-
tur, quòd nec talis compositio aut Papæ remissio aliquo Iure
inualidatur: quia Ius humanum si quod esset non valet impe-
dire Papam, qui est supra illud, vt dictum est. Ius autem diui-
num vel naturale impediens seu inualidans non apparet: nã de-
tur illud, certè nõ dabitur: licèt præcipiat quòd debitè talia bona
Ecclesiastica in dictos vsus expendantur. Contra quod agens Pa-
pa peccabit quidem, non tamen per id inualidatur eius in alios
vsus expensio, donatio, siue remissio de dictis bonis sibi com-
missis: ex quo neque cum tali conditione quód scilicet ea in di-
ctos & non in alios vsus expendat, sed cum tali modo vt debitè
expendantur eius liberę administrationi (vt suprà diximus) com
missa sunt.

¶ Secundò principaliter probatur hęc secunda opinio. Quia si
2. Ratio. isti debitores talia incerta in causam piã belli contra infideles de-
dissent, & postea Rex ipse vel Ecclesia siue pauper aliquis, cui
ea dederunt, redderet illis de alijs vel de ipsis bonis tantundem
quãtum per bullam compositionis remittitur eis: certè essent
omnino tuti in conscientia & liberi à restitutione. Sed hoc ip-
sum ęquiualenter fit per viam compositionis: quia Papa & Rex
de eius consensu cui totum id applicatur liberè remittit totum
residuum, vt libenter isti debitores dent quantitatem ibi taxa-
tam, vt expresè hoc dicitur in ipsa bulla compositionis, ergo
debito-

debitores manent liberi à restitutione residui & tuti in conscientia: modò aliàs hinc inde peccetur modò non. ¶Quod & confirmatur. Quia in ipsa bulla compositionis dicitur expressè ꝙ prædicta compositione facta, maneant in conscientia tuti & liberi à restitutione residui ij qui sic compositi fuerint. ¶Dicere autem hoc esse erroneum, vel superadditum, vel esse abusum Papæ: similiter & reprobare hanc consuetudinem Papæ vel Ecclesiæ sine ratione manifesta (quæ in præsenti non apparet, vt patet ex dictis & ex responsionibus ad fundamenta primæ opinionis) temerarium certè est & periculosum in foro conscientiæ & Ecclesiæ, ergo, ¶Propter has igitur rationes videtur hæc secunda opinio tenenda, quàmuis prima opinio cousulenda quidem, non tamen vt omnino necessaria dogmatizanda sit. Hanc etiam opinionem tenent multi doctores quos refert Florent. secunda part. titu. 2. ca. 6. in fine, & Syluester titu. Restitutio. 8. q. 8. quáuis ipsi Floren. & Syluest. oppositum potiùs cum prima opinione tenere videantur. Hanc etiam secundam opinionem videtur expressè tenere Alex. Hall. 4. par. q. 86. membro. 2. art. 2. vbi ait talia incerta esse Ecclesiæ quòdq; potest ea dare cui voluerit secundum id Nume. 5. Si non fuerit qui recipiat, dabunt Domino & erunt sacerdotis &c. Imò & Florent. vbi suprà dicens ꝙ Papa habet plenitudinem potestatis super bona Ecclesiastica: & sine causa non potest ea licitè diuitibus dare quæ erant danda pauperibus: benè tamen ex causa rationabili: & non dicit ꝙ talis donatio facta sine causa est inualida. Similiter & Medina de restitutione. q. 3. licèt soluat rationes primæ opinionis, solùm dicit ꝙ ex iusta causa donatio vel remissio de prædictis incertis à Papa per hanc viam compositionis facta tenet: & non dicit ꝙ facta sine causa valet vel non valet. Ideò non se videntur satis explicare neq; pro hac vel illa parte determinare. Nos autem (saluo meliori iudicio) probabiliter tenemus cum hac secunda opinione, vt dictum est.

¶Ad rationes autem primæ opinionis respondeo ad primam, ꝙ vt patet ex dictis ex consensu debito dominorum incertorum talia bona cedunt Ecclesiæ sub potestate dispẽsatiua Papæ sicut & alia bona Ecclesiastica: & ideò ipse Papa vel illi putà pauperes vel reges quibus ad causam piam belli cõtra infideles vel ad regni defensionem & huiusmodi Papa applicauit, & maximè de cõ- *Resp. ad 1. rationẽ primę opinionis.*

sensu Papæ possunt ea vel dare vel remittere cui voluerint, qua remissione facta non tenebitur sic compositus ea restituere sicut neq; bona certa Ecclesiastica sibi remissa. ¶ Neq; in hoc Papa dispensat contra Ius naturale vel diuinum: sicut neque qui sibi debitum certum remittit, sed per talem remissionẽ tollitur materia restitutionis, ex quo iam dominus consentit, sicque debitor liberatur à debito restitutionis, vt patet. ¶ Neque ex eo quòd incognitus creditor est, perdit dominium suum, sed ex eius consensu debito, ratione cuius succedit Ecclesia & Papa quousque verus dominus appareat, vt sic disponat de eis vt de alijs bonis Ecclesiasticis sine vlla alia conditione: quia & sic ab ipsis dominis talia eorum bona incerta iam ad causam piam Ecclesiæ relicta cẽsentur, vt suprà dictũ est. ¶ Auctoritates aũt omnes dicentes quód necessariò sunt in pauperes vel in alios pios vsus distribuenda: intelliguntur, sicut & verum est, nisi per eum qui potest putà per Papam vel de consensu eius illis debitoribus remittantur, sicut & omne alienũ est restituẽdum suo domino, scilicet nisi per ipsum remittatur: qualis remissio per bullas fit compositionis, vt suprà probatum est.

Resp. ad 2. probatione prime opinionis. ¶ Ad secundam probationem conceditur quód sine vlla causa totalis remissio incertorum per Papam vel Ecclesiam facta tenet, modò fiat culpabliter, modò non. Sicut & totalis remissio aliorũ bonorũ certorũ debitorum Ecclesiasticorũ teneret & liberaret debitorẽ ab obligatione restituendi. Quia (vt dictũ est) in hoc non dispẽsatur cõtra Ius naturale, sed Papa liberrimꝰ eorum dispẽsator qui id facere potest, remittit, & copiam facit alijs per viam compositionis remittendi. ¶ Et licèt omnia quæ Papa potest cadant sub dispẽsatiua eius potestate: non tamẽ æqualiter. Nam quædam sunt sub eius potestate dispensatiua liberrima sine vlla conditione. Ita quód licèt requiratur causa rationabilis vt debitè fiant & prohibeantur aliter fieri: tamen si aliter fiant tenent: ex quo quò ad ipsum factum liberrimem sine vlla conditione irritante vel inualidante potestatem habet, qualis est absolutio à censuris, dispensatio in gradibus humana tantùm lege prohibitis, collatio beneficiorum & ordinũ indignis aut minꝰ dignis & alia eiusmodi multa quę Ius aut titulũ ad aliquid cõferunt in foro Ecclesię, & de horũ numero est talis cõpositio aut incertorũ remissio per viã cõpositionis: sicut & aliorũ mobiliũ bo-

bonorum communium Ecclesiasticorum sine raionabili causa distributio. Sunt tamen alia in quibus Papa non habet tam liberam potestatem dispensatiuam quò ad ipsum factum in foro Dei quia Deus ipse non consentit in tale factum nisi rectè fiat, seu claue non errante secundum communiter doctores ex Matth. 16. Quodcunque solueris &c. Et hęc si malè fiant non valent coram Deo, vt est absolutio à peccatis indigno collata, aut collatio Indulgentiarum, seu remissio pœnarum purgatorij sine rationabili causa, & alia eiusmodi pertinentia ad remissionem culpæ vel pœnæ vel collationem gratiæ & donorum spiritualium in foro consciētiæ, seu ab ipso Deo supernaturaliter & diuinitꝰ faciendā. Sicq; patet ꝙ nō est idē iudiciū de potestate Papæ dispēsatiua thesauri spūalis & tēporalis: licèt ad eādē potestatē spectet vtrūq,, vt dictū est.

¶Sed quid si post prædictā cōpositionē appareant ipsi dñi taliū incertorum? ¶Respondeo, ꝙ debitores tenentur illis restituere ea dumtaxat quę extant in sua forma seu substantia licèt alterata: & similiter quantum ex ipsis incertis bonis ditiores effecti sunt: non aūt alia. Tunc aūt sunt ex eis effecti ditiores scd̃m Caieta. 2. 2. q. 62. art. 6, q loco taliū incertorū bonorū debitores ipsi habuerūt lucrū aut preciū ex eis: aut si tātūdē de suis bonis cōsumpsissent, si talia incerta nō haberēt aut nō consumerēt. Et totū hoc est restituendū veris dñis apparētibus, & non amplꝰ [illegible]; id qđ iam in pauperes aut in pias causas distributū est: neq; id quod bona fide iā cōsumptū est, si inde (vt dixi) debitor ipse ditior nō effectꝰ est. Ratio horū est, quia talis remissio solùm fieri potuit per Papā, dū non apparebat verꝰ dñs cui talia bona erant restituēda: quia nec aliter ipse cōsentit, neq; debuit cōsentire, neq; recta ratio dictat aliter Papā vel principem agere aut statuere posse, ergo apparente vero dño nō est cur iam Iure suo atq; dominio priuetur & impediatur ad ea rehabendum quæ extant in se vel in suo æquiualente, scilicet quantum ex eis debitor ditior factus est, vt iam diximus: nam ad alia quæ nullo modo extant sed bona fide consumpta sunt, nullum Ius manet alicui, vt etiam de hoc latiùs Syluester titu. Restitut. 8. quæsti. 4. secundum communiter doctores agit. *Dubiū. 1.*

¶Et si rursum quæratur vtrùm alij à Papa possint prædictam remissionem per viam compositionis efficere, respondeo quòd *Dubiū. 2*


nõ nisi de licentia aut consensu Papæ: quia ad solum Principẽ Ecclesiæ pertinet dispensatio communium bonorum ipsius Ecclesiæ & non ad alios nisi de eius licentia aut consensu. Nunc autem prædicta incerta censentur in thesauro Ecclesiæ temporali vt suprà dictum est, ergo non nisi ad Papam pertinet eorum distributio & per viam compositionis remissio. ¶Item quia contra Ius Ecclesiasticum disponens ꝙ non nisi in pauperes vel pias causas talia distribuãtur nullus Papæ inferior agere aut disponere potest, vt suprà dictum est, ergo. ¶Quód si alicubi esset consuetudo ꝙ Episcopi possent prædictam facere compositionem, quæ consuetudo legitima sufficeret derogare legem aut facere legem in toto vel in parte, tunc benè liceret secundum eam Episcopis agere quousq; Papa reclamaret: quia ibi consensus Papæ tacitus censetur. ¶Et cum his concordat Syluest. titu. Restitu. 8.q.7.q.8. secundum Florent. Palud & Laurent. & alios doctores, quos ego quò ad hoc sic limito & intelligo, vt dictum est.

¶Principes autem sæculares de prædictis incertis, quæ ad thesaurum Ecclesiæ pertinent, nullo modo se intromittere possunt sed solùm de incertis quæ non sunt illicitè acquisita sed perdita vel errantia siue vacantia (quæ Hyspanè dicuntur, mostrencos, Gallicè expaue) quia ad thesaurum pertinent reipublicæ sæcularis: & ad bonam politiam eius pertinet disponere de his ad vtilitatem reipublicæ, ideò princeps ipsius potest disponere de eis eaq; cui voluerit ad libitum applicare: quia totum id de consensu saltem debito ipsorum dominorum ignotorum fit, vt suprà probatum est. ¶Sed quare Princeps sæcularis in his inuẽtis aut errantibus & nõ etiam in alijs incertis malè acquisitis cõtra iustitiam se intromittere potest: cum vt supponitur tam hęc quàm illa vtpote aliena sint necessariò restituenda vel in pias causas aut in pauperes eroganda? Respondeo, ꝙ Princeps sæcularis solùm se potest intromittere in gubernatione & dispositione rerum temporalium & personarum quatenùs ad finem proprium ipsius potestatis sæcularis spectant: talis autem (secundum Tho. prima. 2. q. 99. art. 2. & . 3. & . 4. & latiùs. q. 100. art. 2. & ibi Caieta.) est finis & felicitas naturalis putà pax & iustitia politica. Ideò in spectantibus ad hunc finem conuictumque pacificum & non amplius se intromittere potest. Hoc autem in proposito solùm locum habet quò ad bona sæcularia incerta vel inuenta quæ non iniustè ac-

acquirūtur, vt patet. Nã in illicitè aut iniustè acquisitis est reordinanda conscientia cum Deo, ad quod sicut & ad thesaurum Ecclesiasticum temporalem vel spiritualem potestas laica se nõ extendit sed solùm Ecclesiastica, ergo de illis tantùm licitè acquisitis incertis vel inuentis Princeps sæcularis disponere potest quatenùs ad suum finem & felicitatem, iustitiam, pacemq; politicam id spectat. Quia & in hoc ipsi domini incerti actu debito consentiunt, vt suprà dictum est. Et tales leges de his disponentes Papa etiam quò ad forum conscientiæ probat & confirmat: nam forum & potestatem sęcularem & quæ ad ipsam pertinent Papa nec turbare nec vsurpare intendit. ¶ Quibus non obstantibus etiam dico ꝙ quantum attinet ad conscientiam in omnibus incertis & inuentis obnoxijs restitutioni seu quæ ad Ius & dominium alterius pertinent, etiam Papa se intromittere & disponere potest, modò sint iniustè acquisita, modò non: quia secundum Thom. vbi suprà ad ipsum spectat conscientijs subditorum prouidere. Et quò ad hoc habet potestatem in omnibus personis & bonis temporalibꝰ quatenùs ad salutem spiritualem & finem supernaturalem beatitudinis ordinantur: quia talis est finis proprius Ecclesiasticæ potestatis, ergo ad ipsum Papam pastorem omnium spectat prouidere quomodo Ius diuinũ quò ad hoc seruetur, & pro salute dominorum ignotorũ & pro exoneratione conscientiarum ipsorum debitorum omnia talia incerta obnoxia restitutioni distribuantur vel applicentur. Quod fit dum fisco seu thesauro Ecclesiastico applicantur: tunc enim iam in causam piam distribui seu applicari censentur: in quo & ipsi creditores incogniti actu debito consentiunt, vt suprà dictum est. Et ergo Papa in foro conscientiæ & Ecclesiæ de tali thesauro Ecclesiastico sibi liberè commisso validè disponere & per viam compositionis remittere potest.

¶ Laus Deo, & nobis Indulgentia peccatorum.
Amen.

Compluti,
Ex officina Ioannis Brocarij.
1554.


lib. 7.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm